Petrus Phoreau

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ

ΤΟΥ ΚΑΣΣΙΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

βιβλία πέντε καὶ εἴκοσι.

DIONIS CASSII

ROMANARVM HISTORIARVM LIBRI XXV,

Ex Guilielmi Xylandri interpretatione.

HENR. STEPH. DE DIONIS HIST.

Scripserunt alij florentis tempora Romæ,
Et graue sit quonam tempore passa iugum:
Historias alias isti conferto Dionis,
Riui, illæ, sed fons ista Dionis erit.

Excudebat Henricus Stephanus

ANNO M. D. XCII.

ILLVSTRISS. ET SERENISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. CHRISTIANO IIII, REGI ELECTO DANIAE, NORVEGIAE, VANDAlorum & Gotthorum: duci Slisuici, Holsatiæ, Stormariæ, Dithmarsiæ: comiti de Oldenborg & Delmenhorst.

SI CHRISTIANÆ reipub. multum interest, omnes eius ciues à teneris vnguiculis (vt Græci sermonis formula vtar) monitis pręceptísque salubribus imbui, illos certè potissimùm quos deus ad principatum extollit: & hos quidem inter, magis etiam eos quorum caput diademate, sceptro manum ornans, ad maiorem quàm alios principatum dominatúmque euehit: quos (vt paucioribus idem verbis complectar) non regulos, sed reges constituit. Talia monita præceptáque non aliunde potius quàm ex sacræ vel ethnicæ historiæ monumentis petenda esse constat: sic tamen vt sacræ lectio sit illis primaria, profanæ, secundaria. Nisi mihi licet ita loqui vt dicam, debere illos sacræ historię lectionem sibi tanquam ergon, ethnicæ, tanquam parergon, proponere.

Sed quum in sacra historia nullo delectu (perinde ac iis in rebus vbi adhibenda est cautio) nobis sit opus: contrà in ethnica magnum esse habendum constat. Ac duabus in rebus illum quidem. nam & variis ex historiis quam sibi deligere, & ex variis illarum scriptoribus qui aliis anteponendi sint, etiam atque etiam cogitandum est. Verùm, si omnibus in rebus, aliis eas præferimus quæ suo in genere sunt præstantissimæ, quis Romanam historiam cæteris esse anteponendam negabit? Nemo: (vt opinor) nisi quis ab vltima Thule veniens, nescius erit quantum Roma fuerit mundi miraculum, & quanta deus in illius magis dominatu, quàm alio in vllo, suæ non tãtùm potẽtiæ, sed omnipotentiæ, documenta dederit: atque adeo quanta in illo mundi miraculo miracula suæ pantocratoriæ ediderit.

Quum autem plurimi Romanam hiſtoriam literis mandarint, non Latini ſolùm ſed etiã Græci, inter eos qui ad ſeculum noſtrum peruenerunt, palmam omnium fere calculis obtinet (ad tempora florentis Romæ quod attinet) qui nunc tibi, Rex ſereniſſime, à me offertur Dio: valde quidẽ mutilata exhibens ſua ſcripta: ſed tamen ita vt hoc in malo ſit quod & ipſum & nos omnes conſoletur. Nam quemadmodum iis quibus mutilatum eſt corpus, magno iſtud ſolatio eſt quòd facies ſaltem nulla non ſui parte intacta & illæſa manſerit: ita non dubium eſt quin magnum hoc ipſi & ipſius ſtudioſis eſſe doloris leuamẽtum poſſit, quòd illi ſaltem hiſtoriæ eius libri quibus florẽtis Romæ ſtatum deſcripſit, eandem experti iniuriam non fuerint.

Neque verò nobis eo tãtùm nomine, magno hæc in pretio habenda hiſtoria eſt, præ aliis omnibus quæ res eaſdem memoriæ prodiderunt, quòd accuratiſſimè omnia ſibi digna viſa quæ eam ingrediantur (multa enim vt indigna reiicit) accuratiſſimè perſequitur: & magnum in rebus deſcribendis iudicium adhibet (quale expectari poterat à viro multarũ rerum cognitione inſtructo, & magnis muneribus functo) verùm & de iis quæ potiſſimùm obſeruanda nobis ſunt, ab eo velut obiter admonemur. Quod ex aliis hiſtoricis duo præcipuè, Polybius & Plutarchus (meo quidem iudicio) fecerunt. Atque hîc commodùm venit in mentem cuiuſdam loci Plutarchi, vbi docet quid à vulgo in quarundam rerum narrationibus obſeruetur: ſed addit, quidnam ab iis qui prudentia prędicti ſunt debeat obſeruari. Nam de Craſſo loquens, ea quibus ipſe, & exercitus propter eum, cõflictatus eſt mala, in bello Parthico, exemplum fuiſſe dicit, vulgo quidem, fortunæ, at iis qui prudentia valent, mentis inconſultæ & ambitioſæ. *Hinc enim factum eſt* (inquit) *vt eo non contentus eſſet quòd primus & maximus inter tot millia hominum* (immo *tot myriadas*) *foret: ſed quòd duobus poſterior iudicabatur, abeſſe ab omni potentiæ gradu ſibi videbatur.* Sed quum vox philotimia, quã ambitionem interpretor, in bonam quoque partem nonnũquam ſumatur (quod de iſta voce Latina haud itidem dici poteſt, quũ eius ſtudiũ ſemper reprehendatur: at *philotimia* ſonet ſimpliciter, ſtudium honoris) maluiſſem ego ἀβούλου φιλοτιμίας quàm ἀβουλίας καὶ φιλοτιμίας dicere. Niſi fortè Plutarchum,

more quodam poetico, ἐν διζάδυοῖν dicere non dubitasse, respõderi potest. Sed siue ita potius loqui, siue illo suo potius vti sermone debuit, iis quę de ambitioso illo Crasso scribit, ambitionem suis coloribus depingit. Cæterùm duos illos quorum vtroque posterior esse Crassus indignabatur, nihilo magis sorte sua contentos fuisse, cùm historici testantur, ex eorum dictis factísque id probantes, tum verò poetarum vnus: vbi canit,

Nec quenquam iam ferre potest Cæsárve priorem,
Pompeiúsve parem.

Cui assentior, potius quàm si dixisset,

Nec iam aut Pompeius valet vllum ferre priorem,
Ferre parem aut Cæsar.

quamuis nonnulli, qui quod ab illo poeta dicitur de Pompeio, rectius de Cæsare dicturum fuisse existimant, talem permutationẽ haud sint improbaturi. Nec omittã quod ab eodẽ poeta de Crasso dicitur: quum ex eius verbis res hæc consideratu dignissima venire nobis in mentẽ possit: quàm mirum esset, quum ambitiosus Crassus vnà cum duobus, magis etiam ambitiosis, dominaretur, hanc tamen tertiam dominantis ambitionem obstitisse quominus illorum ambitiones ad arma erumperent.

--nam sola futuri
Crassus erat belli, medius, mora. qualiter vndas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat isthmos,
Nec patitur conferre fretum.

Cæterùm in mentione nostri huius Dionis, dixi me commodùm illius loci Plutarchi recordatũ esse, quòd ille quoque soleat non cum vulgo (& quidẽ cum nonnullis etiam vulgaribus & triuialibus historicis) fortunæ eas clades quas aliqui domi militiǽve acceperunt imputare, sed altius oculos attollere, atque ostendere, res huius vel illius dignum eius ambitione, aut superbia, aut crudelitate, aut aliis moribus improbis, aut temerariis conatibus, exitum habuisse. Verùm ad miserum illum Crassum quod attinet, quum Plutarchus ambitioni tantùm inconsulta eius ausa imputet, quæ & exitialia illi tandem fuerunt: multo rectius noster Dio non ambitioni tantùm sed auaritiæ etiam imputat: illam, gloriæ, hanc, pecuniarum cupiditatem appellans. Ac ibi quoque vbi mortẽ eius narrat, illud in me-

moriam lectori reuocat, dum narrat vt Parthi in os mortui aurum liquefactum infuderint: addítque, quanta pecuniæ cupiditate, quamuis prædiues, arderet. Adeo vt perinde sit acsi diceret, Talis fuit Crassi exitus: quem illi vltio diuina dignum sua pecuniæ cupiditate immisit, dum Parthico auro inhians, immerito Parthos bello lacessit. Quòd si cui videor Dionis mentem magis honorificè quàm pro eo quem meretur vir ethnicus honore, in ferẽdo de rebus huiusmodi iudicio, interpretari: eum oratum velim vt alia aliorum locorum verba cum his conferat. Tunc enim nihil eorum quæ dixi, à cõsueto Dioni sermone alienum esse fatebitur. Vel vnus certè qui à me afferetur locus, eius rei fidem facere illi poterit. is autem illi in quo nunc versor sermoni eo erit conuenientior, quòd & ibi de illis ipsis conatibus Crassi, ita auaritia excæcati, agitur. hæc enim de eius militibus scribit, *Consternati erant, nihílque salutare nec deliberare nec exequi poterãt. ac in cæteris etiam omnibus aliis rebus, tanquam ab aliquo deorum condemnati, & mentibus & corporibus titubabant.* Atque ad vltionem diuinam quod attinet, talia de hac loquitur vt vel Christianum hominem decere videatur, initio libri XLVIII, de percussoribus Cæsaris agens. hic enim est verborum eius sensus, *Brutus igitur atque Cassius ita perierũt, illis ipsis quibus Cæsarem interfecerãt ensibus iugulati. ac cæteri, qui ad insidiandum illi operam suam cõmodarunt, partim prius, partim postea, præter paucos, de medio sublati sunt: quemadmodum & æquitati consentaneum erat, & ipsum numen eos adducebat ad luendas pœnas de cæde hominis benefici, & à quo res tam fortiter támque feliciter gestæ essent.* Fateor quidem, à Suetonio Tranquillo de Cæsaris percussoribus (nam ita eos vocat) idem memoriæ proditum esse: sed diuinam iustitiam hoc in facto à se agnosci atque approbari, minimè, sicut Dio, ostendit. Sunt verò & alii eius loci vbi de Cæsaris cæde magis fortasse quàm vllus alius historicus cõqueritur. Ac eius ego querelæ assentiens, hoc epigramma scripsi,

Mite grauata iugum est rectoris semityranni
Roma, ex insidiis húncque dat illa neci.
Huic quum succedant qui térque quatérque tyranni,
Tale iugum quî fert? immemor ipsa sui est.

Scripsi verò & istud, in quo Romam ipsam alloquor,

Roma, nigris videat Cæsar rediuiuus ab vmbris
Colla tyrannorum sic tua pressa iugo:
Hæreat attonitus tibi quòd patientia tanta:
Et tumido ex corde hos fundat & ore sonos,
Si dici merui, te iudice, Roma, tyrannus,
Quo tu nomine nunc talia monstra vocas?

Sed in quodam libri L I I I I loco apertè ostendit noster Dio, Romanorum naturam ita fuisse mutatam vt iam salutaris esse illis democratia non posset. Quum porro alia multa ex illo depromere possim, eius historiam valde commēdantia, malo (ne longior sim quàm par est) iis quæ iam attuli, contentus esse: ac tantummodo diligentiæ eius exemplum proponere in illa de Crasso historia cuius antea mētio à me facta fuit. Dico igitur, Dionem in eadem quædam attingere, quæ si Plutarchum latuerunt, non tam diligens scrutator omnium ad historiam pertinentiū fuit quàm noster Dio: sin eum non latuerunt, sed prætermittēda visa sunt, in dubium venire possit, vtrius iudicio potius stare nos oporteat: præsertim quū Dio, vt antea dixi, cautione hac præ quouis alio historico vtatur, (& ita quidem vt ea se vti profiteatur) vt nullum diegema in historiam suam admittat quod historia non admittere, tanquam dignitate sua inferius, videatur.

Ad ea porro quod attinet quæ ad principum institutionem faciunt, haud inficior multo illa frequentius apud Plutarchum occurrere, quòd res & personę de quibus in eius potius quàm in Dionis agitur historiis, sæpe illi sermoni materiam præbeant: sed inuenies tamen & apud hunc quæ ad illam institutionem pertineant: multo certè plura inuenturus, si in ea sui parte qua de Cæsarum vita & moribus agit, mutilatus non fuisset.

QVAMVIS autem quæ iam dixi, ac præsertim postremum illud, meū de dicāda tibi hac noua veteris scriptoris editione consilium probare omnibus posse videātur: iis tamē præsertim probaturū me confido, qui de te eadē quæ ego, ex oculatorum testium ore audierint: quàm tu in istis adolescentiæ annis libenter iis studiis incumbas quę talia esse audis vt te cùm ad virtutem amandā atque amplexandam non mouere tantùm sed permouere, tum verò animū tuum ea doctrina imbuere possunt quę ad regnum optimè

ac felicissimè administrandum requiritur. Iam verò & singularem quandam modestiam commemorabāt, quam non solùm vultu præ te ferres, sed dictis factísque omnibus testareris. Quæ res quamuis rari tanto in principe sit exempli, alia tamen de te magis rara & mira referētes audiebam: te iam à puero non solùm Germanicam & Gallicam linguam didicisse, sed aliqua Latinæ etiam fundamenta iecisse: & ita quidē vt vix octauū ætatis annum attigisses, quū Latinè non tātùm loqui sed scribere etiā posses. At ego me in Gallia mea, in Italia, in Germania, in Britānia cum multis principibus, illam ętatē paulum etiam supergressis, versatum esse dicebam, quorum tamen nondum vllus tantos in tot linguis progressus fecisset: eóque maiorem in te Dei opt. maximi benignitatem agnoscebam. Iam verò & hoc ad tanta ab illo in te collata beneficia, tanquam pulcherrimum corollarium, addebant, tuum latus viris non doctrina minus quàm probitate præstantibus semper cingi: & inter cæteros Nicolaum Kaas, cancellarium (vt vulgari vtar appellatione) mihi nominabant: eúmque virum talem describebant, vt non vnius Phœnicis Homerici sed multorum esse instar dicerem. Quibus autem verbis illud colloquium clausi, iisdem aptissimè hanc epistolam clausurus mihi videor, eundem illum regum regem Deum opt. max. orare me, vt arboris fructus non modò respondeant spei quā adeo pulchri flores ostentarint, sed eam, cum summa omnium tuæ ditionis hominum exultatione, etiam superent.

M. T. deditissimus
Henr. Stephanus.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI LECTIONIS DIONIS STVDIOSO.

HISTORICVS ille longè celeberrimus, DIO CASSIVS, qui & COCCEIVS, siue COCCEIANVS, ὑπερεπονομάζεται (ita enim loqui cogor, si quidem vocabulum CASSIVS iam ἐπονομασία est) quum ad suas ædes vel potius suam officinā reuersus, meū & ad secūdam editionem auxilium implorasset, ac sibi spem eius factam videret, sibi magnopere gratulari de illo postliminii iure cœpit: & eo quidem magis quòd Dionysium Halicarnasseum de iure eodem sibi denegato valde conquerentem audisset. Verùm secundam etiam simúlque postremam suis vulneribus manum à me adhiberi postulauit. (ad illa enim membra quod attinet quibus est mutilatus, nullam sibi de iis restituendis superesse spem videt, *Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas*) Meam ego illi operam libenter quidem, sed timidè tamen, initio sum pollicitus. Timebā enim ne præter ea medicamēta quæ Parisiis partim à patre meo, partim à me, & aliquot pòst annis à Guilielmo Xylandro interprete adhibita eius vulneribus fuissent, valde pauca inueniri à me possent: ad grauia præsertim vulnera quod attinet. Sed quum annotationes Xylandri, quas interpretationi suæ subiunxit, in manus sumpsissem, & sæpe quidem illas Parisienses laudare (veluti quum in quendam locum quem habes pagina XXXIII huius editionis, annotat, *Ingeniosè Robertus Stephanus restituit hunc locum*, ἵν' ὑπὲρ ἀμφοτέρων σπουδάζηται, ἐπέρατεν. Necnon in quendam paginæ CCX, Robertus hunc locum eruditissimè sic restituit, καὶ νίκας, πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, &c. Sic etiam in paginam CCCI, *Ego Roberti opinionem laudo*, ἠγγέλλετε *legentis*. Denique & in paginā CCCXLVI, *Roberti correcturam laudo*, ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς συνίσασιν: (nisi potius *correctionē* ipse quàm *correcturā* dixit) vt de aliis propemodū infinitis locis taceā, in quos emendationem nostram afferens, dicit, *Robertus Stephanus rectè hoc castigauit*: vel, *hoc vidit*, vel *animaduertit*, vel *docuit*, vel *notauit*. aut etiam, *Roberto assentior, ita legenti*. vel „ *Ita lego cum Roberto*. Aut vbi annotationem suam velut nostro sigillo obsignans, ei subiungit, *Steph.* quum inquam annotationes illius in manus sumpsissem, & nostram quidem operam in curandis vel potius sanandis plerisque Dionis vulneribus commendari ab eo, sed nequaquam eandem in aliis præstari animaduertissem, (quod ab eo tamē factum esse credebam) ac viderē superesse tamen multa quibus ita opem ferre me posse sperarē, vt non minus in his quàm in illis medicam nostram manum Xylander laudaturus esset: & bono esse animo cœpi & Dionem esse pariter iussi: qui cum somnio, in quo mihi apparuerat, repentè euanuit. Nec mea me spes (vt opinor) frustrata est. nam & eorum nonnulla quæ insanabilia existimabantur, à me sanata esse, & ne ipsam quidem inuidiam hoc negaturam, persuasum habeo. Ac, quemadmodū illi qui arcem valde

munitam & expugnatu difficilem non frustra oppugnauit, sed ita vt expugnauerit, magnā spem de aliarum, præsertímque earum quæ minus munitæ sunt, expugnatione, concipit: ita & mihi cōtigit, vt quum nunc, postquam Dio in officinam nostram postliminio rediit, magnam quæ aliquot Dionis suberat locis deprauationem profligassem, ad minorem quæ alios inuasisset profligandam, non parua cum fiducia accederem. In eorum autem numero qui valde erant deprauati, poni poterat hic, qui non procul à fine libri LIIII legitur, καὶ τοῦτο μὲν, εἴγέ τῳ πιστὸν, οὐ παραδέδοται. Quis enim locum hūc valde esse deprauatum non dicat, quum quod eo dicitur (vt quidem scriptus est) omnino absurdum vel potius ænigmaticum sit? At vide quàm paucis & nō magnæ molis machinis expugnatus à me error ille fuerit, quum pro illis hæc substitui, καὶ τοῦτο μὲν, εἴτέ τῳ πιστὸν, εἴτε οὔ, παραδέδοται. Quoniam autem mihi videor iam audire multos interrogantes de vitiato quodam loco, qui tibi occurret in ipso fere historiarum Dionis principio, (id est, eorum quæ nobis è Dionis historiis supersunt) nimirum initio paginæ secundæ editionis Parisiensis (vbi & asterisco notatus est) in fine autem paginæ secundæ huius editionis: quoniam mihi videor, inquam, audire non paucos sciscitātes an nihil noui noua hæc editio afferat in locum istum, ὁ ἀφιτρωθεὶς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε, &c. iam nunc quidquid in locum illum habeo, libenter cum illis communicabo. Dico igitur me in margine mei exemplaris adscriptum (& quidem manu mea) reperisse, Αὐφίδιος τρωθεὶς, pro illo monstroso vocabulo ἀφιτρωθείς. Fuisse autem facilem lapsum ex αὐφίδιος τρωθεὶς in ἀφιτρωθεὶς, nemo non videt. Neque tamen negauerim fieri etiam posse vt plura verba sint omissa, & αὐφίδιος ὁ ἀπ' αὐτοῦ αἱρεθεὶς, τρωθεὶς, scriptū fuerit. Cæterùm quū in editione illa Parisiēsi non magno interuallo adscriptus sit margini alius asteriscus, iustā illū quoque expūgendi causam tibi indicabo. verā enim lectionē te docebo, qua in locū alterius substituta, quid opus illo erit? Quū igitur ita ibi scriptū sit, καὶ οἱ βάρβαροι ἀθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντας, tu pro ἀθυμότερον scribe ῥαθυμότερον, & ἐπικρατοῦντες pro ἐπικρατοῦντας. atque hanc emendationē scito multorum locorū, non Dionis tantùm sed aliorum etiam historicorū, autoritate niti. hanc enim omnes naturam esse militum ostendunt vt κρατοῦντες siue ἐπικρατοῦντες sint ῥαθυμότεροι. id est, vt victoria negligētiores illos reddat. Contrà autem illorum naturæ omnino esset contrarium, post victoriam esse ἀθυμοτέρους, siue ἀθυμότερον διάγειν: (quod loquendi genus habes hîc) quum contrà victoria vel summam ἀθυμίαν in summam εὐθυμίαν repente mutet. Quid? lacunam illam quæ non longo sequitur interuallo, nimirum quam habet pagina quarta, & cui appositi sunt asterisci, non audebo adoriri? Immo audebo, & quidem (vt spero) feliciter. Vbi igitur vides scriptum esse, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου * * ἀναλωσθῆναι ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθρ. ego verisimile & plusquam verisimile esse dico, scriptum fuisse, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου. καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους ἀναλωσθῆναι ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθρ. Pro quo accusatiuo posset & nominatiuus poni, πάντες οἱ Ῥωμαῖοι: sed ex ἀναλωσθῆναι faciendum esset ἀναλωθῆναι. At verò pag. v, inter verbum ἡσύχαζον, (post quod asterisci

notam habes) & illa, τὰ δὲ δὴ Κόμψα, quũ nõ pauca desint, externo certè auxilio opus est. Nulla autẽ externa ope aduersus aliã quæ paulo pòst occurrit deprauationẽ egebo, sed eã meo Marte profligabo. Nam vbi legis, καὶ τῶν αὐτῶν περιέχουσι, hoc verbo neque istã constructionẽ admittente, neque vllã significationẽ quæ huic conuenire loco possit habẽte, scribo, καὶ τῶν αὐτῶν περιαυχοῦσι. id est, *& de iisdẽ rebus gloriãtur.* vel *se iactant.* Quænã autẽ illa sit gloriatio, continuò adiicit: adeo vt hæc mea lectio optimè cum sequẽtibus cohæreat: præterquã quòd hæc duo verba περιαυχοῦσι in vnum περιέχουσι à minus attento librario facilè mutari potuerunt. Nec verò nihil in eadem pagina inueni quod emendatione opus haberet. nam circa eius finem non dubium est quin scribendum sit, τὸν στρατηγὸς διὰ γυμνασίας ἐποιεῖτο. Pauca hæc esse tibi velut specimẽ volui emendationum mearum, quæ annotationibus reseruantur. Posteriorum inquam emendationum, ad Parisienses illas, id est Parisiensi editioni adiunctas, respiciendo: quarũ facta mẽtio antè fuit. Quamuis autem magnam harum partem à Xylandro approbari & laudari dixerim, haud tamen omnes in ipsum contextum (vt vulgo loquimur) recipere ausus sum: eásque præsertim in quibus aliquot vocabula aut etiam vnum tantùm ad explendum lacunam quampiã adieci. Exempli gratia, quum pagina 599 ita scriptum sit, οἱ γὰρ διὰ συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες * ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπότε ἂν βουληθῶσι δύνωνται, in illis nostris Parisiensibus castigationibus annotatur, *Sententia est imperfecta, quæ tamen ex coniectura sic perfici poterit,* οἱ γὰρ διὰ συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες κώδωνα ἔχουσιν, ὅπως σημαίνειν σφ. &c. *aut ita,* κώδωνι χρῶνται, ὅπως &c. ac Xylander in suis annotationibus, *Laudo Robertum* (inquit) *qui sensit deesse hoc loco ea verba,* κώδωνι χρῶνται, *inserenda ante hæc,* ὅπως σημαίνειν σφίσιν, &c. ego tamen illi nostræ coniecturæ haud tantum tribuere ausus sum vt verba illa cæteris insererem.

At in ipsa interpretatione nihil mutandum censui, licet locos animaduerterẽ multos quorum sensum interpres (vir alioqui in hoc munere & apud hunc scriptorem & apud alios non infeliciter circa valde difficiles etiam locos versatus) minimè assequutus esset. Quorũ è numero est quidam pag. 54, de Catilina. nam quũ Dionis verba sonent, *Atque is maius quàm pro dignitate eorum quæ gessit nomen consequutus est, propter Ciceronis gloriam, ac propter orationes quæ in eum habitæ fuerũt.* Nisi quis malit principium ita reddi, eodem alioqui sensu, *Atque is maius nomen quàm quo res ab eo gestæ dignæ erant, consequutus est,* &c. quum, inquam, Græca Dionis verba hoc sonent, quiddam valde diuersum Latina Xylandri sonant. De hoc etiam mihi monendus es lector, nonnulla te in hac interpretatione lecturum vbi sermonem vitiosum esse putabis, sed eum & aliquot aliis locis eodem loqui modo comperies. Eius autem quod dico exempla in meis annotationibus proferã, vbi & alias emendationes plurimorũ Dionis locorũ & quarundam interpretationum habebis: simúlq; Xiphilini ex Dione eclogas, necnon alia huius ipsius (Dionis inquã) Deo fauẽte accipies. Hæc enim ei prelo quod nunc operã Appiano præstat, cõmittere decretũ est. Vale, & deum opt. max. ora vt nostris adspirare laboribus dignetur.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΕΙΚΟΣΙΠΈΝΤΕ ΒΙΒΛΊΑ.

Τούτων τῶν εἰκοσιπέντε βιβλίων τὸ πρῶτον, ἐστὶ τὸ ὅλου τοῦ συντάγματος τριακοστὸν ἕκτον· τὸ δὲ τελευταῖον, ἐστὶ τὸ ἑξηκοστόν. ἀλλ' ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ταῦτα προτίθεται, ἅπερ ἐστὶν ἀποσπασμάτιον τοῦ τριακοστοῦ πέμπτου.

ΤΑ ΕΞΗΣ, ΤΟΥ ΤΡΙΑΚΟΣΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ἈΠΟΣΠΑΣΜΆΤΙΟΝ ἘΣΤΊ.

A καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ ἐπ' ἀμφότερα ἐκέχρητο, ἐπέτρεψεν. ἡττηθείς τε γὰρ πολλὰ καὶ κρατήσας, οὐκ ἐλάττων καὶ στρατηγικώτερος ἀπ' αὐτῶν ἐπεπίστευτο γεγονέναι. αὖθίς τε οὖν ὡς καὶ τότε πρῶτον ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο, καὶ πρός τε τοὺς ἀστυγείτονας, τούς τε ἄλλους, καὶ Ἀρσάκην τὸν Πάρθον, καίπερ ἐχθρὸν αὐτῷ διὰ χώραν τινὰ ἀμφισβητήσιμον ὄντα, ἐπρεσβεύοντο· καὶ ταύτης τε αὐτῷ ἀφίσταντο, καὶ τοὺς Ῥωμαίους διέβαλλον, λέγοντες ὅτι, ἂν μονωθέντων σφῶν κρατήσωσι, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἐπιστρατεύσουσι. B φύσει τε γὰρ πᾶν τὸ νικῶν ἄπληστον τῆς εὐπραγίας εἶναι, καὶ μηδένα ὅρον τῆς πλεονεξίας ποιεῖσθαι· καὶ τούτους, ἅτε καὶ ἐν κράτει πολλῶν δὴ γεγονότας, οὐκ ἐθελήσειν αὐτοῦ ἀποσχέσθαι. καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἔπραττον. Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατὰ σχολὴν σωθῆναι εἴασε· καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰτίαν, ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον, ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἄρχῃ, καταλῦσαι, παρά τε τοῖς C ἄλλοις καὶ παρὰ τοῖς πολίταις ἔσχε. καὶ διὰ τοῦτο τότε ἐς τοὺς στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἐπανήγαγον· καὶ μετὰ ταῦθ', ὡς καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποιηκέναι ἔδοξε, τὸν ὕπατον αὐτῷ τὸν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα διάδοχον ἔπεμψαν. τὰ δὲ δὴ Τιγρανόκερτα, στασιασάντων πρὸς τοὺς Ἀρμενίους τῶν ξένων τῶν συνοικούντων αὐτοῖς, εἷλε. Κίλικές τε γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν, ἀνάσπαστοί ποτε γεγονότες, καὶ ἐσήγαγον εἴσω νυκτὸς τοὺς Ῥωμαίους. D

DIONIS ROMANAE HISTORIAE QVI SVPERSVNT libri vigintiquinque.

Horũ vigintiquinque librorũ primus, operis totius est trigesim' sextus: at vltimus, est sexagesimus. Sed in exẽplari præfiguntur ista, quæ sunt fragmẽtum libri trigesimiquinti.

QVAE SEQVVNTVR, SVNT LIBRI TRIGESIMIQVINTI fragmentum.

& quia fortuna in vtranque partem valida vsus erat, concessit. Quum enim sæpenumero victus fuisset, sæpe etiam ipse vicisset, non modò non fractus, verùm etiam rei militaris peritior euasisse existimabatur. Itaque, tanquam tum primùm bellum gerere inciperent, sese parauerunt, missis ad vicinos legatis, Arsacẽnque in primis Parthum, cum quo de regione quadam controuersia iam antè ipsis erat: qua tum ei cedentes, Romanos apud eum traduxere, eos, si victoriam obtinuissent contra se ab aliis destitutos, in ipsum quoque arma statim versuros, dicentes. Ita enim ferre naturam, vt omnis victor inexatiabili rerum secundarum desiderio efferatur, neque finem vllum cupiditati statuat: atque Romanos quidẽ, qui iam multis mortalibus imperarent, ab ipso sibi non temperaturos. Hæc tum Armenii agebant. Lucullus interea Tigranem non insequebatur, sed ei euadendi omnino otium concedebat: vnde non ab aliis tantùm, sed à suis quoque ciuibus reprehensus est, quòd debellare noluisset, quò diutius cum imperio esset. Itaque tum Romani imperium in Asia prætoribus assignauerũt: atque deinde quum iterum eodem modo se gessisse Lucullum censerent, consulem istius anni, successorem ei miserunt. Cæterùm Tigranocerta vrbem Lucullus cepit. Eam inhabitabãt peregrini quidam, quorum pars maior Cilices erant, ab Armeniis olim adsciti. hi, orta inter ipsos & Armenios seditione, Romanos noctu in oppidum introduxerunt.

Victoriæ quæ sit natura.

Lucullus reprehensus, & cur.

Lucullus Tigranocerta capit.

omnibus, præter ea quæ Cilicũ erant, direptis, multas optimatum coniuges captas Lucullus ab omni iniuria custodiuit: eo facto maritos earum sibi coniunxit, regémque Commagenæ regionis (hoc nomẽ est Syriæ ad Euphratem fluuium & Taurum montem sitæ) Antiochum: præterea regulum quendam Arabiæ, Alchaudonium nomine, aliósque nonnullos per legatos secum paciscẽtes in fidem recepit.

Antiochus Cõmagenæ rex.

Alchaudonius

Per hos certior factus de legationibus Tigranis ac Mithridatis ad Arsacem missis, ipse quoque nonnullos ex sociis ad eundem ablegauit, minas ei, si illos auxilio iuuare, promissiones autem, si Romanorum rebus studere statuisset, proponentes.

Luculli ad Arsacem Parthorũ regẽm legatio.

Arsaces, quòd eo tempore Tigrani etiamnum irascebatur, nullámque de Romanis adhuc sinistram opinionẽ animo conceperat, missis ad Lucullum suis etiam legatis, amicitiam cum eo societatémque coniunxit. Verùm postea temporis, quũ Secilius ad eum veniret, suspicatus hominem bello clarum nõ tam pacti nuper initi causa, quàm vt regionem copiásque suas exploraret, missum, Romanis auxilia nulla suppeditauit: ita tamen vt ne cõtra illos quicquam etiam moliretur, sed in medio sese partium contineret, quòd (vt veri haud absimile est) neutrorum potẽtiam augeri volebat: sed, si bellum vtrinque æquis viribus gereretur, summæ sibi id securitati futurum arbitrabatur. Hæc eo anno Lucullus egit, multis Armeniæ partibus sibi adiunctis.

Secilius.

Arsaces neque Romanis, neque Mithridati opem fert.

Insequenti anno Q. Marcius consulatum solus gessit. Nam eius collega L. Metellus initio anni diem suum obierat: eóque qui in eius locum subrogatus fuerat, antequam iniret magistratũ, vita functo, nullus alius substitutus est. Eo anno Lucullus, media iam æstate (prius enim propter frigus in hostiũ fines inuadere nequaquam potuerat) cum exercitu profectus, aliquam regionis partẽ vastauit, vt barbaros ad eam defendendam, pugnámque, eliceret: quúmque nihil illi mouerent, ad ipsos contendit. Equites barbarorũ, qui Romanis equitibus eo tempore robore prȩstabant, omnem cum peditibus pugnam detrectabant:

ANNO V.C. 686.

Lucullus in Armeniã proficiscitur cum exercitu.

A καὶ ἐκ τούτου τὰ μὲν ἄλλα διηρπάσθη, πλὴν τῶν ἐκείνοις ὑπαρχόντων· τὰς δὲ δὴ γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων πολλὰς ἁλούσας ἄνευ ὑβρισμοῦ ὁ Λούκουλλος ἐφύλαξε· καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ τοὺς ἄνδρας σφῶν προσεποιήσατο, τόν τε τῆς Κομμαγηνῆς βασιλέα Ἀντίοχον. ἡ δὲ δὴ χώρα αὕτη τῆς Συρίας πρός τε τῷ Εὐφράτῃ καὶ πρὸς τῷ Ταύρῳ ἐστί. καί τινα Ἀράβιον δυνάστην Ἀλχαυδόνιον, ἄλλους τε ἐπικηρυκευσαμένους οἱ ἐδέξατο· καὶ μαθὼν παρ᾽ αὐτῶν

B τὴν πρεσβείαν τὴν ὑπό τε τοῦ Τιγράνου καὶ τοῦ Μιθριδάτου πρὸς τὸν Ἀρσάκην πεμφθεῖσαν, αὐτὸς ἀπέστειλέ τινας ἐκ τῶν συμμάχων, ἀπειλάς τε ἅμα αὐτῷ, ἂν ἐκείνοις ἐπικουρήσῃ, καὶ ὑποσχέσεις, ἂν τὰ σφέτερα ἀνθέληται, φέροντας. ὁ οὖν Ἀρσάκης τότε μὲν (ἔτι γὰρ τῷ τε Τιγράνῃ ὀργὴν εἶχε, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίους οὐδὲν ὑπώπτευε) πρέσβεις τέ οἱ ἀντέπεμψε, καὶ φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν ἐσπείσατο· ὕστερον δὲ τὸν Σηκίλιον ἐλθόντα πρὸς

C ἑαυτὸν ἰδών, ὑπετόπησε κατάσκοπον τῆς χώρας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ παρεῖναι· τούτου γὰρ ἕνεκα, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ὁμολογίας ἤδη γεγενημένης, ἄνδρα ἐπιφανῆ τὰ πολεμικὰ πεμφθῆναι. καὶ οὐδεμίαν ἐπ᾽ αὐτῶν βοήθειαν ἐποιήσατο, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἠναντιώθη τι, ἀλλ᾽ ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἔστη, μηδ᾽ ἑτέρους, ὥσπερ εἰκός, ἐθελήσας αὐξῆσαι. τὸν γὰρ πόλεμον αὐτὸν ἰσοπαλῆ ὄντα ἀσφάλειαν οἱ μεγίστην οἴσειν ἐνόμιζε. τούτῳ μὲν δὴ τῷ ἔτει ταῦθ᾽ ὁ Λούκουλ-

D λος ἔπραξε, καὶ τῆς Ἀρμενίας συχνὰ προσηγάγετο.

Ἐπὶ δὲ δὴ Κυΐντου Μαρκίου (τοῦτο γάρ, καίπερ οὐ μόνος ἀποδειχθείς, μόνος ὑπάτευσεν. ὅ, τε γὰρ σὺν αὐτῷ χειροτονηθεὶς Λούκιος Μέτελλος ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους ἀπέθανε, καὶ ὁ ἀφιερωθείς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε, καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐδεὶς ἄλλος ἀπεδείχθη) ἐν οὖν τῷ ἔτει τούτῳ ὁ Λούκουλλος, μεσοῦντος ἤδη τοῦ θέρους (ὑπὸ γὰρ τοῦ ψύχους ἀδύ-

E νατος ἦν ἐς τὴν πολεμίαν γῆν ἐσβαλεῖν) στρατεύσας, τινά τε τῆς γῆς ἐπόρθησεν, ὅπως ἀμυνοῦντας αὐτῇ τοὺς βαρβάρους ἐς μάχην ὑπαγάγηται· καὶ ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἐκινοῦντο, ἐπ᾽ αὐτοὺς ὥρμησε. κἂν τούτῳ τοῖς μὲν ἱππεῦσι τῶν Ῥωμαίων χαλεποὶ οἱ τῶν ἐναντίων ἱππεῖς ἐγίγνοντο, τῶν δὲ πεζῶν οὐδεὶς αὐτῶν ἐς χεῖρας ᾔει,

A ἀλλ' ὁπότε ἡ ἀσπὶς τοῦ Λουκούλλου τῇ ἵππῳ προσβοηθήσειεν, ἐτρέποντο. οὐ μέντοι καὶ δεινόν τι ἔπασχον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδιώκοντας σφᾶς ἐς τοὐπίσω τοξεύοντες, πολλοὺς μὲν παραχρῆμα ἀπεκτίννυσαν, παμπληθεῖς δὲ ἐτίτρωσκον. καὶ ἦν τὰ τραύματα χαλεπὰ καὶ δυσίατα. ταῖς τε γὰρ ἀκίσι διπλαῖς ἐχρῶντο, καὶ προσέτι καὶ ἐφήρμοττον αὐτάς, ὥστε τὰ βέλη, εἴτε ἐμμένοιέ πη τοῖς σώμασιν, εἴτε καὶ ἐξέλκοιτο, τάχιστα αὐτὰ διολλύναι. τὸ γὰρ ἕτερον τὸ δεύτερον σιδήριον ἔνδον, ἅτε μηδεμίαν

B ἀνθολκὴν ἔχον, ἐγκατελείπετο. ὁ οὖν Λούκουλλος, ἐπειδή τε πολλοὶ ἐτραυματίζοντο, καὶ οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δ' ἀνάπηροι γοῦν ἐγίγνοντο, καὶ ἅμα καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτοὺς ἐπέλιπεν, ἐκεῖθέν τε ἀπεχώρησε, καὶ ἐπὶ Νίσιβιν ὥρμησεν. ἡ δὲ δὴ πόλις αὕτη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καλουμένῃ πεπόλισται. οὕτω γὰρ πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Τίγριδος καὶ τοῦ Εὐφράτου ὀνομάζεται· καὶ νῦν μὲν ἡμετέρα ἐστί, καὶ ἄποικος ἡμῶν νομίζεται· τότε δὲ ὁ Τιγράνης τὴν Πάρ-

C θων αὐτὴν ἀφελόμενος, τούς τε θησαυροὺς ἐν αὐτῇ καὶ τὰ ἄλλα τὰ πλεῖστα τῶν λοιπῶν ἀπετίθετο, φύλακά οἱ τὸν ἀδελφὸν προστάξας. πρὸς οὖν ταύτην ὁ Λούκουλλος ἐλθών, ἐν μὲν τῷ θέρει, καίπερ μὴ παρέργως τὰς προσβολὰς ποιησάμενος, οὐδὲν ἐπέραινε (τὰ γὰρ τείχη καὶ διπλᾶ καὶ πλίνθινα ὄντα, τήν τε παχύτητα πολλὴν ἔχοντα, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ διειλημμένα, οὔτε κατασεισθῆναί πη, οὔτε διορυχθῆναι ἠδύνατο· διόπερ οὐδ' ὁ Τιγρά-

D νης ἐπήμυνε σφίσιν) ὡς δ' ὅ, τε χειμὼν ἐνέστη, καὶ οἱ βάρβαροι ἀθυμότερον, ἅτε ἐπικρατοῦντες, τούς τε Ῥωμαίους ὅσον οὐκ ἀπαναστήσεσθαι προσδοκῶντες, διῆγον, ἐτήρησε νύκτα ἀσέληνον, καὶ ὑετῷ λάβρῳ βρονταῖς τε χειμέριον· ὥστε μήτε τι προϊδέσθαι μήτε τι ἐπακοῦσαι αὐτοὺς ἔχοντας, τόν τε ἔξω περίβολον, πλὴν ὀλίγων, καὶ τὴν ἐν τῷ μέσῳ τάφρον ἐκλιπεῖν. καὶ προσέμιξε πολλαχῇ τῷ τείχει, καὶ ἐκείνου τε οὐ χαλεπῶς ἀπὸ τῶν χω-

E μάτων ἐπέβη, καὶ τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν αὐτῷ ῥαδίως, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπέκτεινε· καὶ οὕτω τῆς τε τάφρου μέρος τι (τὰς γὰρ γεφύρας οἱ βάρβαροι προκατέρρηξαν) συνέχωσεν· οὔτε γὰρ τῇ τοξείᾳ, οὔτε αὐτῷ πυρὶ λυπεῖσθαι ἐν τῷ πολλῷ ὑετῷ ἐδύνατο. καὶ διαβὰς αὐτήν, τὰ μὲν

statimq; vbi Lucullus scutatis suis equitatui succurrebat, terga ostendebant. neque tamen cladem vllam accipiebant, sed sagittis in insequentes à tergo emissis, multos interimebāt, multos vulnerabant. Ea vulnera, grauia difficiliáque sanatu erant. nam duæ erant sagittis cuspides, eæque ita affixæ, vt semper altera in corpore remaneret, siue sagitta extraheretur, siue fixa maneret: quòd nulla fibula eam arūdini annectebat: itaque præsens malum corporibus afferebant. Lucullus, quum multi sauciarentur, atque partim ex vulneribus morerētur, partim membris mutilarentur, ac iam penuria quoque annonę tentaretur, castris inde motis ad Nisibim profectus est. Vrbs ea in Mesopotamia (ita autem omnis quæ Tigrim & Euphratē fluuios interiacet regio appellatur) condita erat, atque hoc tempore nostræ est ditionis, coloniáque nostra habetur: ea verò tempestate Parthis eam quum Tigranes ademisset, thesauros in ea suos cæteráque multa reposuerat, custodia fratri suo mandata. Eam vrbem quanquam haud segniter oppugnabat Lucullus, tamen per totam æstatem frustra tentauit: (erat enim duplici muro, eóque lateritio, cincta, magnæ crassitiei: fossáque magnæ altitudinis circundabatur, vt neque cōcuti murus neque subrui posset: atque ideo neque auxilio ipsis Tigranes veniebat) initio autem hyemis, quum barbari vicisse se, Romanósque iamiā decessuros existimantes, securius nōnihil sese gererent: noctem Lucullus nactus, in qua neque luna fulgebat, & imber ingens cum tonitribus coortus erat, vt neque cernere barbari, neque audire quicquam possent, atque ob id exteriorem murum, fossámque in medio actam, paucis ibi relictis, desererent: ab omni parte murum aggressus est. Quúmque per aggeres in eum haud difficulter euasisset, obtrūcatis nullo negotio custodibus, qui ibi pauci relicti fuerant, partem fossæ aliquam (antè enim barbari pontes deiecerāt) ingesta terra æquauit, quū ab hostibus neque sagittis neque igne ob vim pluuiarum lædi posset. Fossa superata, vrbem ipsam statim cepit:

Lucullus Nisibim obsidet, & capit. Mesopotamia.

neque enim erant interiora mœnia admodum valida, quòd exterioribus fidebant. Eos autem qui in arcem cõfugerant, cum quibus Tigranis quoque frater erat, fide data acceptáque recepit: multáque pecunia accepta, ibi hyberna habuit. Dum eo modo Nisibim Lucullus occupat, multa Armeniæ, earúmque quæ circa Pontum sunt regionum loca amisit. Tigranes enim ad Nisibim, quam inexpugnabilem esse existimabat, defendendam se non conuertẽs, in prædictas regiones profectus est, siquas Lucullo Nisibi intento recipere posset. Igitur Mithridate domum misso, ipse in Armeniam suam contendit, ibi L. Fannium resistẽtem sibi obsedit, tantisper dum Lucullus re cognita auxilio illi proficisceretur. Interea loci Mithridates alteram Armeniam cæterásque regiones inuadẽs, multos Romanorum in iis regionibus vagantes ex improuiso adortus interficit, nonnullos prælio victos cædit, pleraque loca magna celeritate recipit. Beneuolentia enim illi homines erga Mithridatem affecti erant, cùm quòd suæ esset gentis, tum ob paternum eius regnum: iidémque Romanos odio habebãt, partim quòd peregrini essent, partim quòd à præfectis eorum malè tractarẽtur: itaque Mithridati lubentes accesserunt. Iidem haud multo pòst M. Fabium, Romanorum in iis locis præfectum vicerunt: magnopere vsi auxilio Thracum, qui, quum antea sub Mithridate stipendia fecissent, tum cum Fabio militabant, itémque seruorum qui in castris Romanorum erant. Primùm Thraces à Fabio speculatũ missi, quũ nihil sani renuntiassent, ísque incautius progressus, quũ in Mithridatem inopinatò incidisset, Thraces quoque Romanos adorti sunt, libertatémque ipsis Mithridate deferente, ipsum in prælio iuuerunt. * * *

haud dubiè omnes periissent, ni Mithridates, dum inter hostes versatur (natus enim plus quàm septuaginta annos, tamen pugnabat) lapide ictus, metum barbaris ne periret incussisset: quibus pugnam idcirco inhibentibus, Fabio cum suis in tutum locum perfugiendi spatium concessum est. Idem Fabius deinde in Cabi-

Tigranes in Armenia L. Fannium obsidet.

Mithridates recipit multa loca.

Thracum perfidia in Romanos.

Fabius in Cabiris obsessus, à Triario liberatur.

A ἀλλὰ, οὐ πάνυ ἰσχυρὸς τοῦ ἔνδον κύκλου, πίστει τῶν ἔξωθεν αὐτοῦ προσβεβλημένων, ὄντος, εὐθὺς εἷλε. τοὺς δὲ ἐς τὴν ἄκραν ἀναφυγόντας, ἄλλους τε καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Τιγράνου μετὰ τοῦτο καθ' ὁμολογίαν παρεστήσατο· καὶ χρήματά τε πολλὰ ἔλαβε, καὶ ἐκεῖ διεχείμασε. τὴν μὲν οὖν Νίσιβιν οὕτως ἐχειρώσατο· τῆς δὲ Ἀρμενίας τῶν τε ἄλλων τῶν περὶ τὸν Πόντον συχνὰ ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ Τιγράνης ἐκείνην μὲν, ὡς οὐκ ἂν ἁλοῦσαν, οὐκ ἐπεκούρησε· πρὸς δὲ τὰ προειρη-

B μένα ὥρμησεν, εἴπως ἀσχόλου περὶ τὴν Νίσιβιν αὐτοῦ ὄντος, φθάσειεν αὐτὰ κομισάμενος. καὶ Μιθριδάτην μὲν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπέστειλεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν ἑαυτοῦ Ἀρμενίαν ἦλθε. κἀνταῦθα Λούκιον Φάννιον ἀντιστάντα οἱ ἀπολαβὼν ἐπολιόρκει, μέχρις οὗ ὁ Λούκουλλος αἰσθόμενος τοῦτο ἐπεβοήθησεν αὐτῷ. ἐν ᾧ δὲ ταῦτ' ἐγίγνετο, Μιθριδάτης ἔς τε τὴν ἑτέραν Ἀρμενίαν καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐσβαλὼν, πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων τοὺς μὲν ἀνὰ τὴν χώραν πλανωμένους,

C ἀπροσδόκητος σφίσι προσπεσὼν, ἔφθειρε, τοὺς δὲ καὶ ἐκ μάχης κατέκοψε. κἀν τούτῳ καὶ τῶν χωρίων τὰ πλείω διὰ ταχέων ἀνεκτήσατο. οἱ γὰρ ἄνθρωποι ἐκείνου τε εὐνοίᾳ, ἔκ τε τοῦ ὁμοφύλου καὶ ἐκ τῆς πατρίου βασιλείας, καὶ τὸ Ῥωμαίων μῖσος, διά τε τὸ ὀθνεῖον, καὶ διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων σφίσι κακουχεῖσθαι, ἔχοντες, προσεχώρησάν τε αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτο τὸν ἄρχοντα τῶν ἐκεῖ Ῥωμαίων Μάρκον Φάβιον ἐνίκησαν. οἵ τε γὰρ Θρᾷκες οἱ πρότερον μὲν τῷ

D Μιθριδάτῃ μισθοφορήσαντες, τότε δὲ τῷ Φαβίῳ συνόντες, καὶ οἱ δοῦλοι οἱ ἐν τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ ὄντες, ἰσχυρῶς αὐτοῖς ἐβοήθησαν· οἵ τε Θρᾷκες ὑπὸ τοῦ Φαβίου ἐς προσκοπὴν πεμφθέντες, οὔτε τι ὑγιὲς ἀνήγγειλαν αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτ', ἐκείνου τε ἀφυλακτότερον προϊόντος, καὶ τοῦ Μιθριδάτου ἐξαίφνης οἱ προσπεσόντος, συνεπέθεντο τοῖς Ῥωμαίοις. καὶ ἐν τούτῳ ἐλευθερίαν σφίσι τοῦ βαρβάρου κηρύξαντος, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου. * * ἀνά-

E λωσαν ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθριδάτης τοῖς πολεμίοις ἀναστρεφόμενος (καὶ γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἐμάχετο) λίθῳ τε ἐπλήγη, καὶ δέος τοῖς βαρβάροις μὴ καὶ ἀποθάνῃ παρέσχεν. ἐπισχόντων γὰρ σφῶν διὰ τοῦτο τὴν μάχην, ἠδυνήθησαν ἄλλοι τε καὶ ὁ Φάβιος ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποφυγεῖν. καὶ μετὰ τοῦτ' ἐς τὰ Κα-

A ἕδρα κατακλεισθεὶς, ἐπολιορκήθη μέν, ἐσώθη δὲ ὑπὸ τοῦ Τριαρίου. ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας ταύτῃ πρὸς τὸν Λούκουλλον διιών, καὶ γνοὺς τὰ πεπραγμένα, δύναμίν τε ὅσην οἷόν τ' ἦν ἐκ τῶν παρόντων ἤθροισε, καὶ τὸν Μιθριδάτην, ὡς καὶ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ πλήθει προσιών, ἐξέπληξεν ὥστ' ἀναστῆναι ποιῆσαι πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν. κἀκ τούτου ἐπιθαρσήσας, καὶ μέχρι τῶν Κομμαγηνῶν ἀποφυγόντα αὐτὸν ἐπεδίωξε, κἀνταῦθα ἐνίκησεν. ηὐλίζετο μὲν γὰρ ὁ Μιθριδάτης B ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ, ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι προσῄεσαν· βουληθεὶς δὲ σφίσι κεκμηκόσιν ἐκ τῆς πορείας συμμῖξαι, αὐτός τε προαπήντησε, καὶ ἑτέρους δι' ἄλλης γεφύρας ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διαβάντας ἐπιθέσθαι προσέταξε. καὶ αὐτὸν ἀγχωμάλως ἐπὶ πλεῖστον ἀγωνιζόμενον ἡ γέφυρα, πολλῶν τε καὶ ἀθρόων ἅμα δι' αὐτῆς ἐπειγομένων, τῆς τε ἐπικουρίας ἀπεστέρησε, καὶ προσδιετάραξε. καὶ τότε μὲν μετὰ τοῦτ' (ἤδη γὰρ χειμὼν ἦν) ἀπεχώρησαν C ἐς τὰ ἑαυτῶν τείχη ἀμφότεροι, καὶ ἡσύχαζον. * τὰ δὲ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστί, καὶ ἐδόκει ποτὲ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν. καὶ ὅπως μὲν ἐς αὐτοὺς ταῦτα ἀφίκετο, ἢ ὅπως διέμεινεν, οὐ δύναμαι σαφές, πολλῶν λεγομένων, εὑρεῖν· ὃ δὲ ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, φράσω. δύο αὗται πόλεις ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὁμώνυμοι, οὔτε πάνυ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων εἰσί, καὶ τῶν D αὐτῶν περιέχουσι. καὶ γὰρ μυθολογοῦσι καὶ δεικνύουσι τά τε ἄλλα πάντα ἐκ τοῦ ὁμοίου, καὶ τὸ ξίφος, ὡς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῆς Ἰφιγενείας ὄν, ἀμφότεραι ἔχουσι. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον εἰρήσθω.

Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, ἐπί τε Μανίου Ἀκιλίου καὶ ἐπὶ Γαΐου Πείσωνος ὑπάτων, ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ πρὸς Γαζιούρσις ἀντεκάθητο· προκαλούμενός τε ἅμα αὐτὸν ἐς μάχην, καὶ ἐξοργίζων. τά τε γὰρ ἄλλα, E καὶ ἐν τῇ ἐπόψει τῇ τῶν Ῥωμαίων αὐτός τε ἤσκει, καὶ τοὺς στρατηγικὰς γυμνασίας ἐποιεῖτο, ὅπως πρὶν τὸν Λούκουλλον ἐπελθεῖν, ἐκεῖνόν τε συμβαλὼν (ὥσπερ ἤλπισε) κρατήσῃ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἀνασώσηται. ἐπεὶ δ' οὐκ ἐκινεῖτο, πέμπει τινὰς πρὸς Δάδασα φρούριον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέκειτο, ἵν' ἐκείνοις τε ἐπαμύνοντα αὐτὸν ἐς χεῖρας ὑπαγάγηται. καὶ

ris obſeſſus, oppugnatúſque: à Triario ſeruatus eſt. Is Triarius quum ex Aſia eâ ad Lucullum iter faciens rem geſtã accepiſſet, coacta ex iis qui aderant quàm maxima poterat manu, Mithridatem, totum exercitum Romanum aduerſum ſe venire putãtem, terruit, vt is antequam in conſpectum eius veniret, retrocederet: Triarius audacior factus, vſque in Commagenos fugientem inſecutus, ibi vicit. Caſtra habebat Mithridates ex altera eius fluuii parte qua Romani accedebant: eos vt ex itinere feſſos aggrederetur, iſte occurrit: reliquos inter prælium per alium pontem ſubſidio ſibi venire iuſſit. Quũ diu æquo marte certatum eſſet, pons abruptus, quum multi confertim per eum tranſire contenderẽt, Mithridatẽ ſubſidiis deſpoliauit, perturbauítque. Ab hoc cõflictu vtrique (hyems enim iam appetierat) ſe in caſtella ſua receperunt. * Cæterùm Comana in ea quæ nũc vocatur Cappadocia ſunt: creditúmque eſt ſemper in hunc vſque diem ibi ſimulacrum Dianæ Tauricæ, genúſque Agamemnonis fuiſſe. Quæ quomodo eò peruenerint, ibíve manſerint, inter tot opiniones dicere non habeo: id quod exploratum mihi eſt, dicam. Duæ vrbes ſunt Cappadociæ, non procul inter ſe diſtantes, communiáque omnia habentes. nam cùm reliquá omnia ſimilia vtrinque fabulantur oſtentántque, tum vtraque vrbs gladium habet, quem verum Iphigeniæ eſſe autumant. Atque hæc hactenus.

Anno proximo, M. Acilio, & C. Piſone conſulibus, Mithridates, ad Gaziurſa Triario oppoſitis caſtris, prouocare hominem ad prælium, atque irritare intendit, cùm aliis rebus, tum in cõſpectu Romanorum milites ſuos ſéque in armis exercendo: vt cum eo congreſſus ante Luculli aduentum, ſuperiórque factus (quod ſperabat) reliquam etiam regni partem recuperaret. Quum Triarium non eliceret, ad caſtellum, cui Dadaſa nomen erat, oppugnandum, ſuorum aliquos mittit, in quo impedimenta Romanorum aſſeruabantur: vt Romanos ei opitulaturos in manus ſuas perduceret. Ne-

Triarius Mithridatem fugat, & vincit.

Comana.

Dianæ Tauricæ ſimulacrũ.

Iphigeniæ gladius.

Anno vr. c. 687. Mithridates Triarium vincit.

que id eum fefellit. Quum enim eatenus Triarius Mithridatis multitudinē reformidās, Lucullúmque, quem accersierat, operiens, se cōtinuisset, postquam Dadasa oppugnari accepit, militésque rebus suis metuentes, tumultuantes, minati sunt se iniussu eius, nisi ipsos educeret, ad defendēdū ituros, inuitus castris excessit. Barbari iam castello appropinquantes adorti, circumfusique ob multitudinem suam, partim ceciderūt: partim in campum compulsos, in quē Romani fluuium excurrere ignorabant, circumuecti obtruncauerunt. Ac, nisi quidam ex Romanis, se vnum ex Mithridatis cōmilitonibus (nam, quemadmodum antè dixi, eius generis secum is haud paucos habebat) simulans, propè cōgressus, tanquam dicere quippiam cupiens, regi vulnus intulisset, occidione deleti omnes fuissent. nunc ille huius facinoris autor deprehensus, cæsus est: barbaris verò ea de re perturbatis, Romani multi effugerunt. Mithridates, curato vulnere, suspicatus alios quoque præterea in suo exercitu hostes esse, militum delectum quasi aliùs rei causa instituit: iussísque singulis confestim in sua tabernacula se recipere, Romanos solos deprehensos occidit. Interim Lucullus aduenit: & quanquam eam de se opinionem præbebat, facilè ipsum hîc quoque superaturum, amissáque omnia non magno labore recepturum, nihil tum confecit. Nam & Mithridates ad Talaura loco edito consederat, neque ad pugnandum educebat: & Medus Mithridates, alter Tigranis gener, Romanos palantes repentè adortus, magna clade affecerat: præterea ipse Tigranes aduētare ferebatur. Super hæc omnia in exercitu quoque Luculli seditio erat. nam Valeriani milites, qui militia liberati prius, iterum stipendia faciebāt, iam antè ad Nisibin tumultuati fuerant, victoria, quietéque, & rerum copia luxuriantes, adhæc absente Lucullo (quippe is plerūque peregrè ibat) degentes: præcipuè verò commoti à P. quodam Clodio, quem alii Claudium nomināt) homine innata quadam nouarum rerum cupiditate infecto; quanquam eius sororē Lucullus in matrimonio habebat.

Mithridates vulneratur.

Mithridates omnes Romanos transfugas cædit.

Mithridates Medus, Tigranis gener.

Valeriani milites à Lucullo deficiunt.

P. Clodius legionibus Valerianis ad Nisibin defectionis à Lucullo autor.

A εἶχεν οὕτως. ὁ γὰρ Τριάριος τέως μὲν τό, τε πλῆθος τοῦ Μιθριδάτου φοβούμενος, καὶ τὸν Λούκουλλον (μετεπέμπετο γὰρ αὐτὸν) προσδεχόμενος, ἡσυχίαν εἶχεν· ὡς δὲ τά τε Δάδασα πολιορκούμενα ἐπύθετο, καὶ οἱ στρατιῶται δείσαντες περὶ αὐτοῖς ἐταράττοντο, καὶ ἐπηπείλουν εἰ σφᾶς μηδεὶς ἐξάγοι, καὶ αὐτοκέλευστοι βοηθήσειν σφίσι· καὶ ἄκων ἐξανέστη, καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προσχωροῦντι ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν πε- B ριέσχον καὶ κατειργάσαντο, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκφυγόντας, ἀγνοίᾳ τοῦ τὸν ποταμὸν ἐς αὐτὸ ἐκτετράφθαι, περιελαύνοντες ἔκτεινον. καὶ πασσυδὶ ἂν σφᾶς διέφθειραν, εἰ μή τις τῶν Ῥωμαίων τις πλασάμενος ὡς καὶ ἐκ τῆς τοῦ Μιθριδάτου συμμαχίδος ὢν (ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ αὐτοῖς τρόπῳ συστρατευομένους, ὥσπερ εἶπον, οὐκ ὀλίγους εἶχε) προσῆλθέ τε οἱ, ὡς καὶ εἰπεῖν τι βουλόμενος, καὶ ἔτρωσεν αὐτόν. οὕτω γὰρ ἐκεῖνος μὲν συλληφθεὶς ἀπεσφάγη· τα- C ραχθέντων δὲ πρὸς τοῦτο τῶν βαρβάρων, συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων διέφυγον. Μιθριδάτης μὲν δὴ τό, τε τραῦμα ἰᾶτο, καὶ προσυποτοπήσας καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πολεμίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ εἶναι, ἐξέτασιν τῶν στρατιωτῶν ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐποιήσατο· καὶ κελεύσας σφᾶς ἐς τὰς ἑαυτῶν σκηνὰς ὡς ἑκάστους κατὰ τάχος ἀναχωρῆσαι, κατεφώρασε, καὶ τοὺς Ῥωμαίους μονωθέντας διέφθειρε. κἂν τούτῳ ὁ Λούκουλλος ἐπελθὼν δόξαν μέν τισι παρέσχεν ὡς καὶ ἐκεῖνα ῥᾳ- D δίως κρατήσων, καὶ πάντα τὰ προειμένα δι' ὀλίγου κομιούμενος, οὐ μέντοι καὶ κατέπραξέ τι. ὅ, τε γὰρ Μιθριδάτης ἐς τὰ μετέωρα πρὸς Ταλαύροις ὄντα ἱδρυθεὶς, οὐκ ἀντεπῄει αὐτῷ· καὶ ὁ Μιθριδάτης ὁ ἕτερος ὁ ἐκ Μηδείας γαμβρὸς τοῦ Τιγράνου ἐσκεδασμένοις τοῖς Ῥωμαίοις ἐξαίφνης προσπεσὼν, συχνοὺς ἀπέκτεινεν. ὅ, τε Τιγράνης αὐτὸς προσιὼν ἠγγέλθη, καὶ τὸ στράτευμα ἐστασίασεν. οἱ γὰρ Οὐαλέριοι οἱ τῆς τε στρατείας ἀφεθέντες, καὶ μετὰ τοῦτ' αὖ- E θις στρατευσάμενοι, ἐκινήθησαν μὲν καὶ ἐν τῇ Νισίβει, ἔκ τε τῆς νίκης καὶ ἐκ τῆς ἡσυχίας, τοῦ τε τὰ ἐπιτήδεια ἄφθονα ἔχειν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Λουκούλλου τὰ πολλὰ, διὰ τὸ πολλαχόσε ἐκδημεῖν αὐτὸν, διαιτᾶσθαι· καὶ μάλιστα ὅτι Πούπλιός τις Κλώδιος (ὃν Κλαύδιον τινὲς ἐκάλεσαν) συνεστασίαζε σφᾶς ὑπὸ ἐμφύτου νεωτεροποιίας, καίπερ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ τῷ Λουκούλλῳ συνοικούσης.

A ἐξεταράχθησαν δὲ καὶ τότε ἄλλως τε καὶ ὅτι τὸν Ἀκίλιον τὸν ὕπατον, ὃς τῷ Λουκούλλῳ διάδοχος δι' ἅπερ εἶπον ἐξεπέμφθη, πλησιάζοντα ἐπύθοντο. ἐν γὰρ ὀλιγωρίᾳ αὐτὸν, ὡς καὶ ἰδιωτεύοντα, ἤδη ἐποιοῦντο. ὁ οὖν Λούκουλλος ἔκ τε τούτων, καὶ ὅτι παρὰ τοῦ Μάρκου τοῦ πρὸ τοῦ Ἀκιλίου ὑπατεύσαντος, ἐς Κιλικίαν, ἧς ἄρχειν ἔμελλε, παριόντος, ἐπικουρίαν αἰτήσας οὐκ ἔτυχεν, ἐν ἀπόρῳ ἐγένετο, καὶ ὀκνήσας μὲν διὰ κενῆς ἀναστῆναι, δείσας δὲ καὶ κατὰ χώραν μεῖναι, B ἐπὶ τὸν Τιγράνην ὥρμησεν, εἴπως ἐκεῖνόν τε ἀπροσδόκητόν τε ἅμα καὶ κεκμηκότα ἐκ τῆς ὁδοῦ τρέψαιτο, καὶ τοὺς στρατιώτας διὰ τούτου παύσειε στασιάζοντας. οὐ μὴν καὶ ἐπιτυχὴς οὐδετέρου ἐγένετο. ἀκολουθεῖ γὰρ αὐτῷ τὸ στράτευμα μέχρι που τινός, ὅθεν ἐς τὴν Καππαδοκίαν ἐκτραπέσθαι ἦν· ἐκεῖ γὰρ πάντες ὁμοθυμαδὸν, μηδὲ φθεγξάμενοί τι, ἀπετράποντο. καὶ οἵ γε Οὐαλέριοι, μαθόντες ὅτι τῆς στρατείας παρὰ τοῖς οἴκοι τέλεσιν ἀφεῖνται, παντελῶς ἀπεχώρησαν. C καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς ὅτι στρατηγικώτερος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, καὶ πρῶτός τε Ῥωμαίων τὸν Ταῦρον σὺν στρατῷ καὶ ἐπὶ πολέμῳ διαβὰς, καὶ δύο βασιλέας οὐκ ἀσθενεῖς ἐπικρατήσας, (ἕλοι τ' ἂν, εἴπερ ταχέως διαπολεμῆσαι ἐβεβούλητο) οὐκ ἐδύνατο τῶν συστρατευομένων οἱ ἄρχειν, ἀεί τε ἐστασίαζον, καὶ τέλος κατέλιπον αὐτόν. πολλά τε γὰρ σφίσι προσέταττε, καὶ δυσπρόσοδος ἀκριβής τε ἐν ταῖς τῶν D ἔργων ἀπαιτήσεσι, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς τιμωρίαις ὤν, οὐκ ἠπίστατο οὔτε λόγῳ τινὶ προσαγαγέσθαι, οὔτε ἐπιεικείᾳ ἀναρτήσασθαι, οὐ τιμῆς, οὐ χρημάτων μεταδόσει προσεταιρίσασθαι, ὧν πάντων ἄλλως τε καὶ ἐν πλήθει, καὶ μάλιστα στρατευομένῳ, δεῖ. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ στρατιῶται, ἕως μὲν εὖ τε ἐφέροντο, καὶ τὰς ἁρπαγὰς ἀνταξίας τῶν κινδύνων εἶχον, ἠκροῶντο αὐτοῦ· ἐπεὶ δὲ ἔπταισαν, καὶ ἐς φόβον ἀντὶ τῶν ἐλπίδων αὖτις κατέστησαν, οὐδὲν ἔτι προετίμησαν. τεκμήριον δὲ, ὅτι τοὺς αὐτοὺς τούτους E ὁ Πομπήιος λαβὼν (καὶ γὰρ τοὺς Οὐαλερίους αὖθις κατελέξατο) οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχε. τοσοῦτον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει. ὡς δ' οὖν τοῦθ' οἱ στρατιῶται ἔπραξαν, πᾶσάν τε ὀλίγου τὴν ἀρχὴν ὁ Μιθριδάτης

A Tum verò turbę inter eos existebant, cùm aliis de causis, tum quòd auditum, Acilium consulem, qui ob eas quas memoraui causas Lucullo successor missus erat, appropinquare, faciebat vt Lucullum quasi priuatum iam contemptui haberent. Quibus motus Lucullus, ac prætera quòd quũ à Marcio (qui ante Acilium consul fuerat) in Ciliciam sibi mandatam adueniente subsidium petiisset, id non impetrauerat: in magnam solicitudinem deuenit. nam & nudatus militi- B bus decedere metuebat, & periculosum videbatur ibi locorum permanere. Itaque in Tigranem proficisci decreuit: sperans fore vt eum inopinantem simul ac itinere fatigatum fundens, aliquo modo seditiones militum componeret. Quorum neutrũ ipsi successit. etenim milites, aliquandiu secuti, quum in Cappadociam iter flectendum esset, omnes vnanimiter, ne verbo quidem vllo facto, sese conuerterũt. Valeriani autem quum sibi C militiæ missionem factam à magistratibus Romæ audirent, omnino à signis dilapsi sunt. Enimuero mirum videri nemini debet, Lucullũ, quum imperatoriæ artis peritissimus fuerit, primúsque Romanorum cum exercitu belli gerẽdi causa Taurum transiuerit, duos reges, haud illos imbelles, deuicerit (quos, si celeriter patrare bellum voluisset, capere potuisset) nequiuisse ita suis militibus præesse, quin & semper tumultuarentur, & ipsum tandem desererent. Multa enim ipsis D iniungere solebat: difficilis erat in cõgressibus, operum exactor perquam attentus, in pœnis irrogandis inexorabilis: ita neque sermone, neque æquitate sibi eos deuincire, neque honorum pecuniæve muneribus conciliare nouerat. quæ profectò cùm omnis multitudo, tum præsertim militaris requirit. Ita factum est vt quandiu ex sententia omnia succederent, prædásque laboribus pares adipiscerentur milites, dicto audientes Lu- E cullo essent: posteaquam aduersas res experti, pro spe metum propositum sibi viderunt, eius autoritatem defugerunt. Cuius rei certum est signum, quòd quum eosdem Pompeius accepisset (is enim Valerianos milites iterum conscripsit) citra omnem seditionem ipsis vsus est. adeò vir viro præstat. Hæc agentibus militibus, propè totum regnum suum Mithridates re-

Cur Lucullus à militibus suis destitutus fuerit.

cepit, Cappadociæque multum detrimenti intulit: neque Lucullo obstante, quòd Acilium prope esse prętenderet, neque ipso Acilio desendente. Is enim quũ prius festinasset, vt victoriã Lucullo præriperet, vbi tum quæ acta essent resciuit, ne ad exercitum quidẽ venit, sed in Bithynia tempus traxit. Marcius verò Lucullo auxilium non tulit, causatus milites se nolle sequi. In Ciliciam autẽ quum venisset, Menemachum quendam, qui à Tigrane defecerat, in suam fidem accepit: P. verò Clodium (cuius sororem ipse quoque coniugem habebat) qui metu perpetratorum apud Nisibin, à Lucullo desciuerat, rei nauali præfecit. Atque is Clodius à maritimis prædonibus captus, ab iisque Pompeium reformidantibus dimissus, Antiochiam Syriæ se contulit, vt eos cum Arabiis disceptantes auxilio iuuaret. Ibi quum simili modo nõnullos ad seditionem cõcitaret, parum abfuit quin periret. * *

Acilii ignauia.

Marcius proconsul Lucullum non adiuuat.

Clodius rei nauali præfectus, à piratis capitur.

Antiochiæ seditionem mouet.

A ἀνεκτήσατο, καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἰσχυρῶς ἐλυμήνατο· μήτε Λουκούλλου, προφάσει τοῦ τὸν Ἀκίλιον ἐγγὺς εἶναι, μήτε ἐκείνου προσαμύνοντος αὐτῇ. ἐπειγόμενος γὰρ πρότερον ὡς καὶ τὴν τοῦ Λουκούλλου νίκην ὑφαρπάσων, τότε, ἐπὶ τῶν γεγονότων ᾔσθετο, οὔτε πρὸς τὰ στρατόπεδα ἦλθε, καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἐχρόνισε. Μάρκιος δὲ Λουκούλλῳ μὲν οὐκ ἐπεκούρησε, πρόσχημα τοὺς στρατιώτας, B ὡς οὐκ ἐθελήσαντάς οἱ ἀκολουθῆσαι, ποιησάμενος· ἐς δὲ τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, Μενέμαχόν τινα ἀπαυτομολήσαντα τοῦ Τιγράνου ἐδέξατο· καὶ τὸν Κλώδιον ἀποστάντα ἀπὸ τοῦ Λουκούλλου, δέει τῶν ἐν τῇ Νισίβει γενομένων, ἐπὶ τὸ ναυτικὸν ἐπέστησεν. ἀδελφὴν γάρ τινα αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνος γυναῖκα εἶχε. καὶ ὁ μὲν ἁλούς τε ἐς καταποντιστὰς, καὶ ἀφεθεὶς ἀπ' αὐτῶν, πρὸς τὸν ἐκ τοῦ Πομπηίου C φόβον, ἔς τε τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἦλθεν, ὡς καὶ πρὸς τοὺς Ἀραβίους, πρὸς οὓς τότε διεφέροντο, συμμαχήσων σφίσι, κἀνταῦθα στασιάζων τινὰς ὁμοίως, ὀλίγου διεφθάρη. *



DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER tricesimus & sextus.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ τριακοστὸν ἕκτον βιβλίον.

Deest principium.

Λείπει ἡ ἀρχή.

* * *

parcit: dominandíque cupiditate impulsus, Cretenses, quibuscum certis conditionibus pactus erat, inuasit: nulla habita fœderis, si quando id ei obtẽdebatur, ratione: adeò antequam Pompeius adueniret, damnum eis dare properabat. Nam Octauius quidẽ, qui sine exercitu aderat (& erat eò nõ tanquam ad bellum obeundum, sed ad accipiendas in fidem populi Romani vrbes missus) nihil interpellabat. At verò Cornelius Sisenna Græciæ ea tempestate præfectus, comperta re in Cretam venit, Metellúmque, vt populis parceret, monuit: quem vbi ab instituto deducere non potuit, nihil quicquam ad eum coercendum egit. Itaque Metellus, multis afflictis, Eleutheræ vrbi per proditionem acceptæ

Q. Metelli res in Creta gestę.

Octauius.

Cornel. Sisenna.

* *

φείδεται· δυναστείας τε ἐρῶν, καὶ τοῖς Κρησὶ τοῖς ὁμολογήσασιν αὐτῷ προσέβαλε· D καὶ οὔτε τὰς σπονδὰς προτεινομένων σφῶν ἐφρόντιζε, κακῶσαί τε αὐτοὺς, πρὶν τὸν Πομπήιον ἐπελθεῖν, ἠπείγετο. ὅ, τε γὰρ Ὀκταούιος ἄνευ δυνάμεως παρὼν (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ πολέμῳ τινὶ, ἀλλ' ἐπὶ παραλήψει τῶν πόλεων ἐπέμπετο) ἡσυχίαν ἦγε· καὶ Κορνήλιος Σισέννας ὁ τῆς Ἑλλάδος ἄρχων ἦλθε μὲν ἐς τὴν Κρήτην, ὡς ταῦτ' ἐπύθετο, καὶ παρῄνεσε τῷ Μετέλλῳ φείσασθαι τῶν δήμων· οὐ μέντοι καὶ ἀντέπραξέ τι, μὴ πείσας. ἄλλοις τε οὖν πολλοῖς ἐκεῖνος ἐλυμήνατο, E καὶ Ἐλευθέραν τὴν πόλιν ἐκ προδοσίας ἑλὼν,

ἠργυρολόγησε. πύργον γάρ τινα οἱ προδόντες, ἔκ τε πλίνθων πεποιημένον καὶ μέγιστον δυσμαχώτατόν τε ὄντα, ὄξει συνεχῶς νυκτὸς διέβρεξαν, ὥστε θραυστὸν γενέσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο Λαππὰν, καίτοι τοῦ Ὀκταουίου αὐτὴν κατέχοντος, ἐκ προσβολῆς εἷλε· καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν κακὸν εἰργάσατο, τοὺς δὲ δὴ Κίλικας τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας ἔφθειρεν. ἀγανακτήσας οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ Ὀκτάβιος, οὐκέθ' ἡσύχασεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τοῖς τοῦ Σισέννου στρατιώταις (νοσήσας γὰρ ἐκεῖνος ἐτεθνήκει) χρώμενος, ἐπεβοήθη πη τοῖς κακουμένοις· ἔπειτα δὲ ἀνακομισθέντων αὐτῶν, πρός τε τὸν Ἀριστίωνα ἐς Ἱεράπυδνα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐπολέμει. οὗτος γὰρ ὡς τότε ἐκ τῆς Κυδωνίας ἀπεχώρησε, Λούκιόν τε τινὰ Βάσσον ἀνταναχθέντα οἱ ἐνίκησε, καὶ τὰ Ἱεράπυδνα κατέλαβε. καὶ χρόνον μέν τινα ἐκαρτέρησαν· τοῦ δὲ δὴ Μετέλλου ἐπιόντος σφίσι, τό, τε τεῖχος ἐξέλιπον, καὶ ἐξαναχθέντες, χειμῶνί τε ἐχρήσαντο, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐκπεσόντες, συχνοὺς ἀπέβαλον. κἀκ τούτου ὁ Μέτελλος πᾶσαν τὴν νῆσον ἐχειρώσατο. Κρῆτες μὲν οὖν οὕτως, ἐλεύθεροί τε πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον γενόμενοι, καὶ δεσπότην ὀθνεῖον μηδένα κτησάμενοι, κατεδουλώθησαν. Μέτελλος δὲ τὴν μὲν ἐπίκλησιν ἀπ' αὐτῶν ἔλαβε· τὸν δὲ δὴ Πανάρην, τόν τε Λασθένη (καὶ γὰρ ἐκεῖνον εἷλεν) οὐκ ἠδυνήθη πέμψαι ἐν τοῖς ἐπινικίοις. ὁ γὰρ Πομπήιος, ἀναπείσας τῶν δημάρχων τινὰ, προαφείλετο αὐτοὺς, ὡς καὶ ἑαυτῷ κατὰ τὴν ὁμολογίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ, προσχωρήσαντας.

Λέξω δὲ ἤδη καὶ ὃ κατὰ τοῦτον πῶς ἐγένετο. οἱ καταποντισταὶ ἐλύπουν μὲν ἀεὶ τοὺς πλέοντας, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ οἰκοῦντας τὰς λῃστείας ποιούμενοι. οὐ γάρ ἐστιν ὅτε ταῦτ' οὐκ ἐγένετο, οὐδ' ἂν παύσαιτό ποτε, ἕως δ' ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ. ἀλλὰ πρότερον μὲν ἔν τε τόποις τισὶ, κἂν τῇ ὥρᾳ μόνῃ, κατ' ὀλίγους, καὶ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐλῄστευον· τότε δὲ, ἐξ οὗ πολλαχῇ τε ἅμα καὶ συνεχῶς ἐπολεμήθη, καὶ πολλαὶ μὲν πόλεις ἀνάστατοι ἐγένοντο, πᾶσι δὲ καὶ τοῖς διαφυγοῦσιν αὐτῶν αἱ τιμωρίαι ἐπηρτῶντο, καὶ ἀδεὲς οὐδενὶ οὐδὲν ἦν, πάμπολλοι πρὸς

A ceptæ (eius proditionis autores turrim latericiam magnæ molis, expugnatuque lõgè omnium difficillimam, aliquot noctibus continenter ita aceto madefecerant vt perfringi posset) stipendium imperauit: deinde Lappam vi cepit, nihil moratus Octauium, qui eam tum temporis tenebat: & ab Octauio quidem vim omnẽ abstinuit, Cilices autem quos is secum habebat, interemit. Id verò indignum ratus Octauius, non iam vt antè quietem egit: sed primùm accepto exercitu Sisennæ, B qui tum fortè morbo absumptus erat, oppressis opitulatus est: iis restitutis ad Aristionem se in vrbem Hierapydna contulit: ibique communi consilio bellum gesserunt. Is Aristion tum Cydonia excesserat: & deuicto L. Basso qui se ei opposuerat, Hierapydna occupauerat. Aliquandiu quũ perseuerassent, postquam aduersum se ire Metellum perceperũt, muris relictis vela in altum dederunt: ibi tum tempestate vexati, & in terram C multis suorum amissis, eiecti sunt. Metellus totam exinde insulam subegit. Eo modo Cretensibus, qui ante id tempus in perpetua libertate vixerãt, neque vnquam alienigenæ domino paruerant, seruitutis iugum impositum est: cognomentúmque Cretici Metello dederunt. Is tamen neque Panarem, neque Lasthenem (nam & hunc ceperat) in triumpho vt duceret obtinuit: quos Pompeius auxilio cuiusdam tribuniplebis ad hoc persuasi Metello eripuit, quòd sibi ex pa- D cto eos, nõ Metello, accessisse diceret.

Aristion.

Creta subacta.

Belli piratici origo.

Et Pompeii quidem res gestas iam nunc exponam. Semper quidem nauigantibus maritimi prædones infesti fuerunt, quomodo & terram habitãtes ab iis qui in continenti prædas agunt, subinde inuadebantur: atque id quidem & semper contingit, neque finis vlla erit, quandiu eadem hominum natura manebit. Enimuero superioribus temporibus, in certis tantũ E quibusdam locis, idque sola æstate, pauci quidam homines prædationibus cùm terram tum etiam mare infestabant: eo autem tempore, quòd variis in locis continentia bella fuissent, multę vrbes euersæ essent, omnibus qui præsens periculum effugissẽt, supplicia imminerẽt, ac nihil vsquam tutum iis esset, horũ maxima pars ad

prædas exercendas animum adiecit. Quæ in continēti fiebant, haud difficillimè ſublata profligatáque ſunt: nã & in conſpectũ populorũ incidebant, & ipſum damnum citius ſentiebatur, præterea comprehendi autores facilè poterant: contra maritima ſubinde ad ſummum ingraueſcebant. Occupato enim populo Romano in debellandis hoſtibus, vehementer increuerant piratæ: & multis locis circumnauigatis, ſui omnes ſimiles ſibi adiunxerant, ita vt nonnulli aliis frequentes admodum ad ſuppetias tanquam ex fœdere ferēdas irent. Hoc modo quæ egerint, iam antè dictum eſt. Poſtquam ea fœdera ſoluta ſunt, tamen non quieſcere prædones, verùm ipſi per ſe ſingulatim plurima ac grauia damna Romanis eorúmque ſociis dare: neque iam, velut antè, paucis nauigiis, ſed magnis claſſibus nauigare, imperatoribus ad id delectis: ita eorũ quoque nomen iam notum fieri. Principio in nauigantes præſertim vis facta, quibus ne hyeme quidem tutis eſſe concedebant: adeò audacia ſua, vſu, atque ſucceſſu elati, etiam tunc temporis ſecuri mare vſurpabant: poſtmodo & eos qui in portibus eſſent, aggreſſi ſunt. Qui ad nauale prælium aduerſus eos tentandum exire auſi ſunt, plerique victi perierunt. Neque, ſi quis ſuperior factus fuit, eorum quēpiam potuit comprehendere: tantum velocitate nauigandi aliis præſtabant. Itaque, tanquam viciſſent, paulo pòſt reuerſi, non villas tantùm & agros, ſed ipſas etiam vrbes vaſtabant, vel incēdebant: nonnullas etiam ſui iuris efficiebant, ac in his tanquam apud amicos ſua hybernacula ædificabant, iíſque tanquam receptaculis ad bellum vtebantur. Quum ex animi ſententia hæc ſuccederent, egreſſi in continentem terram, ibíque eos etiam quibus in mari nihil erat negotii, non Romanorum modò ſocios extra Italiam habitantes, verùm ipſius quoque Italiæ incolas multis modis affiixerunt. Rati enim fore vt, ſi ab hac quoque regione ſe non abſtinuiſſent, & quæſtus vberiores ex ea adipiſcerentur, & eo maiorem aliis populis terrorem incuterent: cùm ad alias Italiæ vrbes appulerunt, tum ipſa etiam oſtia claſſe intrauerunt. ibi, nauibus combuſtis, direptis omnibus, tandem, quum impunè omnia ferrent, in terra diutius

A λῃστείαν ἐτράποντο. καὶ τὰ μὲν ἐν ταῖς ἠπείροις λῃστικά, ἅτε καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν δήμων μᾶλλον ὄντα, καὶ τήν τε αἴσθησιν τῆς βλάβης ἐγγύθεν, καὶ τὴν σύλληψιν οὐ πάνυ χαλεπὴν ἔχοντα, ῥᾷόν πως κατελύετο· τὰ δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπὶ πλεῖστον ἐπηυξήθη. τῶν γὰρ Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἀντιπολεμίους ἀσχολίαν ἀγόντων, ἐπὶ πολὺ ἤκμασαν, πολλαχόσε τε περιπλέοντες, καὶ πάντας τοὺς ὁμοίους σφίσι προστιθέμενοι· ὥστε τινὰς αὐτῶν καὶ ἐν

B συμμαχίας λόγῳ συχνοῖς ἐπικουρῆσαι. καὶ εἴρηται μὲν ὅσα μετὰ τῶν ἄλλων ἔπραξαν· ἐπεὶ δ' οὖν κἀκεῖνα διελύθη, οὐκ ἐπαύσαντο, ἀλλ' αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς πολλὰ καὶ δεινὰ τούς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς συμμάχους σφῶν ἐκακούργησαν. οὔτε γὰρ κατ' ὀλίγους ἔτι, ἀλλὰ στόλοις μεγάλοις ἔπλεον, καὶ στρατηγοὺς εἶχον· ὥστε καὶ ὄνομα αὐτοὺς μέγα κεκτῆσθαι. ἦγόν τε καὶ ἔφερον πρώτους μὲν καὶ μάλιστα τοὺς πλέοντας (οὐδὲ γὰρ τὴν χειμερινὴν ὥραν

C ἀσφαλῆ αὐτοῖς παρεῖχον, ἀλλ' ὑπό τε τῆς τόλμης καὶ ὑπὸ τοῦ ἔθους, τῆς τε εὐπραγίας, καὶ τότ' ἐπ' ἀδείας ταῖς ναυτιλίαις ἐχρῶντο) ἔπειτα καὶ τοὺς ἐν τοῖς λιμέσιν ὄντας. καὶ γὰρ εἴ τις ἀντανάγεσθαι σφίσιν ἐτόλμησε, μάλιστα μὲν, ἡττηθεὶς ἀπώλετο· εἰ δὲ καὶ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἑλεῖν γε αὐτῶν οὐδένα ὑπὸ τοῦ ταχυναυτεῖν σφᾶς ἐδύνατο. καὶ οὕτως ὑποστρέφοντες διὰ βραχέος, ὡς κεκρατηκότες, τὰ μὲν ἔτεμνον καὶ κατεπίμπρασαν, οὐχ ὅτι χωρία καὶ

D ἀγρούς, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὅλας· τὰ δὲ καὶ ᾠκειοῦντο· ὥστε καὶ χειμάδια καὶ ὁρμητήρια καθάπερ ἐν φιλίᾳ γε ποιεῖσθαι. προχωρούντων δὲ αὐτοῖς τούτων, καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνέβαινον, καὶ πολλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς μηδὲ χρωμένους τῇ θαλάσσῃ ἐλύπουν. καὶ ταῦτα οὐ τὴν ἔξω συμμαχίδα αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν ἐποίουν. τά τε γὰρ κέρδη τὰ αὐτόθεν μείζω ἔσεσθαι, καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἐπὶ πλέον ἐκφοβήσειν, ἂν μηδὲ

E ἐκείνης ἀπέχωνται, νομίζοντες, ἔς τε τὰς ἄλλας τὰς ταύτῃ πόλεις, καὶ ἐς αὐτὰ τὰ Ὤστια ἐσέπλεον· καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον· καὶ τέλος, ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο, τάς τε διατριβὰς ἐν τῇ γῇ

ἐποιοῦντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅσους μὴ διώλλυσαν, τά τε σκῦλα ὅσα ἐλάμβανον, ἀδεῶς ὥς γε καὶ ἐν οἰκείᾳ διετίθεντο. καὶ ἐλῄστευον μὲν ἄλλοι ἄλλοθι (οὐ γάρ που ἐν πάσῃ ἅμα τῇ θαλάσσῃ αὐτοὶ κακουργεῖν ἐδύναντο) τοσαύτῃ μέντοι φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους ἐχρῶντο, ὥστε σφᾶς καὶ χρήματα καὶ ἐπικουρίας καὶ τοῖς πάνυ ἀγνῶσιν, ὡς καὶ οἰκειοτάτοις, πέμπειν· καὶ διὰ τοῦτό γε οὐχ ἥκιστα ἴσχυσαν, ὅτι τούς τε θεραπεύοντάς τινας αὐτῶν πάντες ἐτίμων, καὶ τοὺς προσκρούσαντάς τισι πάντες ἐλεηλάτουν. ἐς τοσοῦτον μὲν δὴ τὰ τῶν καταποντιστῶν ἤρθη, ὥστε καὶ μέγαν καὶ συνεχῆ καὶ ἀπροφύλακτον καὶ ἄπιστον τὸν πόλεμον αὐτῶν γενέσθαι. οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι ἤκουον μὲν ταῦτα, καί τινα καὶ ἑώρων (οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς ἀπεκέκλειστο) οὐ μέντοι καὶ μεγάλην, ὅτε γε ἐχρῆν, φροντίδα αὐτῶν ἐποιήσαντο· ἀλλ' ἐξέπεμπον μὲν καὶ ναυτικὰ καὶ στρατηγούς, ὥς που καθ' ἕκαστον τῶν προσαγγελλομένων ἐκινοῦντο· ἐπέραινον δ' οὐδέν, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείω τοὺς συμμάχους δι' αὐτῶν ἐκείνων ἐταλαιπώρουν· μέχρις οὗ ἐν παντὶ ἐγένοντο. τότε γὰρ συνελθόντες, ἐβουλεύσαντο ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὅ, τι καὶ χρὴ πρᾶξαι. τῇ τε γὰρ συνεχείᾳ τῶν κινδύνων τετρυχωμένοι, καὶ μέγαν καὶ πολὺν τὸν πρὸς

3 αὐτοὺς πόλεμον ὁρῶντες ὄντα, καὶ οὔθ' ἅμα πᾶσι σφίσιν, οὔτ' αὖ καθ' ἑκάστους προσπολεμῆσαι δυνατὸν εἶναι νομίζοντες· (ἀλλήλοις τε γὰρ συνεβοήθουν, καὶ πανταχόθ' ἅμα ἀμήχανοι ἦν αὐτοὺς ἀμύνασθαι) ἔν τε ἀπορίᾳ καὶ ἀνελπιστίᾳ τοῦ κατορθῶσαί τι πολλῇ ἐγένοντο· πρὶν δὴ Αὖλός τις Γαουίνιος δήμαρχος γνώμην ἔδωκεν, (εἴτ' οὖν τοῦ Πομπηίου καθέντος αὐτόν, εἴτε καὶ ἄλλως χαρίσασθαί οἱ ἐθελήσας. οὐ γάρ που καὶ ὑπ' εὐνοίας αὐτὸ τῆς τοῦ κοινοῦ ἐποίησε· κάκιστος γὰρ ἀνὴρ ἦν) στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἐφ' ἅπαντας αὐτοὺς ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἑλέσθαι, τρισί τε ἔτεσιν ἄρξοντα, καὶ δυνάμει παμπληθεῖ μεθ' ὑποστρατήγων πολλῶν χρησόμενον. ἄντικρυς μὲν γὰρ τὸ τοῦ Πομπηίου ὀνο-

A commorati, de mancipiis manubiísque haud minori cum securitate quàm si domi suæ essent, rationes inierunt. Alii autem aliis in locis prædas exercebãt (neque enim simul omnes partes maris iidem poterant infestare) tanta amicitia inter se iuncti, vt ignotis etiam nõ aliter quàm quibuscum familiarissimè vixissent, pecuniam & auxilia mitterent: quæ res ad potentiam ipsis tantam obtinendum haud parum attulit. Nam & siqui erant quorum in aliquos prædonum

B studium extaret, eos vniuersi in honore habebant: & siqui sui corporis ab aliis læsi essent, eorũ res ipsi omnes ferebant agebántque. Ad tantam tum molem prædonum res accreuerant, vt bellum iam & magnum & continens, præter & opinionem omnium, & fidẽ, gererent. Peruenerat iam tũc fama horum ad Romanos: quin & videbant aliquam partem, quum neque eorum quæ nauibus aduehi solebant, quicquam ad eos perueniret, & fru-

C menti commeatus omnino interclusi essent: sed non magnam eius rei curam gesserant, quo tempore id ex vsu cumprimis esse poterat: tantùm vt ad singulorum annuntiationem animo commouebantur, ita naues & imperatores miserant: nihil autem profectum erat, nisi quòd adhuc magis socii ab his ipsis vexabantur. Tandem quum in summo discrimine versarẽtur, concione conuocata multos dies deliberatum est quidnam agendum esset. Parũ, ac ferè nihil spei erat, posse

D rem bene ac feliciter geri, cogitantibus cùm quot continenter laboribus ac periculis essent attriti: tum quòd id bellum contra prædones graue ac multiplex esset futurum, quo nec omnes simul occupari, neque singulos inuadi posse eos reputabãt, qui & mutuis sese auxiliis sustentarent, & haudquaquam procliue futurum erat vndiquaque eos eodem temporis spatio coerceri. Hæc anxiè dispicientibus, A. quidam Gabinius, tribunus plebis, (incertum summissúsne in hoc ipsum

Gabinii rogatio.

E à Pompeio, an studio gratiæ ab eo ineundæ adductus: vtique non eo animo quòd reipublicæ consultum vellet, vir ipse pessimus) sententiam tulit, vt ex iis qui consulatũ gessissent, vnus quispiã deligeretur imperator contra prædones omnes cũ plena potestate, imperiúmque ei esset triennẽ, & vteretur copiis amplissimis, ac multis legatis. Ipsum quidẽ Pom-

peium nominatim non dixit: atqui manifestum erat, vbi primùm huius rei mētionem plebs percepisset, ipsum electuros. Neque secus ac cogitauit, res cecidit. nam & rogationē eam plebs approbauit, & præter senatum omnes confestim ad Pompeium declinauerunt. Senátus, potius quàm ei tantum imperium mandaret, quæcunque à piratis mala ferenda iudicabat: proinde ipsum Gabinium parū abfuit quin in cōcilio perimerent. Quo ex eorum manibus elapso, quum patrum sententia plebi innotuisset, tantus est coortus tumultus, vt ad eos adhuc consultantes opprimendos ierint: haud dubiè occisuri, nisi curia illi ante plebis impetum exiissent. Dilapsis reliquis, & sese abdentibus, vnus C. Piso, qui tum collega Acilio consulatum gerebat, comprehēsus, quum iam vel reliquorum nomine ad mortem raperetur, Gabinio deprecante dimissus est. Ab hoc facto potentiores quieuerunt, vitæ vsura sibi concessa contenti: nouem autem tribunos plebis eò adduxerunt vt se Gabinio opponerent. Quum cæteri plebem timentes non intercederent, ibi L. quidam Trebellius, ac L. Roscius ausi contradicere, neque eloqui quę receperant patribus se dicturos, neque perficere rem potuere. Nam quū præstituta dies appetiisset, qua id decretum erat confirmandum, ita res acta est. Pompeium magna cupiditas huius imperii potiūdi incesserat, quū iam partim ob insitam ambitionem, partim ob studium populi nō tàm eā rem honori, quàm, si non potiretur, ignominiæ sibi duceret: interim quòd aduersari sibi potētes animaduerteret, simulandum sibi statuit, inuitum se ad hanc rem adigi. Solitum aliâs nequaquam palam ferre si quid cuperet, tunc præterea duæ causæ ad simulandum impellebant: vna, quòd inuidia graui laboraturum se videbat, si vltro imperium ambiret: altera, quòd magnæ sibi glorię esse futurum cogitabat, si nec volenti sibi id imperium, nimirum ante alios omnes dignissimo, imponeretur. Igitur ad hoc iam antè compositus, tum in cōcionem progressus, Gaudeo, inquit, Quirites, honorem mihi à vobis haberi: (quippe & suapte natura homines ciuium suorum beneficiis ornati, sese in his ostentant: & ego, sæpius iam à vobis honoribus affectus, nullam

Anno v.c. 687.

Pompeius solitus dissimulare se cupere quod cupiebat.

Pompeii ad populum oratio.

tantam

A μα οὐκ εἶπεν· εὔδηλον δὲ ἦν ὅτι ἂν ἅπαξ τι τοιοῦτον ὁ ὅμιλος ἀκούσῃ, ἐκεῖνον αἱρήσεται. καὶ ἔσχεν οὕτω· τήν τε γὰρ ἐσήγησιν αὐτοῦ ἀπεδέξαντο, καὶ πρὸς τὸν Πομπήιον παραχρῆμα πάντες, πλὴν τῆς γερουσίας, ἀπέκλιναν. αὕτη γὰρ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὸ τῶν λῃστῶν παθεῖν μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ τοσαύτην ἡγεμονίαν ἐγχειρίσαι, ἡρεῖτο. καὶ ὀλίγου καὶ ἀπέκτειναν τὸν Γαουίνιον ἐν αὐτῷ τῷ συνεδρίῳ. ὑπεκδράντος δ' οὖν πη αὐτοῦ, μαθόντες οἱ πολ-
B λοὶ τῶν βουλευτῶν γνώμην, ἐθορύβησαν, ὥστε καὶ ἐπ' αὐτοὺς συγκαθημένους ἐφορμῆσαι· καὶ, εἴγε μὴ ἐξεχωρήκεσαν, πάντως ἂν αὐτοὺς διεφθάρκεσαν. οἱ μὲν δὴ οὖν ἄλλοι σκεδασθέντες διέλαθον· Πίσωνα δὲ τὸν Γάϊον τὸν ὕπατον (ἐπὶ γὰρ ἐκείνου, τοῦ τε Ἀκιλίου, ταῦτ' ἐγίνετο) συλληφθέντα, καὶ μέλλοντα καὶ ἀντὶ τῶν ἄλλων ἀπόλλυσθαι, ὁ Γαουίνιος ἐξῃτήσατο. ἐκ δὲ τούτου οἱ δυνατοὶ αὐτοὶ τὴν ἡσυχίαν ἦγον, ἀσμενίζοντες ἄν τις
C σφᾶς ζῆν ἐάσῃ· τοὺς δὲ δημάρχους τοὺς ἐννέα ἀνέπεισαν ἐναντιωθῆναι τῷ Γαουινίῳ. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἄλλοι φοβηθέντες τὸ πλῆθος, οὐδὲν ἀντεῖπον· Λούκιος δὲ δή τις Τρεβέλλιος, καὶ Λούκιος Ῥώσκιος, ἐτόλμησαν μέν, οὐκ ἠδυνήθησαν δὲ οὔτ' εἰπεῖν τι ὧν ὑπέσχοντο, οὔτε πρᾶξαι. ἐπειδὴ γὰρ ἡ κυρία ἡμέρα, ἐν ᾗ τὴν γνώμην ἐπικυρωθῆναι ἔδει, ἐνέστη, τάδε ἐγένετο· ὁ Πομπήιος, ἐπιθυμῶν μὲν πάνυ ἄρξαι, καὶ ἤδη γε ὑπό τε τῆς ἑαυτοῦ φι-
D λοτιμίας, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ δήμου σπουδῆς, οὐδὲ τιμὴν ἔτι τοῦτο, ἀλλὰ ἀτιμίαν, τὸ μὴ τυχεῖν αὐτοῦ, νομίζων εἶναι, τὴν δὲ ἀντίταξιν τῶν δυνατῶν ὁρῶν, ἠβουλήθη δοκεῖν ἀναγκάζεσθαι. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὡς ἥκιστα προσποιούμενος ἐπιθυμεῖν ὧν ἤθελε· τότε δὲ καὶ μᾶλλον, διά τε τὸ ἐπίφθονον, ἄν γε ἑκὼν τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσηται· καὶ διὰ τὸ εὐκλεές, ἄν γε καὶ ἄκων, ὡς γε καὶ ἀξιοστρατηγότατος ὤν, ἀποδειχθῇ, ἐπλάττετο· καὶ παρελθὼν ἔφη, Χαί- "
E ρω μὲν τιμώμενος ὑφ' ὑμῶν, ὦ Κυιρῖται. (φύ- "
σει τε γὰρ πάντες ἄνθρωποι καὶ ἐγκαλλωπί- "
ζονται ταῖς παρὰ τῶν πολιτῶν εὐεργεσίαις, "
καὶ ἐγώ, ἅτε δὴ πολλάκις τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς "

ἀπολελαυκώς, οὐκ ἔχω πῶς κατ' ἀξίαν
ἡσθῶ τοῖς παροῦσιν) οὐ μέντοι οὔθ' ὑμῖν νομί-
ζω προσήκειν ἀπλήστως οὕτω πρός με δια-
κεῖσθαι, οὔτε ἐμοὶ διαπαντὸς ἐν τινὶ ἡγεμο-
νίᾳ εἶναι). αὐτός τε γὰρ ἐκ παίδων κέκμηκα, καὶ
ὑμᾶς δεῖ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους σπουδάζειν. ἢ οὐ
μέμνησθε ὅσα μὲν ἐν τῷ πρὸς τὸν Κίνναν πο-
λέμῳ ἐταλαιπώρησα, καίτοι κομιδῇ νέος ὤν;
ὅσα δὲ ἔν τε τῇ Σικελίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ
ἔκαμον, μηδέπω καθαρῶς ἐς ἐφήβους τε-
λῶν; ὅσα δὲ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐκινδύνευσα, μη-
δὲ βουλεύων πω; ἐφ' οἷς ἅπασιν οὐχ ὅτι ἀ-
χάριστοι πρός με ἐγένεσθε, ἐρῶ. πόθεν; πολλοῦ
γε καὶ δεῖ. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ὧν πολλῶν καὶ
μεγάλων παρ' ὑμῶν ἠξιώθην, καὶ αὐτὸ τὸ πι-
στευθῆναί με τὴν ἐπὶ τὸν Σερτώριον στρατη-
γίαν, μηδενὸς ἄλλου μήτε ἐθελήσαντος μή-
τε δυνηθέντος αὐτὴν ὑποστῆναι· τό, τε ἐπι-
4 νίκια καὶ ἐπ' ἐκείνῃ παρὰ τὸ νενομισμένον πέμ-
ψαι, μεγίστην μοι τιμὴν ἤνεγκεν. ἀλλ' ὅτι πολ-
λὰς μὲν φροντίδας, πολλοὺς δὲ κινδύνους ὑ-
πέμεινα, κατατέτριμμαι μὲν τὸ σῶμα, πε-
πόνημαι δὲ τὴν γνώμην. μὴ γὰρ ὅτι νέος ἔτ'
εἰμὶ λογίζεσθε, μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ πόσα
γέγονα ἀριθμεῖσθε. ἂν γάρ τοι καὶ τὰς στρατείας
ἃς ἐστράτευμαι, καὶ τοὺς κινδύνους οὓς κεκινδύ-
νευκα ἀναριθμήσητε, πολύ γε πλείους αὐτοὺς
τῶν ἐτῶν εὑρήσετε· καὶ μᾶλλον οὕτω πιστεύσετε ὅτι
οὔτε πρὸς τοὺς πόνους, οὔτε πρὸς τὰς φροντί-
δας καρτερεῖν ἔτι δύναμαι. εἰ δ' οὖν τις καὶ
πρὸς ταῦτα ἀντέχοι, ἀλλ' ὁρᾶτε ὅτι καὶ ἐπί-
φθονα καὶ μισητὰ πάντα τὰ τοιαῦτά ἐστιν· ἅ-
περ ὑμεῖς μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθε (οὐδὲ
γὰρ καλῶς ἔχει προσποιεῖσθαι τι ὑμᾶς αὐ-
τῶν) ἐμοὶ μέντοι βαρύτατα ἂν γένοιτο. καὶ
ὁμολογῶ γε μὴ ὑφ' ἑνὸς οὕτω τῶν ἐν τοῖς πο-
λέμοις δεινῶν μήτε ἐκταράττεσθαι, μήτε
λυπεῖσθαι, ὡς ὑπὸ τοιούτων. τίς μὲν γὰρ
ἂν εὖ φρονῶν ἡδέως παρ' ἀνθρώποις φθο-
νοῦσιν αὐτῷ ζῴη; τίς δ' ἂν δημόσιόν τι
διοικῆσαι προθυμηθείη, μέλλων, ἂν μὲν
ἀποτύχῃ, δίκην ὑφέξειν· ἂν δὲ κατορθώ-
σῃ, ζηλοτυπηθήσεσθαι; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν καὶ
διὰ ταῦτα καὶ διὰ τἆλλα συγχωρήσατε
τήν τε ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ πρά-
ττειν· ἵν' ἤδη ποτὲ καὶ τῶν οἰκείων ἐπιμεληθῶ,

A tantam possum præ me ferre lætitiã,
quæ dignitatem præsentis rei exæ-
quet. Enimuerò ego sic existimo, ne-
que vestrûm esse vt tam inexplebili
mei ornandi studio teneamini: & in
rem meam non est, semper me esse
cum imperio. nã & ipse à puero mul-
tos labores tuli, & vos par est etiam a-
liorum habere rationem. Númnam
excidit vobis memoria earum æru-
mnarum, quas in bello contra Cin-
nam, paruo ipse admodum natu, ex-
hausi? quibus negotiis defatigatus sim
B in Sicilia & Africa, nondum verè in-
ter ephebos numeratus? quæ pericula
in Hispania obierim, antequam in se-
natum essem lectus? propter quæ o-
mnia vt vos ingratitudinis incusem,
longè id quidem à me abest. quî enim
possim? Nam, vt cætera prætercam,
quæ in me exornãdo posuistis, com-
missum mihi aduersus Sertorium im-
perium, quo tempore id nemo neque
volebat suscipere, neque poterat obi-
re, tum triumphus præter instituta ci-
C uitatis concessus, summũ mihi splen-
dorem attulerunt. Atenim tot mihi
curis confecto, tot laboribus exhau-
sto, & corporis vires attenuatæ, & ani-
mus defatigatus est. Neque est quòd
me iuuenem adhuc esse putetis, aut
corpus meum ponderetis, annorúm-
ve numerum meorum ineatis. nam si
quot obiui imperia, quot pericula sub-
iui, numeretis, maiorem eorum sum-
mam reperietis, quàm sit annorum
meorum: idque maiorem fidem vo-
bis faciet, iam deinceps me neque la-
D boribus, neque curis perferendis esse
parem. Iam si quis aduersum hæc per-
durare queat, tamen conspicuum vo- Inuidiæ onus.
bis est, quantum hæ res inuidiæ atque
odii gerenti eas conflent. quæ vt vos
rectè quidem nullo in discrimine po-
nitis, ita mihi tamen eadem molestis-
sima sint futura: fateórque, nullum in
rebus bellicis tantum esse periculum,
quod magis me quàm dictæ res terre-
re, maiorive molestia afficere possit.
Quis enim sanæ mẽtis homo gratam
sibi vitam iudicet apud homines æ-
E mulos? aut publicę rei sibi administra-
tionem expetat, vbi vel re malè gesta
iudiciũ, vel bene gesta inuidia sit sub-
eunda? Quapropter mihi cùm ob
has tum alias ob causas concedite vt
quiete fruar, ac res meas agam, fami-
liæque tandem meæ curandę rationes

ineam, néve tot laboribus cõsumptus peream. Contra prædones autem alium ducem constituite: magnus est enim eorum numerus apud natu maiores minorésque, qui & velint & possint rei nauali præesse, vt ex tanta copia haud difficile vobis sit vnum aliquem deligere. Neque enim ego solus vos diligo, neque solus peritiam rerũ bellicarum habeo, sed & iis, & iste, quorum nomina taceo, ne eorum bonam gratiã quæsisse videar. In hæc verba locutum Gabinius ita excepit. Rem suis consentaneam moribus, Quirites, fecit Pompeius, neque expetẽs imperium, neque oblatum obuiis vlnis excipiens. Nemo enim bonus vir imperii cupiditate tenetur, sibíve grauium negotiorũ curam exoptat: & in huiusmodi re expedit munus impositum considerate subire, vt tutò idipsum liceat exequi. Multoties etenim temeritas in se aliquid recipientis præpropera in rebus agendis damnum affert: contrà accurata consideratio ab initio adhibita, in actionibus perdurat, omnibúsque emolumẽto cedit. Vos autem æquum est, non id quod Pompeio gratum sit, statuere, sed quòd ciuitati conducat. idoneos enim conuenit rebus gerendis præficere, non eos qui magistratus ambiãt: quos permultos quidem, idoneum verò præter hunc neminem reperietis. Meministis quæ & quanta in bello contra Sertorium pertulerimus, imperatoris egentes: atque vt eo tempore neminem neque iuniorum neque seniorum ei parem inuenerimus, extra hunc Pompeium: quem, quum ætas eius nondum id ferret, necdum in senatu esset adscriptus, pro vtroque consule emisimus. Equidem velim magnam nobis præstãtium virorum esse copiam: ídque, si ita facto opus sit, optauerim: at quãdo res hæc non votis conficitur, neque forte fortuna hi obtingunt, sed vt ad hoc natus quispiam, ita exercitatus sit, & in omnibus rebus prosperam fortunam expertus, (hæc verò vni viro omnia rarissimè contingũt) necesse est: si quis talis vir repertus fuerit, eum opus est à vobis omnibus vnanimi fauore ad dignitatem istam euehi, éstque vobis eo vel inuito vtendum. quæ vis & ei qui infert & ei qui patitur est honestissima:

Gabinii concio, qua respõdet orationi Pompeij.

A καὶ μὴ καταρριφθεὶς ἀπόλωμαι. ἐπεὶ γὰρ δὴ τοὺς καταποντιστὰς ἄλλον χειροτονήσατε. συχνοὶ δὲ εἰσὶ καὶ ἐθελόμενοι ναυαρχῆσαι καὶ δυνάμενοι, καὶ νεώτεροι καὶ πρεσβύτεροι· ὥστε τὴν αἵρεσιν ὑμῖν ῥᾳδίαν ἐκ πολλῶν γενέσθαι. οὐ γάρ πως ἐγὼ μόνος ὑμᾶς φιλῶ, ἢ καὶ μόνος ἐμπείρως τῶν πολεμικῶν ἔχω· ἀλλὰ καὶ ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα· ἵνα μὴ καὶ χαρίζεσθαί τισι δόξω, ὀνομαστὶ καταλέξας. Ταῦτα αὐτοῦ δημηγορήσαντος, ὁ Γαουίνιος ὑπολαβὼν εἶπε, Πομ-

B πήιος μὲν, ὦ Κυιρῖται, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἄξιον τῶν ἑαυτοῦ ἠθῶν ποιεῖ, μήτε ἐφιέμενος τῆς ἀρχῆς, μήτε διδομένην οἱ αὐτὴν ἐξ ἐπιδρομῆς δεχόμενος. οὔτε γὰρ ἄλλως ἀγαθοῦ ἀνδρός ἐστιν, ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν, καὶ πράγματ' ἔχειν ἐθέλειν· κἂν τούτῳ προσήκει πάντα τὰ προστατόμενα μετ' ἐπισκέψεως ὑφίστασθαι, ἵν' αὐτὰ καὶ ἀσφαλῶς ὁμοίως πράξῃ. τὸ μὲν γὰρ προπετὲς ἐν ταῖς ὑποσχέσεσιν ὀξύτερον καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τοῦ καιροῦ γινόμενον, πολλοὺς σφάλ-

C λει· τὸ δὴ ἀκριβὲς ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ὅμοιον διατελεῖ ὂν, καὶ πάντας ὀνίνησιν. ὑμᾶς δὲ δὴ χρὴ μὴ τὸ τούτῳ κεχαρισμένον ἀλλὰ τὸ τῇ πόλει συμφέρον ἑλέσθαι. οὐ γάρ που τοὺς σπουδαρχιῶντας, ἀλλὰ τοὺς ἐπιτηδείους προστάττειν τοῖς πράγμασι προσήκει. ἐκείνους μὲν γὰρ πάνυ πολλοὺς, τοιοῦτον δὲ δὴ τινὰ ἄλλον οὐδένα εὑρήσετε. μέμνησθε δὲ ὅσα καὶ οἷα ἐπάθομεν ἐν τῷ πρὸς τὸν Σερτώριον πόλεμῳ, στρατηγοῦ δεόμενοι· καὶ ὅτι οὐδένα ἕ-

D τερον οὔτε τῶν νεωτέρων, οὔτε τῶν πρεσβυτέρων ἁρμόζοντα αὐτῷ εὕρομεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτον καὶ τότε μηδέπω μήθ' ἡλικίαν ἔχοντα, μήτε βουλεύοντα, καὶ ἀντὶ ἀμφοτέρων τῶν ὑπάτων ἐξεπέμψαμεν. βουλοίμην μὲν γὰρ ἂν πολλοὺς ἡμῖν ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ, εἴγε καὶ εὔξασθαι δεῖ, εὐξαίμην ἄν· ἐπεὶ δὲ οὐδ' εὐχῆς τὸ πρᾶγμα τοῦτό ἐστιν, οὔτ' αὐτόματόν πω παραγίνεται, ἀλλὰ δεῖ καὶ φῦναί τινα καὶ ἀσκῆσαι τὰ προσήκοντα, καὶ παρὰ πάντα

E ἀγαθῇ τύχῃ χρῆσθαι, (ἅπερ που σπανιώτατα ἂν τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ συμβαίη) χρὴ πάντας ὑμᾶς ὁμοθυμαδὸν, ὅταν τις τοιοῦτος εὑρεθῇ, καὶ σπουδάζειν αὐτὸν, καὶ καταχρῆσθαι αὐτῷ, κἂν μὴ βούληται. καλλίστη γὰρ ἡ τοιαύτη βία καὶ τῷ ποιήσαντι καὶ τῷ παθόντι γίνεται·

τοῦ μὲν, ὅτι σωθείη ἂν ὑπ' αὐτῆς· τοῦ δὲ, ὅτι σώσειεν ἂν τοὺς πολίτας, ὑπὲρ ὧν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὅγε χρηστὸς καὶ φιλόπολις ἑτοιμότατα ἂν ἐπιδοίη. καὶ οἴεσθε ὅτι Πομπήιος ἔτι ἐν μὲν μειρακίῳ καὶ στρατεύεσθαι, καὶ στρατηγεῖν, καὶ τὰ ἡμέτερα αὔξειν, καὶ τὰ τῶν συμμάχων σώζειν, τά τε τῶν ἀνθισταμένων προσκτᾶσθαι ἐδύνατο· νῦν καὶ ἀκμάζων, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ ὤν, ἐν ᾗ πᾶς τις ἄριστος αὐτὸς αὑτοῦ γίνεται, καὶ ἐμπειρίαν ἐκ τῶν πολέμων πλείστην ὅσην προσειληφὼς, οὐκ ἂν ὑμῖν χρησιμώτατος γένοιτο; ἀλλ' ὃν ἔφηβον ὄντα ἄρχειν εἵλεσθε, τοῦτον ἄνδρα γεγονότα ἀποδοκιμάσετε; καὶ ᾧ ἱππεῖ ἔτ' ὄντι τοὺς πολέμους ἐκείνους ἐνεχειρίσατε, τούτῳ βουλῆς γεγονότι τὴν στρατείαν ταύτην οὐ πιστεύσετε; καὶ οὗ καὶ πρὶν ἀκριβῶς πειραθῆναι, μόνου πρὸς τὰ τότε κατεπείξαντα ὑμᾶς ἐδεήθητε, τούτῳ νῦν, ἱκανώτατα αὐτοῦ πεπειραμένοι, τὰ παρόντα οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ἀναγκαῖα ὄντα οὐκ ἐπιτρέψετε; καὶ ὃν οὐδὲ ἄρχειν ἔτι πω καὶ τότε δυνάμενον ἐπὶ τὸν Σερτώριον ἐχειροτονήσατε, τοῦτον, ὑπατευκότα ἤδη, ἐπὶ τοὺς καταποντιστὰς οὐκ ἐκπέμψετε; ἀλλὰ μήθ' ὑμεῖς ἄλλως πως ποιήσητε· καὶ σύ, ὦ Πομπήιε, πείσθητι καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ πατρίδι. ταύτῃ γὰρ γεγέννησαι, καὶ ταύτῃ τέθραψαι· καὶ δεῖ σε τοῖς τε συμφέρουσιν αὐτῇ δουλεύειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν μήτε πόνον τινὰ μήτε κίνδυνον ἐξίστασθαι, ἀλλὰ, κἂν ἀποθανεῖν ἀνάγκη σοὶ γένηται, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναμεῖναι, ἀλλὰ τῷ προστυχόντι θανάτῳ χρῆσθαι. γελοῖος δὲ δήπουθεν εἰμὶ ταῦτα ἐγώ σοι παραινῶν, ὅστις ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις πολέμοις καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν πρὸς τὴν πατρίδα εὔνοιαν ἐπιδέδειξαι. πείσθητι οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ τούτοις· μηδὲ, ὅτι τινὲς φθονοῦσι φοβηθῇς, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον σπούδασον, ὥστε πρός τε τὴν παρὰ τῶν πλειόνων φιλίαν, καὶ πρὸς τὰ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέροντα, καὶ τῶν βασκαινόντων σε καταφρόνει· καὶ, εἴγε καὶ λυπῆσαί τι αὐτοὺς ἐθέλεις, καὶ διὰ τοῦτο ἄρξον, ἵνα καὶ ἐκείνους ἀνιάσῃς, παρὰ γνώμην αὐτῶν καὶ ἡγεμονεύσας, καὶ εὐδοκιμήσας· καὶ αὐτὸς ἄξιον σεαυτοῦ τέλος τοῖς προκατειργασμένοις ἐπαγάγῃς, πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξας. Τοιαῦτα δὴ τοῦ Γαβινίου εἰπόντος, ὁ Τρεβέλλιος ἐπειράθη μὲν αὐ-

A dum alter per eam seruatur, alter hoc modo suos ciues asserit, in quos bonus ac ciuitatis amans vir corpus vitámque suam promptissimè impenderit. An existimastis, Pompeium, qui adolescentulus, ad militiam, ducendos exercitus, augẽdum nostras, sociorum res tutandas, & aduersariorum nostræ ditioni adiungendas, valuit, eum nũc adultum, & in ea ætate constitutum in qua vnusquisque sese plurimum præstat, præterea quammaxima rerũ bellicarum peritia auctum, non lon- B gè commodissimum vobis futurum? An, cui adolescenti imperium obtulistis, eum virili ætate reiicietis? & cui equiti adhuc existenti tanta bella credidistis, ei senatori hoc imperium nõ committetis? Et quem, nullo sui edito specimine, vnicum ad incumbentia negotia desiderauistis, cum satis súperque spectatũ, iam rebus præsentibus, haud minus, quàm istæ tum vrgebãt, prementibus, nõ præficietis? Et quem ob ætatem imperio gerẽdo nondum C habilem aduersus Sertorium delegistis, hunc consularem iam nunc contra prædones non ablegabitis? Sed enim neque vobis aliter agendum est: túque ô Pompei, mihi patriæque cõcede, cui & natus es & educatus, téque eius commodis inseruire oportet, eorum causa nullos labores, nulla pericula subterfugere: sed, etiamsi res ita ferat, vt moriendum pro ea tibi sit, quouis mortis genere fatum anteuertere. Ridiculus nimirum sum, qui hæc te adhortor, qui fortitudinem atque D in patriam animum tuum in tot tantísque bellis demonstraueris. Ergo meis horúmque vocibus flectere, neque certorum hominum inuidia terrere: quin tu potius ad maioris partis amicitiã respiciens publicúmque bonum, æmulos tuos cõtemne. quibus vt ægrè facias, hanc ipsam ob causam imperium suscipe, vt contra eorum sententiam & imperium te obtinẽte, & gloriam reportante, molestia illi afficiatur. Hoc pacto & te dignum tuis prioribus actis finem imposueris, & E nos multis magnísque malis liberaueris. Hæc Gabinio disserente, contradicere conatus est Trebellius: Trebellius.

sed nemine animũ aduertẽte, obstitit ne hac de re tribus in suffragia mitterentur. Id indignè ferẽs Gabinius, rogationem de Pompeio distulit, aliam verò de ipso Trebellio introduxit. A septem & decem tribubus, quæ priores sententiam dixerant, iudicatus est iniquè agere, tribunatúque mouẽdus esse: idem suffragium iam etiam decimaoctaua datura, vix tãdem Trebellius loquendi finem fecit. Hoc viso

Roscius.

Roscius, quum loqui nõ auderet, manu prolata, duos esse deligendos ostẽdit, vt vel hoc modo potentiam Pompeii accideret. Hæc eo gesticulatione manus significante, ita ingens atque minax à turba sublatus est clamor, vt coruus quidam, qui tunc fortè suprà volabat, cõsternatus, perinde ac si fulmine esset ictus deciderit. secundum hoc factum Roscius nõ linguam modò, sed & manus tenuit. Catulus interea silentium seruauerat: rogatus autem à Gabinio vt sententiam & ipse diceret (erat enim Catulus princeps senatus: videbantúrque eius autoritatem secuti etiam reliqui astipulaturi: spes autem erat, cum tribunorum periculo permotum, huic sententiæ accessurum) quum dicturo populus animum aduerteret, quippe quem & omnes reuerenter haberent, & quòd semper ipsis optima quæque consuluisset egissétque, suspicerent, in hæc verba concionem habuit, Summè

Catuli ad populum oratio.

me, Quirites, studiosum multitudinis vestræ fuisse, constat omnibus vobis. quod quum ita sit, necesse est vt ipse quidem simpliciter quæ prodesse reipublicę cognosco, libero ore eloquar: vos autem decet hæc placidè audire, ac deinde consilium capere. Si quid enim in rem vestram proponi vobis potest, id tumultuantes nequaquam percipietis: sin attentè audieritis, haud dubiè aliquid inuenietur quod certò vobis conducat. Proinde primum hoc & præcipuum dico, non debere vni alicui viro tot imperia, vnum ex alio, committi, quòd & leges hoc prohibent, & experientia deprehensum est, rem eam esse periculosissimam.

Marius & Sylla qua ratione ad tyrannidem peruenerint.

Neque enim Mario alia causa fuit cur talem sese gereret, quàm quòd breui admodum temporis spatio tot bellorum administratio ei credita, consulatus sexies intra paucissimos

A τεῖπεῖν· ὡς δ' οὐδενὸς λόγου ἔτυχεν, ἠναντιοῦτο τὴν μὴ τὴν ψῆφον δοθῆναι. ὁ οὖν Γαουίνιος ἀγανακτήσας, τὴν μὲν περὶ τοῦ Πομπηίου διαψήφισιν ἐπέσχεν, ἑτέραν δὲ περὶ αὐτοῦ ἐκείνου ἀντεισῆγε· καὶ ἔδοξεν ἑπτακαίδεκα φυλαῖς ταῖς πρώταις χρηματισάσαις ἀδικεῖν τε αὐτὸν, καὶ μηκέτι χρῆναι δημαρχεῖν. μελλούσης οὖν καὶ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης τὰ αὐτὰ ψηφίσασθαι, μόλις ποτὲ ὁ Τρεβέλλιος ἐσιώπησεν. ἰδὼν δὲ τοῦτο ὁ Ῥώσκιος, φθέγ-

B ξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε, τὴν δὲ δὴ χεῖρα ἀνατείνων, δύο ἄνδρας ἐκέλευε σφᾶς ἑλέσθαι, ὅπως ἐν γε τούτῳ τῆς δυναστείας τῆς Πομπηίου παρατέμοιτο. ταῦτ' οὖν αὐτοῦ χειρονομοῦντος, ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγεν· ὥστε κόρακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πεσεῖν ὥσπερ ἐμβρόντητον. γενομένου δὲ τούτου, ἐκεῖνος μὲν τὴν ἡσυχίαν οὐ τῇ γλώττῃ ἔτι μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ χειρὶ ἦγεν. ὁ δὲ δὴ Κάτουλος ἄλλως μὲν

C ἐσιώπα· τοῦ δὲ Γαουινίου προτρεψαμένου τι αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι τά τε πρῶτα τῆς βουλῆς ἦν, καὶ ἐδόκει δι' ἐκείνου καὶ τοὺς ἄλλους ὁμογνωμονήσειν σφίσι (καὶ γὰρ ἤλπιζεν αὐτὸν, ἐξ ὧν τοὺς δημάρχους πάσχοντας εἶδε, συνεπαινέσειν) λόγου τε ἔτυχεν, ἐπειδὴ καὶ ᾐδοῦντο πάντες αὐτὸν, καὶ ἐτίμων ὡς τὰ συμφέροντα σφίσι καὶ λέγοντα ἀεὶ καὶ πράττοντα· καὶ ἐδημηγόρησε τοιάδε, Ὅτι μὲν ἐς ὑπερβολὴν, ὦ Κυΐριται, πρὸς τὸ πλῆθος ὑμῶν ἐσπούδα-

D κα, πάντως που σαφῶς ἐπίστασθε. τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος, ἐμοὶ μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι πάντα ἁπλῶς ἃ γινώσκω συμφέρειν τῇ πόλει με- 6
τὰ παρρησίας εἰπεῖν, ὑμῖν δὲ προσήκον ἀκοῦσαί τε μεθ' ἡσυχίας αὐτῶν, καὶ μετὰ τοῦτο βουλεύσασθαι. θορυβήσαντες μὲν γὰρ, ἴσως τι καὶ χρήσιμον δυνηθέντες ἂν μαθεῖν, οὐχὶ λήψεσθε· προσέχοντες δὲ τοῖς λεγομένοις, πάντως τι τῶν συμφερόντων ὑμῖν ἀκριβῶς εὑρήσετε. ἐγὼ τοίνυν πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα φη-

E μὶ δεῖν, μηδενὶ ἀνδρὶ τοσαύτας κατὰ τὸ ἑξῆς ἀρχὰς ἐπιτρέπειν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς νόμοις ἀπηγόρευται, καὶ τῇ πείρᾳ σφαλερώτατον ὂν πεφώραται. οὔτε γὰρ τὸν Μάριον ἄλλο τι, ὡς εἰπεῖν, τοιοῦτον ἐποίησεν, ἢ ὅτι τοσούτοις τε ἐν ὀλιγίστῳ χρόνῳ πολέμοις ἐνεχειρίσθη, καὶ ὕπατος ἑξάκις ἐν βραχυτάτῳ

ἐγένετο· οὔτε γὰρ Σύλλαν, ὅτι τοσούτοις ἐφε- A
ξῆς ἔτεσι τὴν ἀρχὴν τῶν στρατοπέδων ἔσχε,
καὶ μετὰ τοῦτο δικτάτωρ, εἶθ' ὕπατος ἀπεδεί-
χθη. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει
ψυχὴν μὴ ὅτι νέαν, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέραν,
ἐν ἐξουσίαις ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνδιατρί-
ψασαν, τοῖς πατρίοις ἤθεσιν ἐθέλειν ἐμμένειν.
καὶ τοῦτο μὲν οὐχ ὡς καὶ κατεγνωκώς τι τοῦ
Πομπηίου λέγω, ἀλλ' ὅτι μήτ' ἄλλως συν-
ενεγκὸν ποτὲ ὑμῖν φαίνεται, μήτε ἐκ τῶν νό-
μων ἐπιτέτραπται. καὶ γὰρ εἴτε τιμὴν τοῖς ἀ- B
ξιουμένοις αὐτοῦ φέρει, πᾶσιν αὐτῆς, οἷς γε ἐπι-
βάλλει, προσήκει τυγχάνειν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ
δημοκρατία) εἴτε κάματον, καὶ τούτου πρὸς
τὸ μέρος πάντας μεταλαμβάνειν δεῖ. οὕτω γάρ
ἐστιν ἡ ἰσομοιρία. ἔτι πλείους ἐν μὲν τῷ τοιού-
τῳ, πολλούς τε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐγγυμνάζε-
σθαι, καὶ ῥᾳδίαν ὑμῖν τὴν αἵρεσιν τῶν πιστευ-
θῆναι δυναμένων πρὸς πάντα τὰ πρα-
κτέα ἀπὸ τῆς πείρας ὑπάρχειν συμβαίνει· ἐ-
κείνως δὲ δή, πολλὴν τὴν σπάνιν καὶ τῶν ἀσκη- C
σόντων τὰ προσήκοντα καὶ τῶν ἐπιτραπησο-
μένων ἀνάγκη πᾶσα γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο
οὐχ ἥκιστα ἐν τῷ πρὸς τὸν Σερτώριον πολέ-
μῳ στρατηγοῦ ἠπορήσατε, ὅτι τὸν πρὸ τούτου
χρόνον ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπὶ πολὺ ἐχρῆσθε. ὥστ'
εἰ καὶ κατὰ τἆλλα πάντα ἄξιός ἐστι Πομπήιος
ἐπὶ τοὺς καταποντιστὰς χειροτονηθῆναι· ἀλλ'
ὅτι γε παρά τε τὰ διατεταγμένα ἐν τοῖς
νόμοις, καὶ παρὰ τὰ διεληλεγμένα ἐν τοῖς
ἔργοις, αἱρεθείη ἄν, ἥκιστα καὶ ὑμῖν καὶ τούτῳ D
προσήκει αὐτὸ πραχθῆναι. πρῶτον μὲν
οὖν τοῦτο καὶ μάλιστα λέγω· δεύτερον δὲ ἐκεῖ-
νο, ὅτι τεταγμένως ἐκ τῶν νόμων τάς τε ἀρ-
χὰς καὶ τὰς ἡγεμονίας λαμβανόντων, τῶν ὄν-
των καὶ στρατηγῶν, καὶ τῶν ἀντὶ τούτων ἀρ-
χόντων, οὔτ' ἄλλως καλῶς ὑμῖν ἔχει, παρα-
δόντας αὐτοὺς καινήν τινα ἀρχὴν ἐπεισαγα-
γέσθαι, οὔτε συμφέρει. τίνος μὲν γὰρ ἕνεκα καὶ
τοὺς ἐνιαυσίους ἄρχοντας χειροτονεῖτε, εἴγε
μηδὲν αὐτοῖς πρὸς τὰ τοιαῦτα χρήσεσθε, ἵνα E
ἐν τοῖς περιπορφύροις ἱματίοις περινοστῶ-
σιν; οὐδ' ἵνα τὸ ὄνομα μόνον τῆς ἀρχῆς
περιβεβλημένοι, τοῦ ἔργου αὐτῆς στέρωνται;

annos mādatus est: neque Syllę, quàm quòd posteaquam multis annis absque vlla intercapedine exercitibus præfuisset, dictator postea, ac deinde consul creatus fuit. Ea quippe est natura animorum humanorum, vt nō iuuenes modò, verùm ætate etiam prouectiores, postquam multum temporis in potestate transegerint, patriis moribus haudquaquam sibi viuendum ducant. Quod ego non Pompeii culpādi causa commemoro, sed quoniam rem hanc & vobis nullo modo conducibilem existimo, neque leges eam permittunt. Etenim si, quem hoc imperio dignabimur, id ei honori est futurum: eius verò par est omnes eos ad quos honor is pertinet, potiri: (hoc enim popularis reipublicæ status requirit) sin laborem afferet, huius quoque omnes participes fieri conuenit: nam id æqualitas exigit. Præterea hoc quidem pacto fiet vt multi reperiantur qui sese in rebus gerendis exerceant, quorum virtus deinde spectata facilem nobis curam deligendi ex his aliquem qui negotiis instantibus præficiatur, præbeat: illo autem modo fieri nō potest quin paucos admodum sitis habituri, qui conuenientibus studiis sese ita parauerint, vt res eis tutò committi queant. Ad bellum contra Sertorium dux vobis defuit, haud equidem alia magis de causa, quàm quòd prioribus temporibus diutius iisdem hominibus vsi eratis. quo fit vt, si iam Pompeius contra piratas omnino deligendus sit, tamen quia id & contra legum sententiam sit futurum, & ipse vsus rerum hoc institutum improbet, nequaquam vel vobis vel ipsi id admittendum sit. Hoc primo loco pręcipuè commemorandum duxi: venio iam ad alterum. Quum nostri homines ordine à legibus præscripto & magistratus & imperia accipiant, itáque nos & duces habeamus, & qui eorum in locum subeant, iam hoc quoque parum & honestatis & vtilitatis sit habiturum, si his proiectis, nouum quoddam magistratus genus introducamus. Quid enim causæ est, cur annui à vobis magistratus eligantur, vbi eorum nullo in id genus negotiis vtendum videtur? An eò creantur, vt in prætextis purpura obambulent vestibus, solo magistratus nomine insignes, effectu spoliati?

Potestate mores immutari.

iure profectò & horum & aliorum, quicunque rem aliquam publicam ſibi capeſſendam propoſuerunt, in odium incurretis, ſi patriis magiſtratibus circumſcriptis, nulla re gerenda iis qui legitimè magiſtratum obtinuerunt mandata, priuato homini imperium, quale nullum vnquam fuit, dederitis. Quòd ſi enim præter annuos magiſtratus nouus aliquis eſt conſtituendus, habemus & huius rei exemplum à maioribus ad nos deductum: dictaturam inquam. Sed & dictatorẽ, quantus quantus ille ſit, maiores noſtri neque cuiuſuis rei cauſa dixerunt, & imperium ei non vltra ſextum mẽſem fuit. Itaque ſi omnino talis quiſpiam vobis opus eſt, licet vobis, ſalua legum maieſtate, idque haud neglectim de republica conſultantibus, vel Pompeium, vel aliquem alium vnum dictatorem creare: modò is ne vltra præſtitutum tempus, néue extra Italiã ſit cum imperio. Non enim vos fugit, ſtudioſè id patres noſtros cauiſſe: vt inuenire non ſit, vllum vnquam dictatorem aliter conſtitutum fuiſſe, vnico eo excepto qui in Siciliã, nullam quidẽ rem gerẽs, profectus eſt. Enimuero neque Italia tali imperio præſentiarum indiget: & vos tantum abeſt vt imperium dictatoris admiſſuros credam, vt ne nomen quidem eius toleraturos putem. cuius argumentum eſt indignatio cõtra Syllam veſtra. Quo minus rectum eſt, imperium vos iam, idque triennalem in omnes non Italiæ tantùm ſed & externarum regionum res poteſtatem habiturum, conſtituere. Notum eſt enim vobis ex æquo omnibus quãtæ iam antè ex hac re in ciuitates miſeriæ exudarint: quot extiterint qui ob illegitimam imperãdi cupiditatem, & plebem noſtram ſeditionibus agitarint, & innumerorum nobis malorum cauſæ fuerint. Itaque de his dicẽdi finem faciam. Ecquis enim eſt qui neſciat, abſque his etiam, neque honeſtum eſſe, neque cõmodum vt ad vnum aliquem ſumma rerum deferatur, vnique in omnes noſtras res dominiũ aſſignetur, quantumuis optimo illi? Magni enim honores, immodicæque poteſtates etiam huiuſmodi hominum animos ad faſtum extollunt atque corrũpunt. Hoc vos diſpicere iam nunc velim, vnum virum nequaquã totius maris potiri poſſe, aut ſolũ rectè hoc bellum adminiſtrare. Nã,

Dictatura, qualis magiſtratus.

Honores mutant mores.

A πῶς δ' οὐχὶ καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς τι πρᾶξαι τῶν πολιτικῶν προαιρουμένοις ἀπεχθήσεσθε, ἂν τὰς μὲν πατρίους ἀρχὰς καταλύητε, καὶ τοῖς ἐκ τῶν νόμων χειροτονουμένοις μηδὲν ἐπιτρέπητε, ξένην δέ τινα καὶ μήπω ποτὲ γεγενημένην ἡγεμονίαν ἰδιώτῃ προστάξητε; εἰ γάρ τοι καὶ παρὰ τὰς ἐτησίους ἀρχὰς ἀνάγκη τις εἴη ἑτέραν ἑλέσθαι, ἔστι καὶ τούτου παράδειγμα ἀρχαῖον. λέγω δὲ τὸν δικτάτωρα. καὶ τοῦτον μὲν τοιοῦτον ὄντα, B οὔτε ἐπὶ πᾶσι ποτὲ τοῖς πράγμασιν οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἐπὶ πλείω χρόνον ἑξαμήνου κατεστήσαντο. ὥστ' εἰ μὲν τοιούτου τινὸς δεῖσθε, ἔξεστιν ὑμῖν, μήτε παρανομήσασι, μήτ' ὀλιγώρως ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευσαμένοις, δικτάτωρα, εἴτε Πομπήιον, εἴτε καὶ ἄλλον τινὰ προχειρίσασθαι, ἐφ' ᾧ μήτε πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνου, μήτε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἄρξῃ. οὐ γὰρ πω ἀγνοεῖτε ὅτι καὶ τοῦτο δεινῶς οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφυλάξαντο. C καὶ οὐκ ἂν εὑρεθείη δικτάτωρ οὐδεὶς ἄλλος, πλὴν ἑνὸς ἐς Σικελίαν, καὶ ταῦτα μηδὲν πράξαντος, αἱρεθείς. ἡ οὔτε δεῖται ἡ Ἰταλία τοιούτου τινός, οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείνητε ἔτι οὐχ ὅτι τὸ ἔργον τοῦ δικτάτωρος, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὄνομα. δῆλον δὲ ἐξ ὧν πρὸς τὸν Σύλλαν ἠγανακτήσατε. πῶς δ' ἂν ὀρθῶς ἔχοι καὶ νῦν ἡγεμονίαν, καὶ ταύτην ἐς ἔτη τρία, καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς ἔξω πράγμασιν ἀποδειχθῆναι; ὅσα γὰρ ἐκ τοῦ D τοιούτου δεινὰ ταῖς πόλεσι συμβαίνει, καὶ ὅσοι διὰ τὰς παρανόμους φιλαρχίας τόν τε δῆμον ἡμῶν πολλάκις ἐτάραξαν, καὶ αὑτοὺς μυρία κακὰ εἰργάσαντο, πάντες ὁμοίως ἐπίστασθε. ὥστε περὶ μὲν τούτων παύομαι λέγων. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι οὔτ' ἄλλως καλῶς ἔχει, οὔτε συμφέρει, ἑνί τινι τὰ πράγματα προστάσσεσθαι, καὶ ἕνα τινὰ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἀγαθῶν κύριον γίνεσθαι, κἂν τὰ μάλιστα ἄριστός τις ᾖ; αἵ τε γὰρ μεγάλαι τιμαὶ καὶ αἱ ὑπέρογκοι ἐξουσίαι καὶ τοὺς τοιούτους E ἐπαίρουσι καὶ διαφθείρουσιν. ἐκεῖνο δὲ δὴ σκοπεῖν ὑμᾶς ἀξιῶ, ὅτι οὐδὲ οἷόν τε ἐστὶν ἕνα ἄνδρα πάσης τῆς θαλάσσης ἐπάρξαι, καὶ πάντα τὸν πόλεμον τοῦτον ὀρθῶς διοικῆσαι. δεῖ μὲν γὰρ ὑμᾶς,

7

» εἴπερ τι τῶν δεόντων ποιήσετε, πανταχῇ ἅμα αὐτοῖς πολεμῆσαι· ἵνα μὴ συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους, μήτ᾽ αὖ τὰς ἀναφυγὰς πρὸς τοὺς οὐ πολεμουμένους ἔχοντες, δυσάληπτοι γένωνται. τοῦτο δὲ οὐδένα ἂν τρόπον εἷς τις ἄρξας πρᾶξαι δυνηθείη. πῶς γὰρ ἂν ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἔν τε τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ Κιλικίᾳ, τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Συρίᾳ, τῇ τε Ἑλλάδι καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ, τῷ τε Ἰονίῳ καὶ ταῖς νήσοις, πολεμήσειε; πολλοὺς μὲν δὴ διὰ τοῦτο καὶ στρατιώτας καὶ στρατηγοὺς ἐπιστῆναι δεῖ τοῖς πράγμασιν, εἴπερ τι ὄφελος αὐτῶν ἔσται. εἰ δὲ δή τις ἐκεῖνο φησίν, ὅτι κἂν ἑνί τῳ πάντα τὸν πόλεμον ἐπιτρέψητε, πάντως που καὶ ναυάρχους καὶ ὑπάρχους πολλοὺς ἕξει· πῶς οὐ πολὺ δικαιότερον καὶ συμφορώτερον ἐγὼ γὰρ ἂν εἴποιμι, καὶ τί κωλύει τούτους αὐτοὺς ὑπάρξειν ἐκείνῳ μέλλοντας, καὶ προχειρισθῆναι ὑφ᾽ ὑμῶν ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο, καὶ τὴν ἡγεμονίαν παρ᾽ ὑμῶν αὐτοτελῆ λαβεῖν; οὕτω μὲν γὰρ καὶ φροντιοῦσι τοῦ πολέμου μᾶλλον, ἅτε καὶ ἰδίαν ἕκαστος αὐτῶν μερίδα πεπιστευμένος, καὶ ἐς μηδένα ἕτερον τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἀμέλειαν ἀνενεγκεῖν δυνάμενος. καὶ φιλοτιμήσονται πρὸς ἀλλήλους ἀκριβέστερον, ἅτε καὶ αὐτοκρατεῖς ὄντες, καὶ τὴν δόξαν ὧν ἂν ἐργάσωνται, αὐτοὶ κτησόμενοι. ἐκείνως δέ, τίνα μὲν ὁμοίως οἴεσθε ἄλλῳ τὸν ὑποκείμενον; τίνα δ᾽ ἀπροφασίστως ὁποιοῦν ποιήσειν, μέλλοντα μὴ ἑαυτῷ ἀλλ᾽ ἑτέρῳ κρατήσειν; ὥσθ᾽ ὅτι μὲν εἷς οὐδ᾽ ἂν δύναιτο τοσοῦτον ἅμα πόλεμον πολεμῆσαι, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ Γαουινίου ὡμολόγηται. πολλοὺς γοῦν τῷ χειροτονηθησομένῳ συνεργοὺς ἀξιοῖ δοθῆναι. λοιπὴ δὲ δὴ σκέψις ἐστί, πότερον ποτὲ ἄρχοντας αὐτούς, ἢ ὑπάρχοντας καὶ στρατηγούς, ἢ πρὸς τοῦ δήμου παντὸς ἐπ᾽ αὐτοκράτορος τινὸς ἡγεμονίας, ἢ πρὸς ἐκείνου μόνου ἐφ᾽ ὑπηρεσίᾳ αὐτοῦ πεμφθῆναι δεῖ. οὐκοῦν ὅτι μὲν καὶ νομιμώτερον καὶ πρὸς τἆλλα πάντα καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς λῃστὰς τοῦθ᾽ ὅπερ ἐγὼ λέγω ἐστί, πᾶς ἄν τις ὑμῶν ὁμολογήσειε. χωρὶς δὲ τούτου, καὶ ἐκεῖνο ὁρᾶτε οἷόν ἐστι, τὸ πάσας ὑμῶν τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἐπὶ τῇ τῶν καταποντιστῶν προφάσει καταλυθῆναι, καὶ μηδεμίαν αὐτῶν μήτε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, μήτε ἐν τῇ ὑπηκόῳ τὸν χρόνον τοῦτον. * * τῆς δὲ Ἰταλίας ἀντὶ ὑπάτου ἐπὶ τρία ἔτη προσέταξαν

A ſi, quod facto opus eſt, agere volueritis, vndique prædonibus bellum eſt faciendum: ne vel inter ſe coire, vel ii quibus bellum ſi, ad eos qui à bello ſunt exempti, ſubterfugere poſſint, vt comprehendi nequeant. Hæc vnus homo nullo modo ſolus imperans perficiet. quî enim poſſit eodem die in Italia & Cilicia, in AEgypto & Syria, in Græcia & Hiſpania, in Ionio & inſulis, bellũ gerere? Ergo vt operæpretium faciamus, multos non milites tantùm, ſed & duces huic negotio de- B ſtinabimus. Ac ſi quis dicat, Si vni alicui totius belli ſumma credatur, habiturum eum omnibus in locis multos nauium præfectos, multos legatos: longè cùm iuſtiorem, tum vtiliorem meum ſermonem exiſtimem, ſi dixerim, Quid ergo obſtat cur non illi ipſi qui ſub auſpiciis vnius iſtius imperatoris ſint cum imperio futuri, à nobis ad id deligantur, plenúmque à nobis imperium accipiant? Eo enim pacto futurum eſt vt & curam belli at- C tentius gerãt, cuius ſingulis certæ partes ſint commiſſæ, neque habituri ſint in quem ſuæ negligentiæ culpam refundant. quin & maiori inter ſe contentione atque æmulatione operam nauabunt, nimirum & merum imperium obtinẽtes, & ſibi gloriam rerum geſtarum, non alii, paraturi. Contrà ſi priori rationi ſtetur, quid horum ſimile res habebit? aut quis rem vllam ſeriò ſibi ſumet gerẽdam, cuius perfectæ gloria alii ſit ceſſura? Verùm ab vno hoc bellum confici non poſſe, ipſe D etiam Gabinius faſſus eſt, multos delecto imperatori adiutores decerni petens. Reliqua eſt cõſideratio, imperatoréſne illi, an legati, itémq; ducéſne, & cum iuſto imperio, an vt adminiſtri illius vnici imperatoris ſint emittendi. Meam ſententiam magis cũ legibus congruere, cùm aliâs, tum aduerſus prædones belligeraturis, nemo veſtrûm, niſi fallor, diffitebitur. Dempto tamen hoc, videtis præterea quid E rei ſit, ſub prætextu piratici belli, omnes velle magiſtratus alios abrogare, vt nullus eo tẽpore ſit neque in Italia, neque in ſubditis nobis regionibꝰ.

* Et in Italia pro conſule decreue-

Deſunt finis huius orationis & initium decreti, quo Pompeio imperium eſt cõmiſſum.

runt ei etiam legatos quindecim, omnes item naues, & vt pecuniæ quantum vellet, itémque quot vellet legiones acciperet. Hæc senatus etiam rata esse iussit, quanquam inuitus, itémque alia quæ ad hoc negotium conducere intelligebant: idque eò magis fecerũt, quòd quum Piso in Gallia Narbonẽsi sua prouincia legatis Pompeii delectuum habendorum potestatem denegasset, vehementer eius rei ergò indignatus erat populus: confestímque eum magistratu deiecisset, nisi Pompeius deprecatus pro eo obtinuisset.

Pompeius vt bellum piraticum confecerit.

Pompeius quũ se, vt res ipsa, vtque sui spiritus exposcebant, cõparasset, vniuersum vno tempore mare in quo piratæ grassabãtur, partim ipse præsens, partim per suos legatos circumnauigauit, maioríque id ex parte spatio vnius anni pacauit. Ad eam rem cùm multo nautico, armatorúmque militum apparatu vsus est, (ita vt neque in terra, neque in mari esset qui resistere posset) tum verò magna erga dedentes se ei humanitate: qua plurimos sibi cõciliauit. Vi enim superati postquam eius bonitatem senserunt, promptissimè se vnusquisque eius fidei permisit. Ipse cùm cæteris in rebus eis prospexit, tum, ne denuò paupertas eos ad flagitia impelleret, agros eis, quos desertos videbat, colendos, habitandásque vrbes colonis indigentes tradidit. itáque & aliæ vrbes habitari cœptæ sunt, & quam Pompeiopolim nominant, Solis prius dicta, sita in Ciliciæ ora, quam Tigranes antè vastauerat.

Pompeiopolis.

Lex de ambitu lata.

Hæc ita gesta sunt, Acilio & Pisone coss. Lex præterea ab ipsis consulibus promulgata est de ambitu, vt qui eius conuicti essent, iis neque magistratum gerere, neque senatoribus esse liceret, sed pecuniaria insuper eis mulcta irrogaretur. Postea enim quàm tribunis suum antiquum ius restitutum est, quum multi senatoria dignitate antè à censoribus moti, eam recuperare conarentur, de omnibus magistratibus frequentes omnino coitiones conspirationésque fiebãt. Eam legẽ consules tulerunt, nõ quòd ambitũ odissẽt (nã & ipsi ad cõsulatũ cõtẽtissima fauoris venatione peruenerãt,

„ τοιοῦτόν τι παθεῖν, κάλλιστον δήπου καὶ ἄριστον A „ συμβέβηκέ σοι τὸ μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐπη„ρεάζεσθαι. καὶ σὺ μὲν γὰρ πάντα τὰ καθή„κοντα τοῖς πολίταις συνεβούλευσας καὶ ἔπρα„ξας, οὐχ ἰδιωτεύων, ἀλλ' ὑπατεύων· οὐδ' ἰδίᾳ „ τι πολυπραγμονῶν, ἀλλὰ τοῖς τῆς βουλῆς „ δόγμασι πειθόμενος, οὐ κατὰ στάσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ „ βελτίστῳ γιγνόμενος. ὁ δεῖνα δὲ καὶ ὁ δεῖνα ἐκ „ δυναστείας καὶ ἐπηρείας πάντα κατὰ σοῦ συν„εσκευάσαντο. ὥστε ἐκείνοις μὲν καὶ ἄχθεσθαι „ καὶ λυπεῖσθαι ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ προσήκει· σοὶ B „ δὲ δή, ἀνδρείως φέρειν τὰ δόξαντα τῷ δαιμο„νι, καὶ καλὸν καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν. οὐ γάρ που „ μᾶλλον ἂν ἐθελήσαις τῷ τε Κατιλίνᾳ συμ„πρᾶξαι, καὶ τῷ Λεντούλῳ συνομόσαι, καὶ „ πάντα μὲν τὰ ἐναντία τῶν συμφερόντων τῇ „ πατρίδι παραινέσαι, μηδὲν δὲ τῶν προσταχ„θέντων σοι ὑπ' αὐτῆς ποιῆσαι, οἴκοι μένειν „ ἀδικήσας, ἢ κατορθώσας φυγεῖν. οὐκοῦν εἴ τι „ τῆς δόξης σοὶ μέλει, πολλῷ που αἱρετώτερόν „ ἐστι, μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐκπεπτωκέναι, ἢ C „ κακουργήσαντά τι, οἴκοι μεμενηκέναι. τά τε „ γὰρ ἄλλα, καὶ ἡ αἰσχύνη τοῖς ἀδίκως ἐκβάλ„λουσί τινα, ἀλλ' οὐ τῷ κατ' ἐπήρειαν ἐξελα„θέντι, προσγίγνεται. καίτοι ἔγωγε ἀκούω „ τοῦθ', ὅτι οὐκ ἄκων οὐδ' ἁλοὺς μετέστησας, „ ἀλλ' ἐθελοντὴς ἐμίσησας τὸν μετ' αὐτῶν βίον· „ ἅτε μήτε βελτίους σφᾶς ποιῆσαι δυνάμε„νος, μήτε συναπολέσθαι σφίσιν ὑπομένων· „ καὶ ἔφυγες οὐ τὴν πατρίδα, ἀλλὰ τοὺς ἐπι„βουλεύοντας αὐτῇ. ὥστ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐξό- D „ ριστοι εἶεν ἂν καὶ ἄτιμοι, πάντα τἀγαθὰ ἐκ „ τῆς ψυχῆς ἐκβεβληκότες· σὺ δὲ ἐπίτιμος καὶ „ εὐδαίμων, μήτ' ἀπόπως τινὶ δουλεύων, καὶ πάν„τα τὰ προσήκοντα ἔχων· αἴτε ἐν Μακεδο„νίᾳ, ἄν τε καὶ ἄλλοθί που τῆς οἰκουμένης ζῆν „ ἐθελήσῃς. οὐ γὰρ δήπου τὰ χωρία οὔτε εὐτυ„χίαν οὔτε κακοδαιμονίαν τινὰ δίδωσιν, ἀλλὰ „ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ καὶ πατρίδα καὶ εὐδαι„μονίαν ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ποιεῖ. καὶ ταῦθ' ὁ „ Κάμιλλος εὖ νοήσας, ἡδέως ἐν Ἀρδέᾳ κα- E „ τῴκησε· ταῦθ' ὁ Σκιπίων λογισάμενος, ἀλύ„πως ἐν Λιτέρνῳ κατεβίω. τί γὰρ δεῖ τὸν Ἀρι„στείδην, τί δὲ τὸν Θεμιστοκλέα λέγειν; οὓς ἐν-

Philisci Colloq. cum Cic.

in fatis tibi fuit vt hæc patereris, hoc tibi pulcherrimum & optimum accidisse, quòd nullo tuo merito in hãc deueneris calamitatem. Etenim tu pro tuo officio omnia & consuluisti ciuibus tuis & egisti: neque ea priuatus, sed consul: nec ipse per te negotiũ aliquod curiosè suscipiens, sed senatusconsultum secutus: non seditionis causa, sed vt quamoptimè reipublicæ consuleres: contrà, certi quidam homines potentia sua & lædendi studio adducti omnia hæc in te machinati sunt. Quo fit vt illos quidem suæ iniustitiæ causa dolere & lugere conueniat: tibi autem & pulchrum & necessarium est ea fortiter perferre quæ fortuna tibi tua imposuit. Neque verò malles Catilinæ & Lentulo conscelerataæ coniurationis socius, atque omnia contra reipublicæ incolumitatem molitus, nihil quod ea tibi iussisset, secutus, domi manere iniustitiæ obnoxius, quàm, quum officio tuo satisfecisses, solum vertere. Iam si existimationis etiam rationem habes, longè præstat te nullo flagitio admisso patria excidisse, quàm perpetrato malo aliquo facinore in ea remansisse. Nam, vt cætera omittam, dedecus profectò non in eum qui iniquè in exilium mittitur, sed in eos qui contra ius eum eiiciunt, redundat. Quanquam ego te accepi, non inuitum, aut iudicio damnatũ, sed vltro abiisse: quòd apud eos viuendum diutius tibi nequaquam duceres, quos neque meliores reddere posses, neque cum ipsis perire velles. Itaque non patriam sed eius insidiatores reliquisti, qui profectò extorres & ignominia notati sunt, quòd omnia bona ex animis suis profligauerint. Tu verò honoratus felixque es, neque cum dedecore seruire opus habens, & rebus necessariis ad vitam affluens: siue in Macedonia siue alibi terrarũ viuere statueris. Neque enim loca ipsa felicitatem beatitatémve vllam afferunt homini, sed vnusquisque nostrûm ipse sibi & patriã & vitam beatam omni tempore vbicunque locorum efficit. Hæc intelligens Camillus, haud grauatim Ardeæ habitauit: Hæc Scipio reputans, absque molestia Literni vitam exegit. Quid enim Aristidē referam, quid Themistoclē quorum

Cicero nullo suo merito in eam calamitatem deuenit.

In eum qui iniquè in exilium mittitur, non redundat dedecus, sed in eos qui contra ius eum eiiciunt.

Omne solum forti patria est.

Aristidis & Themistoclis

gloria exilio aucta.

PHILISCI COLLOQ. CVM CIC.

gloria exilio aucta est? quid Anniũ? quid Solonem, qui consultò decennium à patria abfuit? Et tu igitur, ne quid horum quæ neque ad corpus neque ad animum pertinent, graue iudica, neque indignè tuos casus fer: quandoquidem nulla nobis optio viuendi nostro arbitrio proposita est (vt dixi) sed necesse omnino habemus omnia tolerare quæ de nobis fortuna statuerit. Quòd si hoc sponte nostra fecerimus, dolore vacabimus: sin noluerimus, neque ea quę fatum nobis destinauit, effugiemus: & inanes præterea in dolores, summum illud malum, incidemus. Cuius euidens indicium est quòd alii mortales etiam res aduersissimas leuiter ferunt, séque nullo malo conflictari censent: alii leuissimis oppressos se arbitrantes, nullum à se malum, quod in hominem cadere possit, abesse putant: itémque alii prosperos euentus malè, alii duros rectè accipiunt, efficiúntque vt res istæ tales aliis esse iudicentur, quales illi ferendo eas esse ostenderũt. Hæc cum animo tuo cogitãs, neque præsentem statum iniquo fer animo, neque, si eos qui te profligauêre, fortuna secunda vti audies, id tibi molestiam afferat. Ea est enim humanarum felicitatum alioquin conditio vt momẽtaneæ sint, inque diem durent: ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ instar concidit: idque præcipuè in seditionibus. Quippe homines qui in perturbatis fluctuantibúsque rebus versantur, parum aut nihil potius ab iis differunt qui tẽpestate iactantur. eodem enim modo sus déque, & in omnes partes abripiuntur: ac, siquid eos vel minimũ fefellerit, prorsus submergũtur. Ac, ne tibi vel Drusi, vel Scipionis, vel Gracchorum, aliorúmve exempla commemorẽ, memoria tenes quomodo Camillus quondam exul, deinceps post seruatum à se Capitoliũ vita functus sit: meministi quãtum Aristides ab exilio suo Themistocli præstiterit. Igitur tu quoque sperare quidem in primis debes futurum vt in patriam reducaris: (neque enim ob aliquod tuum facinus iniustum ea pulsus es: atque audio, ab iis ipsis quorum opera eiectus es, te requisitum iri, desideratum autem ab omnibus:) sin præsens tibi status habendus est,

Felicitas momentanea.

In seditionibus viuere, & tempestate iactari, affinia.

Camillus exul.

A δοξοτέρους ἡ φυγὴ ἐποίησε. τί τὸν Ἄννιον; τί τὸν
Σόλωνα; ὃς ἑκὼν ἔτη δέκα ἀπεξενώθη. μὴ
οὖν μηδὲ σὺ μήτε χαλεπόν τι τῶν τοιούτων,
ἃ μήτε τοῦ σώματος μήτε τῇ τῆς ψυχῆς ἡμῶν
φύσει προσήκει, νόμιζε εἶναι, μήτ' ἀγανά-
κτει τοῖς προσπεπτωκόσιν. οὐδὲ γὰρ οὐδ'
αἵρεσίς τις ἔστιν ἡμῖν τοῦ ζῆν ὅπως ἂν θελήσω-
μεν, (ὥσπερ εἶπον) ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ὑπο-
μένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ. τοῦτο
δὲ ἂν μὲν ἐθελονταὶ ποιῶμεν, οὐ λυπησόμε-
B θα· ἂν δὲ ἀκόντως, οὐδὲ ἐκφευξόμεθά τι τῶν
πεπρωμένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσ-
επικτησόμεθα, τὸ μάτην ἀνιᾶσθαι. τεκμή-
ριον δέ, ὅτι οἱ μὲν καὶ τὰ ἀτοπώτατα εὐκό-
λως φέροντες, ἐν οὐδενὶ δεινῷ καθεστηκέναι
νομίζουσιν· οἱ δὲ καὶ τοῖς ἐλαφροτάτοις βα-
ρυνόμενοι, πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ
ἔχειν ὑποπτεύουσι. καὶ ἕτεροι, οἱ μὲν τὰ ἀ-
μείνω κακῶς, οἱ δέ, καὶ τὰ χείρω καλῶς με-
ταχειριζόμενοι, τοιαῦτα καὶ τοῖς ἑκάτερα
C δοκεῖν εἶναι ποιοῦσιν, οἷα αὐτοῖς εἶναι παρασκευά-
ζουσι. καὶ σὺ οὖν, ταῦτα λογιζόμενος, μή-
τε τοῖς παροῦσιν ἄχθου, μήτ', ἂν τοὺς ἐκβα-
λόντας σε εὐτυχοῦντας πυνθάνῃ, λυποῦ. κοῦ-
φαι μὲν γὰρ καὶ ἐφήμεροι καὶ ἄλλως αἱ τῶν ἀν-
θρώπων εὐπραγίαι εἰσί· καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλ-
λόν τις ἀπ' αὐτῶν ἐπαυξῃ, ῥᾷον ὥσπερ πνεῦ-
μα πίπτει. μάλιστα δὲ ἐν ταῖς στάσεσιν· ἅτε
γὰρ ἐν τεταραγμένοις καὶ ἀκαταστάτοις πρά-
γμασι φερόμενοι, μικρόν, μᾶλλον δὲ οὐδὲν τῶν
D χειμαζομένων διαφέρουσιν, ἀλλ' ἄνω τε
καὶ κάτω, ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε· κἂν
ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον σφαλῶσι, παντε-
λῶς βαπτίζονται. καὶ ἵνα γε μήτε τὸν Δροῦ- 47
σον, μήτε τὸν Σκιπίωνα, μήτε τοὺς Γράκ-
χους, ἢ καὶ ἄλλους τινάς, εἴπω, μέμνησθε μὲν
ὅπως ὁ Κάμιλλος ὁ φυγὰς ἄμεινον τοῦ Κα-
πιτωλίου μετὰ ταῦτα ἀπήλλαξε· μέμνησθε
δὲ ὅσον Ἀριστείδης τοῦ Θεμιστοκλέους ὕστερον
διήνεγκεν. ὥστε καὶ σὺ μάλιστα μὲν ἔλπιζε
E καὶ καταχθήσεσθαι· (οὔτε γὰρ ἐξ ἀδικίας ἐξ-
ελήλασαι· καὶ ἐπιζητήσουσι μέν σε, ὡς πυν-
θάνομαι, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐκβεβληκότες, ποθήσουσι
δὲ πάντες) ἂν δὲ δὴ καὶ τοῖς παροῦσιν ἐμμείνῃς,

μήτοιγε

» μήτοιγε καὶ διὰ ταῦτα μηδέν. ἂν μὲν γάρ μοι πεισθῇς, ἐπεὶ πάνυ ἀγαπητῶς χωρίον τέ τι παραθαλάσσιον ἔξω πάτου ἐκλεξάμενος, καὶ ἐν αὐτῷ γεωργῶν τε ἅμα καὶ συγγράφων τι, ὡς Ξενοφῶν, ὡς Θουκυδίδης. τό, τε γὰρ εἶδος τοῦτο τῆς σοφίας διαρκέστατόν ἐστι, καὶ παντὶ μὲν ἀνδρὶ, πάσῃ δὲ πολιτείᾳ ἁρμοδιώτατον· καὶ ἡ φυγὴ φέρει τινὰ σχολὴν γονιμωτέραν. ὥστ' εἴπερ ὄντως ἀθάνατος, καθάπερ ἐκεῖνοι, γενέσθαι ἐθέλεις, ζήλωσον αὐτούς. τά τε γὰρ ἐπιτήδεια ἀρκοῦντα ἔχεις, καὶ οὔτ' ἀξιώματος τινὸς προσδέῃ. εἰ γάρ τι καὶ ἐν τούτοις ἀγαθόν ἐστιν, ὑπάτευκας· καὶ πλέον οὐδὲν τοῖς καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἢ καὶ τέταρτον ἄρξασι, πλὴν γραμμάτων ἀριθμοῦ κενῶν, ὑπάρχει, ἃ μήτε ζῶντα μήτε ἀποθανόντα τινὰ ὠφελεῖ. οὔκουν ἂν ἕλοιο οὔτε Κουερούϊνος, οὔτε Μάριος, ὁ ἑπτάκις ὑπατεύσας, μᾶλλον ἢ Κικέρων εἶναι. οὔτ' αὖ ἡγεμονίας τινὸς ἐπιθυμεῖς, ὅσγε καὶ τὴν δοθεῖσάν σοι ἐξέστης, καταφρονήσας μὲν τῶν ἀπ' αὐτῆς κερδῶν, καταφρονήσας δὲ καὶ τῆς ὀλιγοχρονίου τε καὶ ὑπευθύνου πᾶσι τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσιν ἐξουσίας. καὶ ταῦτ' εἶπον, οὐχ ὅτι καὶ ἀναγκαῖόν τι αὐτῶν πρὸς εὐδαιμονίαν ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἐπείπερ ἐχρῆν, ἱκανῶς ἐξήτασαι, ἵνα καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ διάφορον τῶν βίων μαθὼν, τὰ μὲν ἕλῃ, τὰ δὲ ἀπώσῃ· καὶ τὰ μὲν διώξῃς, τὰ δὲ φύγῃς. σμικρὸς γὰρ ὁ βίος ἡμῶν· καὶ δεῖ σε, ὅσον ἥ τε ἡσυχία τῆς ταραχῆς, καὶ ἡ εὐερία τῶν θορύβων, ἥ τε ἐλευθερία τῆς δουλείας, καὶ ἡ ἀσφάλεια τῶν κινδύνων διαφέρει· ἵν' ἐπιθυμήσῃς ζῆσαι ὡς ἐγώ σοι παραινῶ. οὕτω μὲν γὰρ εὐδαιμονήσεις, καὶ σοῦ μέγα ὄνομα, καὶ τοῦτο ἀεὶ καὶ ζῶντος ἐπὶ τούτῳ καὶ τελευτήσαντος ἔσται. ἂν δὲ δὴ τήν τε κάθοδον σπουδάσῃς, καὶ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ λαμπρότητα ζηλώσῃς, δυσχερὲς μὲν οὐδὲν εἰπεῖν βούλομαι, φοβοῦμαι δὲ, ἔς τε τὰ πράγματα ἀποβλέπων, καὶ τὴν σὴν παρρησίαν ἐννοῶν, τήν τε δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰτιασιωτῶν σου θεωρῶν, μήποτέ τι καὶ αὖθις σφαλῇς. κἂν εἰ μὲν ἐν φυγῇ γένοιο,

A ne ob hunc quidem quicquam te affligere debes. Verùm, si meo consilio obtemperaueris, aliquod tibi prædium maritimum deliges, ab hominum frequentia remotum: ibi agriculturæ vacabis, & te ad scribendum, exemplo Xenophontis Thucididísque, conferes. Ea enim pars philosophiæ diutissimè permanet, ac omni homini, omni administrationi reipublicæ conuenit: ad quam otium magis idoneum exilium cófert. Itaque si immortalitatem consequi cupis, quemadmodum & isti consecuti sunt, imitare eos. B Etenim nulla re necessaria cares, neque vllius honoris indiges. ac, si quid etiam in illis boni est, consulatum gessisti: atqui iterum, tertium vel quartum in magistratu fuisse, nihil aliud secum fert, quàm inanes literas, quæ neque viuo neque mortuo quicquam conducunt: vt non Coruinus potius, aut Marius, septem consulatibus nobilis, quàm Cicero, esse velle debeas. C Cæterùm te magistratum expetere non arbitror, qui oblatum tibi repudiaris, contempto quod ex eo habetur emolumento, sprétáque breui illa potentia, quæ omnibus calumniari volentibus exposita est. Quæ ego non eò recensui, quasi verò ad beatitatem necessariò requirerentur, sed vt videres, si omnino ita opus fuisset, tamen te in republica etiam satis diu versatum: vt ex iis quæ dixi, animaduerso institutorum vitæ discrimine, D alterum deligeres, alterum abiiceres: hoc persequereris, illud fugeres. Exigua enim est vitæ nostræ portio: itaque opus tibi est, quanto tranquillitatem perturbatione, quietem tumultu, libertatem seruitute, securitatem periculis potiorem cognoueris, tanto magis id vitæ genus amplecti, ad quod te adhortor. Sic enim cùm tu beatus, tum tuum & viuentis & mortui nomen magnum erit. Quòd si in reditum & splendorem in re- E publica incumbas, nolo equidem grauius quicquam dicere: sed tamen in rem ipsam intuens, tuámque in dicendo libertatem considerans, præterea multitudinem potentiámque tuorum aduersariorũ cernens, vereor ne denuo in periculũ adducaris: ac tum quidẽ, si exulandũ tibi fuerit,

PHILISCI COLLOQ. CVM CIC.

Xenophon & Thucydides, simul agriculturæ vacantes & scribentes.

pœnitentia corripière: sin verò extrema patieris, ne pœnitentiæ quidem locus erit. Enimuero quis non rem horrendam atque turpem esse iudicet, caput hominis amputari, ínque foro poni, atque ita ei & viros & mulieres insultare? Ac ne tu me vana tibi prædicentem oderis, sed ea quæ cœlestibus auguriis comperta prædico, caue. Neque verò te id decipiat, quòd nonnullos ex potentibus tibi amicos habes. nihil enim tibi eorum quæ nunc videtur amicitia, aduersum inimicos auxilii afferet: quod iam nunc expertus es. Quicunque enim potentiam affectant, cætera omnia cupiditati suæ postponūt, ita vt amicissimos etiam generéque proximos, inimicissimorū loco habeāt. His auditis Cicero nonnihil dolore leuatus est. Non autem diu exulauit, sed ab ipso Pōpeio, cuius opera præcipuè pulsus erat, reductus est. In causa fuêre Clodii facinora, qui Tigranem iuniorem, qui etiamnum in vinculis apud L. Flauium detinebatur, corruptus pecunia eripuerat & dimiserat, indignatósque eius facti causa Pompeium Gabiniúmque contumeliis consectatus erat, eorúmque asseclas verberibus & vulneribus mulctauerat, consulis fasces confregerat, facultatésque eius sacras esse iusserat. Ob hęc iratus Pompeius, cóque potissimùm quòd quum ipse tribunis plebis potestatem suam reddidisset, eam contra ipsum Clodius vsurparet, Ciceronem reuocandum sibi statuit, confestímque eius reditum agitare per Ninniū cœpit. Is, obseruato tempore quo Clodius non aderat, in senatu de Cicerone retulit: intercedente autem alio tribunoplebis, suam rogationem, vt de qua cum populo acturus esset, publicè proposuit: atque in omnibus prorsum se rebus Clodio opposuit, vnde & contentiones & conflictus vtrinque aliquot exorti sunt. Antequam hæc fierent, Clodius suorum consiliorum tanto facilius exequendorum causa, Catonem è medio remouere cupiens, atque vt Ptolemæum Cypri regē vlcisceretur, à quo, quum à piratis esset captus, redemptus

Prædicit Ciceroni suum exitium.

Cicero à Pompeio reductus.

A μεταγνώσῃ μέν· εἰ δέ τι ἕτερον ἀνήκεστον πά-
θοις, οὐδὲ μετανοῆσαι δυνήσῃ. καίτοι πῶς μὲν
οὐ δεινόν, πῶς δ' οὐκ αἰσχρόν, ἀποτμηθῆναί
τέ τινος τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐς τὴν ἀγορὰν
τεθῆναι· κἂν οὕτω τύχῃ, κἂν ἄνδρα τινὰ αὐ-
τῇ, κἂν γυναῖκα ἐνυβρίσαι; καί με μὴ ὡς
φαῦλα σοὶ οἰωνιζόμενον μισήσῃς, ἀλλ' ὡς
διοσημείαν τινὰ προδεικνύντα φύλαξαι.
μηδέ σε ἐξαπατάτω τοῦθ' ὅτι καὶ φίλους τινὰς
τῶν δυνατῶν ἔχεις· οὐδὲν γάρ σε ὠφελήσου-
B σιν οἱ δοκοῦντες φιλεῖν, πρὸς τοὺς ἐχθρῶς
διακειμένους· ὥσπερ που καὶ πεπείρασαι. οἱ
γὰρ δυναστείας ἐρῶντες, παρ' οὐδενὶ πάντα
τἆλλα πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν βούλονται, τίθεν-
ται· ἀλλὰ καὶ τοὺς φιλτάτους καὶ τοὺς συγγε-
νεστάτους ἀντὶ τῶν ἐχθίστων ἀντικαταλλάσσον-
ται. Κικέρων μὲν ταῦτα ἀκούσας, ῥᾳδίως
πως ἐγένετο. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ ἔφυγεν,
ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πομπηΐου τοῦ μά-
λιστα αὐτὸν ἐκβαλόντος κατήχθη. αἴτιον δὲ,
C ὅτι ὁ Κλώδιος τόν τε Τιγράνην τὸν νεώτερον
ἐν δεσμοῖς ἔτι καὶ τότε παρὰ Λουκίῳ Φλα-
ουΐῳ ὄντα, πεισθεὶς ὑπὸ χρημάτων, ἐξήρπα-
σε καὶ ἀφῆκε· καὶ τὸν Πομπήϊον τόν τε Γαβί-
νιον, ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ, περιύβρι- 48
σε, τοῖς τε ἀμφ' αὐτοὺς οὖσι καὶ πληγὰς καὶ
τραύματα ἔδωκε· καὶ τοῦ ὑπάτου τάς τε ῥά-
βδους συνέτριψε, καὶ τὴν οὐσίαν καθιέρω-
σεν. ὀργισθεὶς γὰρ διὰ ταῦθ' ὁ Πομπήϊος,
ἄλλως τε καὶ ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἣν αὐτὸς τοῖς
D δημάρχοις ἀπεδεδώκει, καὶ αὐτοῦ ὁ Κλώδιος
ἐκέχρητο, ἀνακαλέσασθαι τὸν Κικέρωνα ἠ-
θέλησε, καὶ αὐτῷ τὴν κάθοδον εὐθὺς διὰ τοῦ
Νιννίου πράττειν ἤρξατο. καὶ ὃς ἐσήνεγκε
μὲν ἐς τὸ βουλευτήριον τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ
γνώμην, ἀπόντα τὸν Κλώδιον τηρήσας· ἀν-
τιστάντος δέ οἱ ἑτέρου τινὸς δημάρχου, ἐκεί-
νην τε, ὡς καὶ τῷ πλήθει κοινώσων, ἐξέθη-
κε, καὶ τῷ Κλωδίῳ πρὸς πάντα καθάπαξ
ἠναντιοῦτο. κἀκ τούτου καὶ φιλονεικίαι καὶ
τραύματα ἀπ' αὐτῶν πολλὰ ἑκατέροις ἐ-
E γίγνετο. πρὶν δὲ ἢ εἰς τοῦτο ἀφικέσθαι, βου-
ληθεὶς ὁ Κλώδιος τόν τε Κάτωνα ἐκποδὼν
(ὅπως ῥᾷον ὅσα ἔπραττε κατορθώσῃ) ποιή-
σασθαι, καὶ τὸν Πτολεμαῖον τότε τὴν Κύπρον
ἔχοντα ἀμύνασθαι, ὅτι αὐτὸν παρὰ τῶν κα-

τὰ πολιτῶν οὐκ ἐλύσατο, τήν τε νῆσον ἐδημοσίωσε, καὶ πρὸς τὴν διοίκησιν αὐτῆς τὸν Κάτωνα καὶ μάλα ἄκοντα ἀπέστειλε. ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει ἐγίγνετο.

Καῖσαρ δὲ εὗρε μὲν οὐδὲν ἐν τῇ Γαλατίᾳ πολέμιον, ἀλλὰ ἀκριβῶς πάντα ἡσύχαζεν. οὐ μέντοι καὶ ἐν εἰρήνῃ διεγένετο, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτου τὸ πρῶτον πολέμου τινὸς αὐτῷ συμβάντος, ἕτερος συνηνέχθη· ὥστ' αὐτόν, ὅπερ ἐς τὰ μάλιστα ἐπεθύμει, πάντα καὶ πολεμῆσαι καὶ κατορθῶσαι. Ἐλουήττιοι γάρ, πλήθει τε ἀκμάζοντες, καὶ χώραν οὐκ αὐτάρκη τῇ πολυανθρωπίᾳ σφῶν ἔχοντες, μέρος μέν τι ἐκπέμψαι ἐς ἀποικίαν οὐκ ἠθέλησαν, μὴ καὶ διασπαρέντες εὐεπιβουλευτότεροι τοῖς λυπηθεῖσί ποτε ὑπ' αὐτῶν γένωνται· πάντες δὲ δὴ ἀπαναστῆναι βουληθέντες, ὡς καὶ ἐς ἑτέραν τινὰ καὶ πλείω καὶ βελτίω χώραν μετοικισθησόμενοι, τάς τε κώμας καὶ τὰς πόλεις σφῶν ἁπάσας ἔκαυσαν, ὥστε μηδένα μεταμέλον τῆς ἀναστάσεως ποιήσασθαι· καὶ τινὰς μὲν καὶ ἑτέρους τῶν αὐτῶν δεομένους προσλαβόντες ἀπῇεσαν, Ὀρκετόριγος σφίσιν ἡγουμένου· ἐθέλοντες τόν τε Ῥοδανὸν διαβῆναι, καὶ πρὸς ταῖς Ἄλπεσί που κατοικισθῆναι. καὶ ἐπειδὴ ὁ Καῖσαρ τήν τε γέφυραν διέκοψε, καὶ τἆλλα, ὡς κωλύσων αὐτοὺς διαβῆναι, ἡτοιμάζετο, ἔπεμψαν πρὸς αὐτόν, διοδόν τε αἰτούμενοι, καὶ προσυπισχνούμενοι μηδὲν τὴν τῶν Ῥωμαίων γῆν κακώσειν. καὶ ὅς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήτε ἐπίστευεν αὐτοῖς, μήτε προχωρῆσαί ποι ἐπιτρέψειν ἔμελλεν, ἀλλ' ὅτι γε οὐδέπω καλῶς παρεσκεύαστο, βουλεύσασθαί τε ὑπὲρ ὧν ἠξίουν μετὰ τῶν ὑποστρατήγων ἔφη, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἐν ῥητῇ τινι ἡμέρᾳ δώσειν. καί τι καὶ ἐλπίδος, ὡς καὶ ἐπιτρέψων σφίσι τὴν δίοδον, ὑπετείνατο. κἂν τούτῳ τὰ ἐπικαιρότατα διετάφρευσε καὶ ἀπετείχισεν, ὥστ' ἄπορον αὐτοῖς τὴν ὁδὸν γενέσθαι. οἱ οὖν βάρβαροι χρόνον μέν τινα ἐπέσχον, ἔπειτ' ἐπειδὴ μηδὲν ἤκουσαν κατὰ τὸ συγκείμενον, ἄραντες, τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῶν Ἀλλοβρίγων ἐπορεύοντο ᾗπερ ὥρμηντο· ἔπειτ' ἐντυχόντες τοῖς κωλύμασιν, ἐς Σηκουανοὺς ἀπετράποντο·

A nō erat, insulam Cyprum publicam pop. Rom. esse iussit, & ad eam constituendam Catonem, perinuitum quidem eum, amādauit. Hæc ita ad vrbem gesta.

Interim Cæsar, quum nullum in Gallia bellum, omnia quietissima inuenisset: tamen, ne in pace degendum esset, vt primum forte fortuna sese bellum obtulit, aliud ex eo tractū est: ita vt quod maximè in votis habuerat, omnia & bello conficeret, & victoriam obtineret. Nam

Cæsaris bellū contra Heluetios.

B Heluetii, quum magnopere excreuissent, ac pro multitudine hominum parum sufficientem terram possiderēt, partem quidem aliquam suorum aliò in coloniam quandam dimittere consultum non putabāt, ne à sese inuicem diuulsi, insidiis eorum quos aliquando læserant, opportuniores fierēt. Igitur postquam omnes domo sua exire statuerunt, ac in meliorem aliquam atque ampliorem regionem transire, omnes

Heluetij solum vertunt.

C suos vicos oppidáque incendunt, ne quis spem de reditu in patriam habere in posterum posset: ipsi, duce Orgetorige, ascitis nonnullis aliis etiam populis, quos eædem causæ ad mutandum solum compulerant, Rhodanum transire, regionémque aliquam ad Alpes sitam occupare instituunt. Cæsar, ponte rescisso, alia etiam quæ ad transitu eos prohibendos facerent, parabat: ad eum Heluetii legatos mittunt, rogantes vt sibi eius voluntate liceret transi-

Orgetorix Heluetiorum dux.

D re: promittentésque, se sine vllo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quanquam minimè ipsis fidem haberet Cæsar, neque concessurus erat vt aliquò progrederentur: tamen, quòd nondum satis paratus erat, deliberaturum se cum suis legatis de eorum postulatis respondit: diémque ipsis constituit qua responsum acciperent: nonnullam quoque eis spem obtinendi transitus ostendit. Interim op-

E portunissima quæque loca fossis ductis murísque communiit, vt iter ipsis obstrueret. Barbari, quum ad tempus expectassent, postquā nihil eorū de quibus conuenerat, præstari sibi audiunt, iter ingressi, primùm per Allobroges, eò quò instituerant, cōtenderunt: pòst, quum ad munitiones peruenêre, in Sequanos cōuersi sunt,

Heluetiorum per Allobroges transitus.

per eos & Heduos, transitum ipsis, quòd se ab omni maleficio temperaturos pollicerentur, haud inuitè concedentes, iter facientes. Verùm quum pactis non starent, sed eorum regionem popularentur, Sequani & Hedui legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium: petúntque ne in conspectu eius sibi pereundum sit. Et quanquam eorum oratio cum reipsa parum conueniret, tamen id quod petebant impetrauerunt. Cæsar enim, veritus ne ad Tolosam Heluetii proficiscerentur, statuit potius, iūctis sibi Heduis Sequanísque, eis resistere, quàm, si cum Heluetiis ii conspirassent (quod haud dubiè futurum erat) bellum aduersum omnes simul suscipere. Itaque Heluetios transeuntes Ararim flumē adortus, nouissimos in ipso fluminis transitu concîdit: qui verò progressi iam erant, eos repentina ac celerrima insecutione, cladéque suorum ita terruit, vt cum Cæsare agere de regione aliqua, quam ipsis assignaret, cuperent. Id tamen frustra fuit. quum enim obsides ab ipsis peterētur, indignati, non tam, fidem sibi non haberi, quàm quòd obsides dare se indignum existimarent, pactionum nullam posthac rationem habuerunt: sed progressi vlterius, equitatum Cæsaris, qui à peditibus procul procurrerat, ac iam præter postremi agminis custodes prouectus erat, suo equitatu exceperunt, vicerúntque. Eo prælio sublati Heluetii, Cæsarémque fugere (quia inferior discessisset, præsertímq; quòd ob penuriam commeatuum ad vrbem quandam, extra iter propositū sitam, se conuerterat) putantes, non iam ipsi procedere, sed eum insequi cœperunt. Cæsar eo animaduerso, hostium impetū & multitudinem veritus, peditatum in locum quendam editum subducit, equites autem primo loco exponit, qui cum hoste manus consererent: donec ipse castra loco idoneo collocasset. Heluetii, quum iterum equitatum Romanum reiecissent, iámque ad ipsum locum quem editiorem occupatum à Cæsare diximus, animosè contenderent, Cæsar repentè cum suis in eos decurrit: & agmine ordinato hostes nullo ordine obuiam euntes superiori ex loco aggressus, leui certamine repulit. Quos quū fugientes Romani

Sequani & Hedui à Cæsare auxiliū aduersum Heluetios petunt.

Heluetij funduntur.

Equites Cæsaris ab Heluetiis vincūtur.

A καὶ διά τε τούτων καὶ διὰ τῶν Αἰδούων ἐθελοντί σφίσι τὴν δίοδον, ἐφ' ᾧ μηδὲν ἀδικηθῶσι, παρεχόντων, διϊόντες, οὐκ ἐνέμειναν τοῖς ὁμολογουμένοις, ἀλλὰ τὴν χώραν αὐτῶν ἐλεηλάτουν. πέμψαντες οὖν οἵ τε Σηκουανοὶ καὶ οἱ Αἴδουοι πρὸς τὸν Καίσαρα, ἐπικουρίαν τε παρ' αὐτοῦ ᾔτουν, καὶ ἐδέοντο τὸ μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἀπολλυμένους. καὶ ἔλεγον μὲν οὐδὲν ὅμοια οἷς ἔπραξαν, ἔτυχον δ' οὖν ὅμως ὧν ἠξίουν. ὁ γὰρ Καῖσαρ, φοβηθεὶς μὴ καὶ
B ἐπὶ τὴν Τόλοσσαν οἱ Ἐλουήτιοι τράπωνται, εἵλετο μετ' ἐκείνων αὐτοὺς ἀμύνασθαι μᾶλλον, ἢ συμφρονήσασι σφίσιν (ὅπερ εὔδηλον ἦν ἐσόμενον) πολεμῆσαι. προσπεσὼν οὖν διὰ 49
ταῦτα τοῖς Ἐλουητίοις περὶ Ἄραριν διαβαίνουσι, τοὺς μὲν τελευταίους ἐπακολουθοῦντας, ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ διέφθειρε· τοὺς δὲ προκεχωρηκότας, ἐς τοσοῦτον ἐκ τοῦ αἰφνιδίου καὶ ἐκ τοῦ τάχους τῆς διώξεως, καὶ τῆς πτώσεως τῶν ἀπολωλότων, ἐξέπληξεν, ὥστε ἐς ὁμολογίαν
C ἐπὶ χώρᾳ τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν. οὐ μέντοι καὶ συνέβησαν. ἐπεὶ γὰρ ὁμήρους ᾐτήθησαν, ἠγανάκτησαν· οὐχ ὅτι ἠπιστοῦντο, ἀλλ' ὅτι ἀπηξίουν ὁμήρους τισὶ δοῦναι. καὶ τῶν μὲν σπονδῶν κατεφρόνησαν· προχωροῦντες δὲ αὖθις, τήν τε ἵππον τοῦ Καίσαρος ἀπό τε τοῦ πεζοῦ πολὺ προδραμοῦσαν, καὶ τοὺς ὀπισθοφύλακας αὐτῶν παραλιποῦσαν, ὑποστάντες τῷ ἱππικῷ, ἐνίκησαν. κἀκ τούτου αὐτοί τε φρόνημα λαβόντες, καὶ ἐκεῖνον φυγεῖν (διά τε
D τὴν ἐλάττωσιν, καὶ ὅτι σπανίσας τῶν ἐπιτηδείων πρὸς πόλιν τινὰ ἔξω τῆς ὁδοῦ οὖσαν ἐξετράπετο) νομίσαντες, τοῦ τε πρόσω ἀφεῖντο, καὶ ἐπεδίωξαν αὐτόν. ἰδὼν οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, καὶ φοβηθεὶς τήν τε ὁρμὴν αὐτῶν καὶ τὸ πλῆθος, τῷ μὲν πεζῷ πρὸς μετέωρόν τι ὥρμησε, τοὺς δὲ ἱππέας προεβάλετο προκινδυνεῦσαι σφίσιν, ἕως ἐν ἐπιτηδείῳ παρατάξει. τρεψαμένων τε αὖθις αὐτοὺς ἐκείνων, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄρθιον θυμῷ φερομένων, ἐπικατέ-
E δραμε σφίσιν ἐξαίφνης, καὶ ἅτε συντεταγμένος σποράδας ἐξ ὑπερδεξίων οὐ χαλεπῶς ἀπεώσατο. τραπομένων δὲ τούτων,

ἄλλοι τινὲς τῶν μὴ μαχομένων (ὑπό τε γὰρ τοῦ πλήθους, καὶ ὑπὸ τῆς σπουδῆς, οὐ πάντες ἅμα παρεγένοντο) προσέμιξαν ἐξαίφνης κατὰ νώτου τοῖς ἐπιδιώκουσι σφᾶς. καὶ ἐθορύβησαν μὲν αὐτούς, πλέον δὲ οὐδὲν ἔσχον. ὁ γὰρ Καῖσαρ τοῖς ἱππεῦσι τοὺς φεύγοντας προστάξας, αὐτὸς τοῖς ὁπλιτικοῖς πρὸς ἐκείνους ἐτράπετο, καὶ κρατήσας, πρός τε τὰς ἁμάξας ἀμφοτέρους σφίσι συγκαταφυγοῦσιν ἐφέπετο, κἀνταῦθα αὖθις ἰσχυρῶς ἐπ' αὐτῶν ἀμυνομένους σφᾶς ἐνίκησε. παθόντες δὲ ταῦτα οἱ βάρβαροι, δίχα διῃρέθησαν. οἱ μὲν γὰρ ὡμολόγησαν αὐτῷ, καὶ ἔς τε τὴν οἰκείαν, ὅθεν ἐξανέστησαν, ἐπανῆλθον, κἀνταῦθα τὰς πόλεις ἀνορθώσαντες ᾤκησαν· οἱ δ', οὐκ ἐθελήσαντες τὰ ὅπλα παραδοῦναι, πρὸς τὸν Ῥῆνον, ὡς καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν σφῶν γῆν ἐπανελθεῖν δυνάμενοι, ὥρμησαν· καὶ αὐτοὺς οἱ σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων δι' ὧν διῄεσαν, ῥαδίως, ἅτε καὶ ὀλίγους καὶ νενικημένους, ἔφθειραν. οὕτω μὲν δὴ τὸν πρῶτον πόλεμον ὁ Καῖσαρ ἐπολέμησεν.

Ἀρξάμενος δὲ ἐκεῖθεν, οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλ' αὐτός τε τὸ ἑαυτοῦ βούλημα ἅμα ἀπεπλήρωσε, καὶ τοῖς συμμάχοις ἐχαρίσατο. οἵ τε γὰρ Σηκουανοὶ καὶ οἱ Αἴδουοι, τήν τε ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἰδόντες, καὶ τὰ ἔργα ὁμολογοῦντα ταῖς ἐλπίσιν αἰσθόμενοι, ἐκεῖνόν τε εὐεργεσίαν ἅμα καταθέσθαι, * * *

καὶ τοὺς Κελτοὺς τοὺς ὁμοχώρους αὐτῶν τινὰ προτετμημένοι, καὶ ἑαυτοῖς ὑποτελεῖς ἐπεποίηντο, ὁμήρους σφῶν εἰλήφεσαν· καὶ (ἐτύγχανον γὰρ δεόμενοι ὧν ὠρέγετο) ῥαδίως αὐτὸν ἀνέπεισαν ἐπικουρῆσαί σφισιν. ἦρχε μὲν γὰρ Ἀριόουιστος τῶν Κελτῶν ἐκείνων, καὶ τήν τε κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει, καὶ ἐς τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους αὐτῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ὑπατεύοντος ἐγγέγραπτο. πρὸς δ' δὴ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου δόξαν, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἰσχὺν, οὐδὲν τούτων ἐφρόντισε· πλὴν καθ' ὅσον παρὰ τοῦ βαρβάρου πρόφασιν τῆς διαφορᾶς, μὴ καὶ προϋπάρχειν τι ἐς αὐτὸν νομισθῇ, λαβεῖν ἠθέλησε. καὶ διὰ τοῦτο μετεπέμψατο αὐτὸν, ὡς καὶ διαλεχθῆναί τι αὐτῷ δεόμενος. ἐπειδή τε οὐχ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ καὶ ἔφη ὅτι, „Εἴ τι μοι βούλεται Καῖσαρ εἰπεῖν, αὐτὸς πρὸς ἐμὲ ἐλθέτω. οὔτε γὰρ ἄλλως καταδεέστερός αὐτοῦ εἰμί,

A persequerentur, eos alii nonnulli Heluetii, qui prælio, partim ob multitudinem, partim ob festinationem reliquorũ, non interfuerant, à tergo repetè adorti sũt, perturbarúntque. neque tamen magnam rem vllam consecuti sunt: quia Cæsar, equitibus insecutione fugientium mandata, cum armatis hostem aggressus fudit: & vtramque eorum partem vsque ad carros victor fugiẽtem insecutus, ibi denuo fortiter sese defendentes superauit. Hac clade ac-

Heluetij vincuntur.

B cepta, barbari in duas se partes disiunxerunt: quarum altera, conditionibus à Cæsare acceptis, in domum suam, vnde profecti erant, regressi sunt, ibique vrbes suas restitutas incoluerunt: reliqui, arma tradere abnuentes, ad Rhenum, quo loco antiquitus habitassent, reuerti se posse rati, iter susceperunt. eos Romanorum socii, per quos iter faciebant, & paucos, & iam antè superatos, nullo negotio persuáderũt. Eo modo Cæsar primum bellum

C patrauit.

Hoc verò principio facto, nequaquam quieuit: sed & ipse suum institutum perfecit, & sociis gratificatus est. Sequani enim Heduíque, quum eius cupiditatem viderent, atque res ipsas spei eius respondere, vt & ipsi beneficium offerrent

* * *

partémque regionis aliquam Germanis finitimis ademerant, cósque sibi stipendiarios acceptis obsidibus fecerant. Facilè autem obtinue-

Belli Cæsaris contra Arioui stum occasiones.

D runt à Cæsare, vt auxilio ipsis veniret. Germanis illis Ariouistus imperabat, cuius regnum Romani cófirmauerant: ipsúmque Cæsar in consulatu suo inter amicos sociósque Romanorum adscripserat. Cæsar, quòd Ariouistus bello clarus poténsque haberetur, parui pendebat: id tantùm agebat, vt ab eo occasionem dissidii acciperet, neque prior eum inuadere videre-

Ariouist' Germanorum rex, socius Romanorum dictus.

E tur. Itaque Ariouistum ad se vocat, habere se de quibus cum eo communicaret, indicans. Ariouistus non obtemperauit: &, si quid sibi vellet Cæsar dicere, ad se venire iussit: non tantùm quia Cæsare ipse inferiorem se non diceret, sed

A etiam quia qui ab alio quid velit, ad eum veniat par est. Quo responso commotus Cæsar, quod ad contumeliam nominis Romani spectare videbatur, confestim ab eo sociorũ obsides popoſcit: edixítque prӕterea ne in eorum regionem ingrederetur, néve ex patria sua auxilia accerseret: neque id spe terrendi sed irritandi Ariouisti faciebat: existimabátque se ita magnam atque dignam belli ansam accepturum. Neque eum hæc spes fefellit. nam iniquissimo animo imperata hæc Ariouistus tulit, atque perquam ferociter respondit. Igitur Cæsar per legatos minimè respondit, sed extemplo Vesontionem, vrbem Sequanorum, priusquam id quisquã sentiret, occupauit. Interim milites, quum nuntiatum esset, Ariouistum magno conatu se ad bellum parare, multitudóque alia Germanorũ ei auxilio venientium, partim iam Rhenũ transiuisse, partim ad ipsum fluuium in insidiis consedisse diceretur, à quibus repentè inuaderentur, ingens tristitia occupauit. Ita enim eos magnitudo corporũ, multitudóque, tum audacia, minæque hostium ab ea profectæ terruerant, vt sibi non cum hominibus sed immanibus ac sæuis belluis rem futuram putarẽt. Itaque sermonẽ spargebant, bellum à se susceptum esse neque iustum, neque decretum, ob ambitionem tãtùm Cęsaris cœptũ: minitabantúrque etiam, nisi is sententiam mutaturus esset, se eum deserturos. Ea re cognita Cæsar, vt eius gratia vniuersos milites compellaret, consilium non putauit. neque enim censebat commodum esse, huiusmodi orationem ad multitudinem habere, quæ ad hostes deinde enuntiaretur: verebatúrque ne dicto non audientes milites tumultuarentur, atque malam aliquam rem perpetrarẽt. Igitur legatos suos, reliquósq; minores magistratus cõuocauit, atque in hæc verba eos allocutus est, IDEM ego vos, amici, de propriis atque publicis rebus consiliũ sequi debere, minimè existimo. Neque enim idem est quod quiuis pro se sequitur, cũ eo quod communiter omnibus propositum est. nam nos quidẽ ea quærere, quæ quammaximè cõmoda, tutissima vnicuiq; nostrûm sint,

Ariouistus imperata iniquiss. animo tulit, & perquam ferociter respondit.

Trepidatio inter milites Cęsaris de Germanis.

Cæsaris ad suos legatos & centuriones oratio.

Priuatorum alia consilia quã rerum publicarum.

τὸν χρείαν τινὸς ἔχοντα, αὐτὸν πρὸς ἐκεῖνον ἀφικνεῖσθαι δεῖ· ὀργήν τε, ὡς καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους προπεπηλακικότος αὐτοῦ, ἐν τούτῳ ἐποιήσατο· καὶ παραχρῆμα τούς τε ὁμήρους τῶν συμμάχων ἀπῄτησεν αὐτόν, καὶ προσαπηγόρευσεν αὐτῷ μήτε τῆς χώρας σφῶν ἐπιβαίνειν, μήτ' ἐπικουρίας οἴκοθεν ἐπάγεσθαι. ταῦτα δὲ ἔπραξεν οὐχ ὅτι καὶ καταπλήξειν αὐτόν, ἀλλ' ὅτι ἐξοργιεῖν, κἀκ τούτου πρόφασιν τοῦ πολέμου καὶ μεγάλην καὶ εὐπρεπῆ λήψεσθαι ἤλπισεν. ὅπερ ἐγένετο· ἀχθεσθεὶς γὰρ ὁ

B βάρβαρος τοῖς ἐπιτάγμασι, πολλὰ καὶ δεινὰ ἀπεκρίνατο, ὥστε τὸν Καίσαρα λόγους μὲν μηκέτ' αὐτῷ ἀντιπέμψαι, τὸν δὲ δὴ Οὐεσοντίωνα, τὴν τῶν Σηκουανῶν πόλιν, εὐθύς, καὶ πρὶν αἰσθήσεσθαί τινα, προκαταλαβεῖν. κἀν τούτῳ οἱ στρατιῶται, ἀγγελίας ἐλθούσης ὅτι τε ὁ Ἀριοουίστος ἰσχυρῶς παρασκευάζεται, καὶ ὅτι καὶ ἕτεροι τῶν Κελτῶν πολλοί, οἱ μὲν, διαβεβήκασιν ἤδη τὸν Ῥῆνον, ὡς ἐπὶ βοήθειαν αὐτοῦ,

C οἱ δὲ, καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποταμῷ συνειλέχαται, ὅπως ἐξαίφνης σφίσιν ἐπίθωνται· δεινῶς ἠθύμησαν. τά τε γὰρ μεγέθη αὐτῶν καὶ τὸ πλῆθος, τό, τε θράσος, καὶ τὰς ἀπ' αὐτοῦ προχείρους ἀπειλὰς ἐκπλαγέντες, οὕτω διετέθησαν ὡς μηδὲ πρὸς ἀνθρώπους τινάς, ἀλλὰ πρὸς θηρία ἄπορα καὶ ἄγρια προσοισόμενοι. καὶ ἐθρύλουν ὅτι πόλεμον οὔτε προσήκοντα, οὔτε ἐψηφισμένον, διὰ τὴν ἰδίαν τοῦ Καίσαρος φιλοτιμίαν, ἀναιροῖντο· καὶ προσεπηπείλουν ἐγκαταλείψειν αὐτόν, ἂν μὴ με-

D ταβάλῃ. μαθὼν οὖν ταῦτ' ἐκεῖνος, τῷ μὲν πλήθει τῶν στρατιωτῶν οὐδὲν διελέξατο (οὔτε γὰρ καλὸν ἐνόμιζεν εἶναι τοιαῦτα πρὸς πολλοὺς λέγειν, καὶ ταῦτ', ἐς τοὺς πολεμίους μέλλοντα ἐκφοιτήσειν· καὶ ἔδεισε μή πως ἀπειθήσαντες θορυβήσωσι, καὶ κακόν τι ἐξεργάσωνται) τοὺς δὲ δὴ ὑπάρχους καὶ τοὺς ὑπομείονας ἀθροίσας, τοιάδε ἐν αὐτοῖς ἔλεξεν, ΟΥ τὸν αὐτὸν, ὦ ἄνδρες φίλοι, τρόπον ἡγοῦμαι δεῖν ἡμᾶς περί τε

E τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν βουλεύεσθαι. οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ὁρῶ σκοπὸν ἰδίᾳ τε ἑκάστῳ καὶ δημοσίᾳ ἅπασιν ὄντα. ἡμῖν μὲν γὰρ τὰ ἐπιεικέστατα καὶ ἀσφαλέστατα, τῷ δὲ δήμῳ τὰ κράτιστα, καὶ προαιρεῖσθαι καὶ πράττειν

προσήκει. δεῖ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις δραστηρίοις εἶναι. ὁ γὰρ ἐπιεικὴς οὐκ ἐθέλει μὴ καὶ ἐκ τούτου σώζεσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ ἀνὴρ μὲν ὅστις ἀπραγμονέστατός ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατος εἶναι δοκεῖ· πόλις δέ, ἄλλως τε καὶ ἀρχὴν ἔχουσα, τάχιστα ἂν ὑπὸ τοῦ τοιούτου καταλυθείη. ταῦτα γὰρ οὕτως οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ταχθέντα, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως νομοθετηθέντα, καὶ ἦν ἀεί, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται μέχριπερ ἂν καὶ τὸ θνητὸν γένος συνεστήκῃ. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, οὐδ' ὑμῶν οὐδένα χρὴ τὸ ἴδιον ἡδὺ καὶ ἀσφαλὲς ἐν τῷ παρόντι μᾶλλον ἢ τὸ τοῖς πᾶσι Ῥωμαίοις καὶ εὐπρεπὲς καὶ συμφέρον προσκοπεῖν. λογίζεσθε γὰρ τά τε ἄλλα ὅσα εἰκός ἐστι, καὶ μάλιστα ὅτι δεῦρ' ἤλθομεν αὐτοί τε τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι, ἔκ τε τῆς βουλῆς καὶ ἐκ τῶν ἱππέων ὄντες, καὶ πλῆθος πολὺ στρατιωτῶν, χρήματά τε ἄφθονα λαβόντες· οὐχ ἵνα ῥαθυμῶμεν, οὐδ' ἵνα ἀμελῶμεν, ἀλλ' ὅπως τά τε τῶν ὑπηκόων ὀρθῶς διοικήσωμεν, καὶ τὰ τῶν ἐνσπόνδων ἀσφαλῶς διασώσωμεν· τούς τε ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας σφᾶς ἀμυνώμεθα, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐπαυξήσωμεν. ὡς εἴγε μὴ ταῦθ' οὕτω φρονοῦντες ἤλθομεν, τί ποτε καὶ ἀρχὴν ἐξεστρατεύσαμεν, ἀλλ' οὐ τρόπον τινὰ οἴκοι καὶ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κατεμείναμεν; καὶ γάρ που καὶ ἄμεινον ἦν μηδ' ὑπομεῖναι τὴν στρατείαν, ἢ προσταχθεῖσαν αὐτὴν προδοῦναι. εἰ δ' οἱ μὲν ὑπὸ τῶν νόμων ἀναγκαζόμενοι τὸ πρὸς τὸ ἐπιτασσόμενον ὑπὸ τῆς πατρίδος πράττειν, οἱ δὲ δὴ πλείους, ἐθελονταί, διά τε τὰς τιμὰς καὶ διὰ τὰς ὠφελείας τὰς ἀπὸ τῶν πολέμων περι-
51 γιγνομένας, πάρεσμεν, πῶς ἂν ἢ καλῶς ἢ ὁσίως ἡμῖν ἔχοι ψεύσασθαι καὶ τὰς τῶν ἐκπεμψάντων ἡμᾶς ἅμα καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἐλπίδας; ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν εἷς οὕτως εὖ πράξειεν, ὥστε μὴ οὐ τῷ κοινῷ πταίοντι συναπολέσθαι· τὸ δὲ δημόσιον εὐτυχοῦν πάσας καὶ τὰς ἑκάστου συμφορὰς ἀναφέρει.

Λέγω δὲ ταῦτα οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἄνδρες ἑταῖροί τε καὶ φίλοι, σὺν ἐνταῦθ' ὄντας (οὔτε γὰρ ἄλλως ἀγνοεῖτε αὐτά, ὥστε καὶ μαθεῖν δεῖσθαι· οὔτ' ὀλιγώρως αὐτῶν ἔχετε, ὥστε καὶ προτροπῆς χρῄζειν) ἀλλ' ὅτι τινὰς τῶν στρα-

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

A conuenit: populo autem, ea & suscipere & agere quæ ei sint optima. Ac quamuis tranquillus status ne priuatim quoque sine industria conseruari potest, tamen cui minimum sit negotiorum, is maximè tutus habetur. Ciuitas autem, præsertim si quem obtinet dominatum, hac ratione absque mora pessum iuerit. Quod non ab homine ita institutũ, sed ab ipsa naturæ lege sancitum, ita semper se habuit habètque adhuc, & habebit etiam quãdiu genus hu-
B manum durauerit. Hæc quum ita sint, minimè conuenit aliquem vestrûm in præsentia maiorem suæ voluptatis atque incolumitatis prouidentiam facere quàm quid vniuersis Romanis & decorum sit & expediat. Existimare enim debetis, præter cætera quæ par est à vobis expendi, hoc in primis, nos tot tantósque viros senatoriæ equestrísque dignitatis, qui magnam militum copiam sub nobis habemus, ma-
C gnámque pecuniæ vim, non ea de causa huc venisse vt otio indulgeremus, aut neglectim viueremus: sed vt subditorum res rectè constitueremus, facultates confœderatorum tutas prestaremus, vim iis facere conantes propulsaremus, res nostras augeremus. Etenim nisi hæ causæ nobis fuerunt, quid fuit cur initio expeditionem faceremus, ac non potius domi apud nostras res maneremus? ac prestiterat equidem nunquam omnino suscipere bellũ,
D quàm susceptum prodere. Quòd si adsumus, alii ea necessitate huc cõpulsi qua patriæ imperata exequi tenemur, maior verò pars vltro, honorum emolumentíque causa, quæ militia quæruntur: quanam ratione vel honestum vel pium videatur, spes nos & eorum qui nos huc miserunt, & nostras ipsorum, vanas reddere? Ac priuatim quidem nemo omnium ita potest lætis rebus vti, vt non idẽ cum republica corruẽte pereat: at respublica, si prospe-
E ro successu vtatur, etiam priuatorũ omnes calamitates potest subleuare.

Priuata salus publica incolumitate continetur.

Hæc non aduersus vos, amici cõmilitonésque, à me dicũtur, qui adestis, quósque ego nec ob ignorantiam, doctrina, neque ob negligentiam admonitione opus habere noui: sed quia animaduerti esse nonnullos ex mili-

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

tibus qui rumorem diuulgent, bellum nos inconuenienter suscepisse, quique aliis seditionis autores sint: volui vos ex mea oratione, & studii in patriam vestri confirmandi, & illos de officio suo docendi rationes accipere. Plus enim vtilitatis capere possunt, priuatim ex vobis & sapius hæc audientes, quàm de me semel. Hoc igitur illis dicite, maiores nostros non, domi residẽtes, non, militiam detrectantes, non, bella fugientes, nõ, ignauiæ studentes, tantam vrbem nostram effecisse: sed quum & animos ad audẽda omnia se digna paratos, & corpora prompta ad elaborandum in iis quæ decreuissent, haberent: quum suas fortunas, tanquam alienam possessionem, semper periculis obiicerent, aliorum autem ditionem, tanquam ad se pertinentem, haud cunctanter suam facerent: quum felicitatem in nulla alia re quàm sibi honestis actionibus ponerent, in otio autẽ degere, infelicitatem putarent. Hæc illi cõsilia secuti, quũ ab initio tenuissimæ eorum res essent, vrbẽmque omnium vrbium infimam haberẽt, Latinos in suam potestatẽ redegerunt, Sabinos vicerunt, Tyrrhenos, Volscos, Opicos, Lucanos, Samnitas subegerunt, modico tẽporis spatio omnem regionem intra Alpes iacentem debellauerunt: omnes alienas nationes à quibus inuadebãtur, repulerunt. Quorum imitatione posteriores Romani, patrésque nostri, adducti, non contenti sua conditione, neque satis habentes ea quæ à suis maioribus acceperant, sed otium, suam certam perniciem, labores autem haud dubiam salutem esse existimantes, adhæc, veriti ne res ipsorum suis finibus contentæ detrimentũ paterentur, ac senectute quasi conficerẽtur, dedecoríque sibi ducentes, si, quibus tanta à suis præcessoribus relicta erant, ipsi nihil acquisiuissẽt, lõgè plura maioráq; prioribus adiecerunt. Quid enim opus est singulatim cõmemorare Sardiniã, Siciliã, Macedoniã, Illyriũ, Græciam, Asiam minorem, Bithyniam, Hispaniã, Africam? Sanè plurimum illis pecuniæ Carthaginenses dedissent, ne ad eas partes terræ nauigarent: plurimũ Philippus ac Perseus,

Romana res quibus artibus creuerit.

Romani posteriores quomodo priores sint imitati.

A ιωτῶν ἤδη μοι αὐτούς τε θρυλοῦντας ὡς οὐ προσήκοντα τόνδε τὸν πόλεμον ἀνῃρήμεθα, καὶ τοὺς ἄλλους προστασιάζοντας· ἵν' αὐτοί τε βεβαιοτέραν ἐκ τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος προθυμίαν ποιήσησθε, καὶ ἐκείνους πάνθ' ἃ προσήκει διδάξητε. πλείω γὰρ ἂν παρ' ὑμῶν ἰδίᾳ καὶ πολλάκις ἀκούοντες αὐτὰ ὠφεληθεῖεν, ἢ παρ' ἐμοῦ ἅπαξ πυθόμενοι. λέγετε τοίνυν αὐτοῖς ὅτι οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οὐκ οἴκοι μένοντες, οὐδὲ τὰς στρα-

B τείας ὀκνοῦντες, οὐδὲ τοὺς πολέμους φεύγοντες, οὐδὲ τὰς ῥᾳθυμίας διώκοντες, τηλικαύτην τὴν πόλιν ἐποίησαν· ἀλλὰ ταῖς γνώμαις πάντα τὰ προσήκοντα προχείρως τολμῶντες, καὶ τοῖς σώμασι πάντα τὰ ἀρέσαντα προθύμως ἐκπονοῦντες· καὶ τὰ μὲν ἴδια, ὡς ἀλλότρια, ἀεί ποτε παραβαλλόμενοι· τὰ δὲ δὴ τῶν πέλας, ὡς καὶ οἰκεῖα ἑτοίμως κτώμενοι· καὶ μήτε εὐδαιμονίαν ἄλλο τι ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν, νομίζοντες· μήτε

C δυστυχίαν, ἄλλο τι ἢ τὸ μετ' εὐπραξίας ἡσυχάζειν ἡγούμενοι. περιγενόμενοι ἐκ τούτων τῶν πολιτευμάτων αὐτοί τε, ὀλίγιστοι τὸ κατ' ἀρχὰς γενόμενοι, καὶ πόλιν οὐδεμίαν ἧς οὐκ ἐλάττω τὸ πρῶτον νεμόμενοι, Λατίνους ἐκράτησαν, Σαβίνους ἐνίκησαν, Τυρσηνούς, Οὐολσκους, Ὀπικούς, Λευκανούς, Σαυνίτας ἐχειρώσαντο, πᾶσαν ἐν ὀλίγῳ τὴν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων γῆν κατεστρέψαντο, πάντας τοὺς ἀλλοφύλους τοὺς ἐπελθόντας σφίσιν ἀπεώσαντο.

D καὶ αὐτοὺς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα Ῥωμαῖοι, οἵ τε πατέρες ἡμῶν, ζηλώσαντες, οὐκ ἠρκέσθησαν τοῖς παροῦσιν, οὐδ' ἠγάπησαν οἷς παρέλαβον, ἀλλ' ὄλεθρον μὲν αὐτῶν σαφῆ, τὴν ῥᾳστώνην, σωτηρίαν δ' ἀκριβῆ, τὴν ταλαιπωρίαν νομίσαντες εἶναι· καὶ φοβηθέντες μὲν μὴ μείναντα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν καταστριφθείη καὶ καταγηράσῃ, αἰσχυνθέντες δ' εἰ τοσαῦτα παραδεξάμενοι, μηδὲν ἐπικτήσαιντο, πολλῷ πλείω καὶ μείζω προσκατειργάσαντο. τί γὰρ ἄν τις καθ' ἕκα-

E στον λέγοι, τὴν Σαρδώ, τὴν Σικελίαν, τοὺς Μακεδόνας, τοὺς Ἰλλυριούς, τὴν Ἑλλάδα, τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ τὴν Ἰωνίαν, Βιθυνούς, Ἴβηρας, Ἄφρους, καίτοι συχνὰ μὲν ἂν χρήματα ἔδοσαν αὐτοῖς Καρχηδόνιοι, ὥστε μὴ ἐκεῖσε ἐκπλεῦσαι· συχνὰ δὲ Φίλιππος καὶ Περσεύς,

ὥστε μηκέτ' αὖθις στρατεῦσαι· πολλὰ Ἀντίοχος, πολλὰ οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ ἔγγονοι, ὥστε ἐπὶ τῆς Εὐρώπης καταμεῖναι. ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνοι περί τε τῆς δόξης καὶ περὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἀρχῆς, ἀργεῖν τε ἀκλεῶς καὶ πλουτεῖν ἀδεῶς εἵλοντο, οὔτ' αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι, οἱ καὶ νῦν ἔτ' ὄντες· ἀλλά γε εὖ εἰδότες ὅτι διά τε τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ κτᾶται τὰ ἀγαθὰ καὶ σώζεται, πολλὰ μὲν ἐβεβαιώσαντο τῶν προϋπαρχόντων, πολλὰ δὲ καὶ προσεκτήσαντο. τί γὰρ δεῖ καὶ ταῦτα καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι τὴν Κρήτην, τὸν Πόντον, τὴν Κύπρον, τὴν Ἰβηρίαν, τὴν Ἀσίαν, τὴν Ἀλβανίαν τὴν ἐκεῖ, Σύρους ἀμφοτέρους, Ἀρμενίους ἑκατέρους, Ἀραβίους, Παλαιστίνους; ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα πρότερον ἀκριβῶς εἰδότες, νῦν τῶν μὲν αὐτοὶ δεσπόζομεν, τὰ δὲ ἑτέροις ἐχαρισάμεθα. ὥστε ἐξ αὐτῶν καὶ προσόδους, καὶ δυνάμεις, καὶ τιμάς, καὶ συμμαχίας προσειληφέναι. τοιαῦτα γοῦν ἔχοντες παραδείγματα, μήτε τὰ τῶν πατέρων
52 ἔργα καταισχύνοιτε, μήτε τὴν ἀρχὴν μεγίστην ἤδη οὖσαν προῆσθε. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀπίσης ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν τῶν ὁμοίων κεκτημένοις βουλευτέον ἐστίν. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐξαρκεῖ ῥᾳστωνεύειν, καὶ μετ' ἀσφαλείας ἄλλοις ὑποπεπτωκέναι· ἡμῖν δ' ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ πονεῖν, καὶ στρατεύεσθαι, καὶ μετὰ κινδύνων τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν φυλάττειν. πολλοί τε γὰρ ἐπιβουλεύουσιν αὐτῇ. πᾶν γὰρ τὸ ὑπεραῖρόν τινας, καὶ ζηλοῦται, καὶ φθονεῖται, κἀκ τούτου πόλεμος ἀΐδιός ἐστιν ἅπασι τοῖς καταδεεστέροις πρὸς τοὺς ἐν τινὶ αὐτῶν ὑπερέχοντας. μὴ οὖν ἀπὸ πρώτης ἐχρῆν μηδὲν διαφερόντως ἡμᾶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ηὐξῆσθαι· ἤ, ἐπείπερ τηλικοῦτοι γεγόναμεν, καὶ τοσαῦτα κεκτήμεθα, πέπρωταί τε ἢ ἄρχειν τῶν ἄλλων ἰσχυρῶς, ἢ καὶ αὐτοὺς παντελῶς ἀπολέσθαι (τοῖς γὰρ ἔς τε ἀξίωμα τοσοῦτον καὶ ἐς δύναμιν τηλικαύτην προκεχωρηκόσιν, ἀδύνατόν ἐστιν ἀκινδύνως ἰδιωτεῦσαι) πειθώμεθα τῇ τύχῃ, μηδὲ ἑκοῦσαν αὐτὴν καὶ αὐτεπάγγελτον τοῖς τε πατράσιν ἡμῶν ὑπάρξασαν, καὶ ἡμῖν παραμένουσαν, ἀπωσώμεθα. ἔσται δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν τὰ ὅπλα ῥί-

ne ab iis bello peterentur: multum Antiochus, eiúſque filii & poſteri, ne Europæ fines exirent. Verùm neque illi otium ſine décore, diuitiáſve ab omni periculo liberas ante gloriam magnitudinémque imperii poſuerunt: neque ii etiam qui apud nos ætate ſunt prouectiores, qui etiamnũ in viuis ſũt: ſed hi quoque, quũ haud ignorarent, iiſdẽ artibus & quæri bona & retineri, multa ex iis quæ iã antè parta erãt, cõfirmarũt, multa autẽ alia parauerũt. Nam hæc quoque quid attinet ſingula recẽſere? Cretã, Pontũ, Cyprũ, Aſiam, Albaniam, Iberiam, Syriam vtramque, Armenias duas, Arabiam, Palæſtinam? quæ regiones ne nomine quidem prius ſatis notæ, nunc partim noſtro imperio ſubiacent, partim aliis muneri à nobis conceſſæ ſunt, ita vt ex iis reditus, copiæ, honores, ac ſocietates ad nos peruenerint. His igitur exemplis vſi, nolite aut maiorum res geſtas dedecorare, aut imperium quod nunc maximũ eſt, deſtituere. Non enim nobis eadem quæ iis qui nihil eorum quæ recenſui, poſſident, conſilia capienda ſunt. His enim otio contentis eſſe, aliiſque ſine ſuo periculo ſubditis eſſe ſatis eſt: nobis autem neceſſe eſt laborare, militare, ac ſubeundis etiã periculis præſentem felicitatem tueri, cui multi ſunt intenti. Omne enim id quod communem ſortem excellit, æmulationi inuidiæque aliorum obnoxium eſt. hinc illud eorum quorum conditio eſt inferior, contra ſe ſuperiores bellum perpetuum exiſtit. Proinde aut hoc nobis exoptandum erat, vt ne ab initio quidem tantum ſupra communem hominum conditionem excreuiſſemus: aut, quandoquidem ad tantum faſtigium dominiúmque euecti ſumus, atque ita fatum noſtrum fert, vt vel in alios imperiũ ſumma vi retinendum, vel ipſis cõtrà funditus pereundum ſit (qui enim ad tantam potentiam peruenerunt, eos vitam priuatam ſine periculo agere poſſibile non eſt) agedum fortunæ nos committamus: neque eam, quũ vltro ſuáque ſponte maioribus noſtris adfuerit, nobiſcúmque permãſerit, à nobis reiiciamus. Quã vt retineamus, non arma

Caesaris ad suos legatos et centuriones oratio.

Otiũ ſine decore & diuitias omni periculo liberas Romani non antepoſuerunt gloriæ.

Parta bona cõſeruanda ſunt iiſdem artibus.

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

Cur belligerādum Romanis.

nobis abiicienda sunt, non ordines deserendi, non tempus inane domi desidendo trāsigendum, non apud socios Romani nominis oberrandum est: sed arma semper in manibus habenda sunt. hac enim solùm ratione pax conseruatur. militaria opera prœliis exercenda: hoc enim vnico efficiemus ne semper bellandum nobis sit. Sociis auxilio nostro indigentibus absque excusatione opitulandum: (ita enim longè plures nobis adiungemus) hostibus subinde aliquid mouere non concedendum: hoc enim pacto fiet ne quis nos in posterum sibi iniuria lacessendos putet. Enimuero si quis deus nobis spondeat, etiam absque hac nostra opera essent, tamen fore vt nequis nobis insidias paret, vtque omnibus nostris bonis tutò semper perfruamur: etsi ne sic quidem honestè diceremus, quietis nobis viuēdum esse: tamen aliquam rationem ii afferre possent qui officium suum detrectant. Sin autem necessariò fit vt qui aliquid possident, aliorum insidiis impetantur, profectò operam illos dare conuenit vt conatus horum anteuertant. Ad hæc, qui sua otiosè tenēt, in periculum de his ipsis plerunque veniunt: at quibus tantum superest facultatis à suis rebus, vt aliena quoque bello inuadant, facilè hi sua tuētur. Neque enim quisquam suis rebus metuens, ad aliena animū adiicit: quòd is timor quem de propriis habet, ab omni cū prorsus alienorum cura auertit. Proinde quorsum attinet hoc, quod nōnulli vestrûm dicunt, non opus nobis esse vt subinde aliquid nobis acquiramus? Effluxerúntne ex animo vestro ea quæ partim vidistis, partim audiuistis? quemadmodum nulla natio earum quæ in Italia fuerant, antè patriæ nostræ perniciem struere cessarit, quàm in eorum ipsorum terras bellum maiores nostri intulerunt? Nec Epirotæ antè finem iniuriis fecēre, quàm nostri in Græciam transmiserunt: nec Philippus, (qui iam animo agitabat Italicam expeditionem) antequam eius regionem nostri inuaserunt: neque Perseus, neque Antiochus, neque Mithridates, priusquam idem passi sunt. Ac, ne alia persequar, Carthaginenses profectò, antequam à nobis hostile in Africa quicquā experti essent, in Italiā traiecerūt,

Qui metuit de suis rebus, ad alienas animū non adiicit.

Romani, terras aliorum inuadendo, perniciem à sua ditione auerterunt.

A ψωμεν, οὐδ' αὖ τὰς τάξεις ἐκλείψωμεν, οὐδ' αὖ διακενῆς οἴκοι καθήμεθα, ἢ παρὰ τοῖς συμμάχοις πλανώμεθα· ἀλλὰ τά τε ὅπλα διὰ χειρὸς ἀεὶ ἔχωμεν, (οὕτω γὰρ μόνως εἰρήνη σώζεται) καὶ τὰ ἔργα τοῦ πολέμου διὰ κινδύνων ἀσκῶμεν (οὕτω γὰρ μόνως οὐκ ἀεὶ πολεμήσομεν) τοῖς τε δεομένοις τῶν συμμάχων ἀπροφασίστως ἐπικουρῶμεν (οὕτω γὰρ πολὺ πλείους ἕξομεν) καὶ τοῖς ἀεί τι παρακινοῦσι τῶν πολεμίων μὴ ἐπι-

B τρέπωμεν. οὕτω γὰρ οὐδεὶς ἔθ' ἡμᾶς ἀδικεῖν ἐθελήσει. Εἰ μὲν γάρ τις τῶν θεῶν ἐγγυητὴς ἡμῖν ἐγίγνετο ὅτι κἂν ταῦτα μὴ ποιῶμεν, οὔτε τις ἡμῖν ἐπιβουλεύσει, καὶ πάνθ' ὅσα κεκτήμεθα, ἀσφαλῶς ἀεὶ καρπωσόμεθα· αἰσχρὸν μὲν ἂν εἰπεῖν ὅτι τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ἐχρῆν, ὅμως δ' οὖν εἶχον ἄν τινα σκῆψιν εὐπρεπῆ οἱ μηδὲν τῶν δεόντων πράττειν βουλόμενοι. εἰ δ' ἀνάγκη τε τοὺς κεκτημένους τινὰ ὑπὸ πολλῶν ἐπιβουλεύεσθαι, καὶ προσήκει τὰς ἐπι-

C θέσεις αὐτῶν προκαταλαμβάνεσθαι· καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἡσυχάζοντες, καὶ περὶ τούτοις κινδυνεύουσιν, οἱ δὲ ἐκ περιουσίας τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ τῶν ἀλλοτρίων χρώμενοι, καὶ ἐκεῖνα φυλάσσουσιν· (οὐδεὶς γὰρ περὶ τῆς ἑαυτοῦ δεδιὼς, τῆς τοῦ πέλας ἐφίεται. ὁ γὰρ περὶ τῶν ὑπαρχόντων φόβος ἰσχυρῶς τοῦ πολυπραγμονεῖν τὰ μὴ προσήκοντα αὐτὸν ἀποτρέπει) τί τοῦτο λέγει τις, ὡς οὐ χρὴ ἡμᾶς ἀεί τι προσκτᾶσθαι; οὐ μέμνησθε, τὰ

D μὲν, ἀκηκοότες, τὰ δὲ, ἑωρακότες, ὅτι οὔτε τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τινῶν οὐδὲν πρότερον ἀπέσχετο τοῦ τῇ πατρίδι ἡμῶν ἐπιβουλεύειν, πρὶν τοὺς πολέμους ἐν τῇ ἐκείνων χώρᾳ τοὺς προγόνους ἡμῶν ποιήσασθαι; οὔτε οἱ Ἠπειρῶται, πρὶν ἐς τὴν Ἑλλάδα αὐτοὺς περαιωθῆναι; οὐ Φίλιππος, μελλήσας καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν στρατεύσειν, πρὶν φθάσαι ἡμᾶς τὴν ἐκείνου κακῶς ποιῆσαι; οὐ Περσεύς; οὐκ Ἀντίοχος; οὐ Μιθριδάτης, πρὶν τὰ αὐτὰ αὐτοὺς ἐργάσα-

E σθαι; καὶ τί τἆλλα λέγοι τις ἄν; ἀλλ' οἱ Καρχηδόνιοι τέως μὲν οὐδὲν δεινὸν ἀφ' ἡμῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ εἶχον, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν διέπλεον,

A καὶ τὴν χώραν κατέτρεχον, τάς τε πόλεις ἐπόρθουν, καὶ παρ' ὀλίγον καὶ τὸ ἄστυ αὐτὸ εἷλον· ἐπειδὴ δ' ἀντιπολεμεῖν ἤρξαντο, παντάπασιν ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἐξέδρασαν, τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ περὶ τῶν Γαλατῶν καὶ Κελτῶν ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι. καὶ γὰρ οὗτοι μέχρι μὲν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἐμένομεν, πολλάκις αὐτὰς ὑπερέβησαν, καὶ πολλὰ τῆς Ἰταλίας ἐπόρθησαν· ἐπεὶ δὲ ἐτολμήσαμέν ποτε ἔξω τε τῶν ὅρων ἐκστρατεῦσαι, καὶ τὸν πόλεμον σφίσι περιστῆσαι, καὶ τινα καὶ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπετε- B

53 μόμεθα, οὐκέτ' οὐδένα πόλεμον ἀπ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, πλὴν ἅπαξ, εἴδομεν. ὅτε μὲν οὖν, τούτων οὕτως ἐχόντων, λέγει τις ὅτι οὐ χρὴ πολεμεῖν ἡμᾶς, οὐδὲν ἄλλο φησὶν ἢ ὅτι οὐ χρὴ πλουτεῖν, οὐ χρὴ ἑτέρων ἄρχειν, οὐκ ἐλευθέρους, οὐ Ῥωμαίους εἶναι. ὥσπερ οὖν αἱ εἴπερ τι τούτων εἶπέ τις, οὐκ ἂν ἠνέσχεσθε, ἀλλὰ κἂν ἐν χερσὶν αὐτὸν ἀπεκτείνατε· οὕτω καὶ νῦν, ὦ ἄνδρες ἑταῖροι, πρὸς τοὺς ἐκεῖνα λέγοντας διατίθεσθε, μὴ τοῖς ῥήμασι σφῶν, ἀλλὰ τοῖς C ἔργοις τὸν νοῦν τεκμαιρόμενοι. οὐκοῦν ὅτι μὲν οὕτω χρὴ φρονεῖν, οὐδένα ἀντειπεῖν ὑμῶν νομίζω.

Εἰ δ' ὅτι μήτε ἐξήτασται περὶ τοῦ πολέμου τούτου παρὰ τῇ βουλῇ, καὶ παρὰ τοῦ δήμου μὴ ἐψήφισται, διὰ τοῦτό τις ἧττον οἴεται δεῖν ἡμᾶς προθυμηθῆναι· λογισάσθω τοῦθ', ὅτι πάντες οἱ πόλεμοι ὅσοι πώποτε γεγόνασιν ἡμῖν, οἱ μὲν ἐκ παρασκευῆς καὶ προεπαγγέλσεως, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ καιροῦ συμβεβήκασι. καὶ διὰ τοῦτο ὅσα D μὲν οἴκοι τε μενόντων ἡμῶν καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀγόντων κινηθῇ, καὶ ἐκ πρεσβείας τινὸς τὴν ἀρχὴν τῶν ἐγκλημάτων λάβῃ, καὶ σκέψιν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ δὴ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι γίγνεσθαι, καὶ ψῆφον ἐπάγεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο τούς τε ὑπάτους ἢ καὶ στρατηγοὺς προστάττεσθαι σφίσι, καὶ τὰς δυνάμεις ἐκπέμπεσθαι· ὅσα δ' ἂν ἐξεληλυθότων ἤδη καὶ ἐξεστρατευμένων τινῶν ἐκφανῇ, ταῦτ' οὐκέτ' ἐς διαγνώμην ἄγεσθαι χρὴ, ἀλλ' ὡς καὶ δεδογμένα καὶ κε- E κυρωμένα ὑπ' αὐτῆς τῆς χρείας, προκαταλαμβάνεσθαι, πρὶν αὐξηθῆναι. ἢ τίνος μὲν ἕνεκα ὑμᾶς ἐνταῦθ' ὁ δῆμος ἐξέπεμψε; τίνος δ' ἕνεκα ἐμὲ μετὰ τὴν ὑπατείαν εὐθὺς ἔστειλε, τοῦτο μὲν, ἐπὶ πέντε ἔτη καθάπαξ (ὃ μήπω πρότερον ἐγεγόνει) ἀρχὴν ἑλόμενος·

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

regionem populati sunt, vrbes vastauerunt: parúmque abfuit quin ipsam Romam caperent: vbi primùm maiores nostri bellum in ipsos converterunt, omnino ex nostra terra illi aufugerũt. Quod idem de Gallis Celtísque dicere licet. quãdiu enim Romani intra Alpes se cõtinuerunt, Galli multoties eas transcenderunt, multísque Italiæ partibus vastitatem intulerunt: at postquam ausi sumus aliquando arma extra nostros fines efferre, eósque bello aggredi, partem aliquam regionis suæ ipsis ademimus, vnicúmque tantùm posthac in Italia Gallicum bellum vidimus. Quæ quum sint, si quis dicat belligerandum nobis nõ esse, is aliud nihil dicit quàm non debere nos diuites esse, aliis imperare, libertate frui, denique, Romanos esse. Quare sicut talia dicentem nullo modo ferretis, ô socii, sed manibus potius discerperetis, ita nũc quoque de his sentire debetis, quorum sententiam non ex verbis sed actionibus eorum colligere potestis. Enimuero neminem vestrûm ego esse arbitror, qui secus quàm dixi sentiendum putet.

Refutat obiectionem, quòd bellum nõ decretum gerat.

Quòd si quis est qui propterea minori alacritate bellum hoc gerẽdum existimet, quòd de eo neque in senatu deliberatum, neque à populo decretum quicquam est, is consideret, quotquot bella à nobis gesta sũt, partim ita obtigisse vt ad ea præparari possemus, vtque indicerentur, partim ex tempore incidisse. Itaque si domi nobis in otio versantibus aliquod mouetur bellum, ita vt querelæ initio per legationes fiant, vtique tunc necesse est de eo & deliberari & scisci, deinde consules imperatorésque ad id destinari, exercitúsque emitti: sed quæ iam egressis nobis, eductísque copiis, bella exoriuntur, ea iam non in disceptationem adducenda, sed, tanquam ipsa necessitas ea approbauerit iusseritque, antequam ingrauescant præoccupanda sunt. Aut quæ tandem populo Romano causa fuit cur vos amandaret, me statim à consulatu meo cum quinquennali imperio, (quod nunc primùm post hominum memoriam factum est)

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

quatuor etiam legionibus instructum emitteret, si non bellandum nobis esse omnino censuit? Neque enim puto esse quenquam qui dicat, id eo consilio factum vt frustra aleremur, vt per sociorum vrbes regionésque subditas vagaremur, molestioresque iis quàm hostes ipsi essemus. Hoc igitur facto nobis & præsens bellum & quæcunque alia cõmissa iniunctáque sunt. Qua in re prudenter admodum S.P.Q.R. nobis eam deliberationem liberam fecit, contra quos esset militandum, nullo certo bello decreto. Longius enim absunt quàm vt aut accuratè res sociorum inspicere, aut eadem qua nos facilitate certos paratósque hostes aggredi possent. Nos autem, qui & iudices & ministri huius belli facti sumus, ad hæc arma in hostes manifestò in reipsa deprehensos inferentes, bellum hoc neque sine deliberatione, neque iniustè, neque inopinatò susceptũ administrabimus.

Ariouistus ex socio & amico hostis factus.

Ac si quis vestrûm est qui secum quęrat quódnam tantum Ariouisti delictum potuerit intercedere, vt ex socio & amico hostis nobis factus sit, is cogitet, nõ facta modò eorum qui iniuriam nobis inferre conantur, sed consilia quoque nobis defendenda, & præueniendum, antequam cum nostro damno crescant: neque acceptum demũ maleficium vlciscẽdum esse. Atqui Ariouistum quàm maximè hostiliter in nos esse affectum, non aliunde rectiùs quàm ex factis eius demonstrari potest. Quum enim amicè ad eum misissem, petens vt ad nos veniret, déque rebus præsentibus coram deliberaret, neque venit, neque venturum se promisit. An verò iniquè, iniustè, aut superbè à me factum est, quòd eum tanquam amicum sociúmque ad me vocaui? An verò quum venire is recusauit, contumeliæ petulantiæque sibi quicquam reliquum fecit? An dubium est, ipsum vel quòd suspicaretur se aliquid à nobis mali accepturum, vel quòd nos comtemptui haberet, id fecisse? Proinde siquam sinistram de nobis opinionem habuit, euidentissimè in-

Præstat sibi initio cauere, quàm iniuriã vlcisci acceptam.

Ariouistus quũ à Cæsare vocatus venire recusauit, contumeliosè & petulanter egit.

A τοῦτο δέ, τέσσαρσι στρατοπέδοις ὁπλίσας· εἰ »
μὴ καὶ πολεμῆσαι πάντως ἡμᾶς δεήσειν »
ἐνόμιζεν; οὐ γάρ που, ἵνα μάτην τρεφώμε- »
θα, οὐδ᾽ ἵνα τάς τε πόλεις τὰς συμμαχίδας »
καὶ τὴν χώραν τὴν ὑπήκοον περιϊόντες, χα- »
λεπώτεροι καὶ τῶν πολεμίων αὐτοῖς γιγνώ- »
μεθα. οὐδ᾽ ἂν εἷς ταῦτα φήσειεν· ἀλλ᾽ ἵνα »
τὴν οἰκείαν φυλάξωμεν, τὴν τῶν πολεμίων »
πορθήσωμεν· ἵν᾽ ἄξιόν τι καὶ τοῦ πλήθους καὶ »
τῶν ἀναλωμάτων ἐργασώμεθα. οὐκοῦν ἐν »
B τούτῳ καὶ οὗτος ὁ πόλεμος καὶ πᾶς ὁστισοῦν »
ἄλλος καὶ ἐπιτετράφθαι ἡμῖν καὶ ἐγκεχει- »
ρίσθαι. καὶ πάνυ γε φρονίμως ἐποίησαν, ἐφ᾽ »
ἡμῖν τὸ τίσι πολεμητέον εἴη διαγνῶναι κα- »
ταλιπόντες, καὶ μὴ αὐτοὶ τὸν πόλεμον ψηφι- »
σάμενοι. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὔτ᾽ ἀκριβῶσαι τὰ τῶν »
συμμάχων, καὶ τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστηκότες, »
ἠδυνήθησαν ἄν, καὶ πρὸς εἰδότας καὶ πρὸς »
παρεσκευασμένους τοὺς πολεμίους οὐκ ἂν ὁ- »
μοίως ἐπιτηδείως προσηνέχθησαν. ἡμεῖς δὲ »
C δὴ κριταὶ ἅμα καὶ λειτουργοὶ τοῦ πολέμου γι- »
γνόμενοι, καὶ προσέτι καὶ ἐπ᾽ αὐτοφώροις ἐ- »
χθροὺς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐπιφέροντες, οὔτ᾽ ἀ- »
νεξετάστως, οὔτ᾽ ἀδίκως, οὔτ᾽ ἀπροφυλά- »
κτως αὐτὸν ποιησόμεθα. »

Καί μοι εἴ τις ὑμῶν ἐκεῖνο ὑπολαμβά- »
νει, τί δὴ τηλικοῦτον ὁ Ἀριοουΐστος πεπλημμέ- »
ληκεν, ὥστ᾽ ἀντὶ φίλου καὶ συμμάχου πολέ- »
μιος ἡμῖν γενέσθαι· σκοπείτω τοῦθ᾽ ὅτι τοὺς ἀ- »
δικεῖν τι ἐπιχειροῦντας, οὐκ ἐφ᾽ οἷς ποιοῦσι »
D μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ᾽ οἷς φρονοῦσιν, ἀμύνασθαι »
δεῖ· καὶ τὴν τε αὔξησιν αὐτῶν, πρὶν καὶ βλα- »
βῆναί τι, προκαταλαμβάνειν, καὶ μή, περι- »
μείναντας κακῶς ἔργῳ παθεῖν, τότε τιμωρεῖ- »
σθαι. ὅτι τοίνυν καὶ ἐχθρὸς καὶ ἔχθιστος ἐστὶν »
ἡμῖν, πῶς ἂν ἄλλως μᾶλλον ἐλεγχθείη, ἢ ἐξ »
ὧν ἐποίησε; πέμψαντος γὰρ μου πρὸς αὐτὸν »
φιλικῶς ὅπως ἔλθῃ τε πρὸς ἡμᾶς, καὶ κοι- »
νῇ μεθ᾽ ἡμῶν βουλεύσηται περὶ τῶν παρόντων, »
οὔτ᾽ ἦλθεν, οὔθ᾽ ἥξειν ὑπέσχετο. καίτοι τί μὲν ἐ- »
E γὼ ἄδικον, ἢ ἀνεπιεικές, ἢ φορτικὸν, ἐποίησα, »
μεταπεμψάμενος αὐτὸν ὡς φίλον καὶ σύμ- »
μαχον; τί δὲ ἐκεῖνος ὕβρεως καὶ ἀσελγείας, » 54
οὐκ ἐθελήσας ἐλθεῖν, ἐξέλιπεν; ἆρ᾽ οὐ «
δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἤτοι ὑποπτεύκοτα αὐτὸν τι κακὸν πείσεσθαι, ἢ καταπεφρονη- «
κότα ἡμᾶς, τοῦτο πεποιηκέναι; οὐκοῦν εἴτε τι ὑποτετόπηκε, σαφέστατα αὐτὸς «
ἑαυτὸν

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

ἑαυτὸν ἐξελέγχει ἐπιβουλεύοντα ἡμῖν (οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν, μηδὲν δεινὸν παθών, ὕποπτός ἐστιν· οὐδ' ἀπ' ὀρθῆς καὶ ἀδόλου τῆς γνώμης γίγνεται, ἀλλ' οἱ προπαρεσκευασμένοι τινὰς ἀδικῆσαι, τὴν ὑποψίαν κατ' αὐτῶν ἐκ τοῦ συνειδότος σφᾶς ἔχουσι) εἴτ' αὖ μηδενὸς τοιούτου ὑπόντος, ὑπερεώρακέ τε ἡμᾶς, καὶ λόγοις ὑπερηφάνοις ὕβρικε, τίνα χρὴ τοῦτον, ἐπειδὰν ἔργου τινὸς ἐπιλάβηται, προσδοκῆσαι πράξειν; ὁ γὰρ ἐν οἷς μηδὲν κερδανεῖν ἔμελλε, τοσαύτῃ ὑπεροψίᾳ κεχρημένος, πῶς οὐ πόρρωθεν ἐξελήλεγκται μηδὲν δίκαιον μήτε φρονῶν μήτε πράσσων; οὐ τοίνυν ἀπέχρησεν αὐτῷ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν, εἴπερ τι αὐτοῦ δεοίμην. καὶ μή μοι μικρὰν τὴν προσθήκην ταύτην εἶναι νομίσητε. μεγάλη γάρ ἐστιν ἐπίδειξις τῆς διανοίας αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν μὴ ἐθελῆσαι πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι, τάχ' ἄν τις καὶ ὄκνῳ, καὶ ἀρρωστίᾳ, καὶ φόβῳ, ἀπολογούμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀνέθηκε· τὸ δὲ δὴ καὶ ἐμὲ μεταπέμψασθαι, οὔτε σκῆψιν οὐδεμίαν ἐνδέχεται, καὶ προσεξελέγχει καὶ ἐκεῖνο αὐτὸν οὐ κατ' ἄλλο τι πεποιηκότα, ἢ ὅτι οὔθ' ὑπακούειν ἐς οὐδὲν ἡμῖν, καὶ προσέτι καὶ προσεπιτάττειν πάντα παρεσκεύασται. καίτοι καὶ αὐτὸ τοῦτο πόσης ὕβρεως, καὶ πόσου προπηλακισμοῦ μεστόν ἐστι; μεταπέμπεταί τινα ὁ ἀνθύπατος ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἔρχεται· μεταπέμπεταί τις τὸν ἀνθύπατον τῶν Ῥωμαίων Ἀλλόβριξ ὤν. μὴ γὰρ ὅτι ἐμοῦ τοῦ Καίσαρος οὐκ ἐπείσθη, μηδ' ὅτι ἐμὲ τὸν Καίσαρα ἐκάλεσε, σμικρόν τι τοῦτο καὶ φαῦλον εἶναι νομίσητε. οὔτε γὰρ ἐγὼ αὐτὸν μετεπεμψάμην, ἀλλ' ὁ Ῥωμαῖος, ὁ ἀνθύπατος, αἱ ῥάβδοι, τὸ ἀξίωμα, τὰ στρατόπεδα· οὔτε ἐγὼ μετεπέμφθην ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ταῦτα πάντα. ἰδίᾳ μὲν γὰρ ἐμοὶ πρὸς αὐτὸν οὐδέν ἐστι συμβούλιον· κοινῇ δὲ δὴ πάντες καὶ εἴπομέν τι, καὶ ἐποιήσαμεν, καὶ ἀντηκούσαμεν, καὶ ἐπάθομεν. ὥσθ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὸν ἔν τε τοῖς φίλοις καὶ ἐν τοῖς συμμάχοις ἡμῶν ἀναγεγράφθαι φήσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀξιομίσητον ὄντα ἀποδείξει. διὰ τί; ὅτι οἷα μηδ'

A dicat se nobis insidiari (nemo enim nobis suspectus est, quem non læserimus: neque suspicari est animi recti sincerique: sed qui se ad inferendam alicui iniuriam præparauerũt, statim eorum conscientia facit vt se haberi ab illis in suspicione putent) sin verò nihil eiusmodi in animo suo habens, tamen nos contempsit, superbísque dictis incessit, qualem eum fore putandum est, si rem aliquam aggressus fuerit? Qui enim in ea re, vnde nihil lucri erat speran-
B dum, tanto fastu vsus est, profectò is liquidò demonstrauit, iamdudum se nihil iusti neque animo agitare, neque re præstare. At qui non contentus eo fuit: sed me, siquid vellem, ad se venire iussit. Nolite putare, exiguum esse, quòd hoc addidit. magnam enim vim habet ad animum eius declarandum. Quod enim ipse ad nos venire noluit, id, si quis pro eo dicere vellet, ignauiæ, inualetudini, timorive tribuere pos-
C set: at quòd me accersit, id nullam excusationem admittit, sed arguit nõ alia id eum ratione fecisse, quàm quòd ita sese comparauerit vt neque nobis vnquam dicto audiens esse, & ipse contrà nobis imperare velit. Hoc verò ipsum quantæ contumeliæ, quantæ ignominiæ plenum est? Proconsul Romanus aliquem ad se vocat, is non venit: barbarus autem Romanum proconsulem ad se venire iubet. Neque verò paruum id aut nullius momẽ-
D ti ducere debetis, quòd mihi Cæsari non obtemperauit, quódque me Cæsarem vocauit. Neque enim ego ipsum ad me venire iussi, sed Romanus, proconsul, fasces, autoritas, exercitus: iterúmque non ego ab illo euocatus sum, sed isthæc omnia. Mihi enim priuatim cum isto nullum intercedit negotium: in commune omnes & locuti sumus, & egimus, & responsum tulimus & iniuriam. Quinimo quo ma-
E gis se inter amicos sociósque nostros adscriptum dicit, tanto magis odio se dignum demõstrat. quid ita? quia quod nemo vnquã eorum fecit

Ariouisti contumeliã multum hoc auget, quòd Cæsarem, à quo vocatur, ad se venire iubet.

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

qui se summos nostros esse hostes professi sunt, id ille sub nominibus amicitiæ societatísque perpetrauit: quasi verò sibi hæc eò parauerit vt impunè nos lædere possit. Verùm neque eo tempore nos cum eo fœdus icimus in hunc finem vt ab eo contumeliis insidiisque peteremur: neque nunc fœdus nos soluemus. nam nos quidem ad eum, tanquam amicũ adhuc sociúmque nostrum, legatos misimus: ipse autem qualem sese nobis exhibuerit, videtis. Quãobrem sicut quũ de nobis benè mereri vellet, iure ea nomina quæ à nobis postulabat obtinuit: ita nunc quum omnia his contraria agat, iustissimũ est hostis loco vt habeatur. Neque mirum vobis debet esse, me, qui aliquando in senatu & apud populum pro eo locutus sum, hæc nũc dicere. eandem enim tunc sententiam secutus sum in qua nunc sum, neque quicquam muto. Ea verò quænam est? Vt bonos fidelésque honore afficerem, gratiámque eis referrem: malos autem infidelésque vt ignominia vindictáque prosequerer. Iste autem mutatus est, qui neque bene neque conuenienter nostris donis vtitur. Optimo igitur iure bellum à nobis aduersus eum suscipi, dubium nemini vestrûm esse iudico. Quòd autem neque inexpugnabilis sit, neque bello insuperabilis, id cùm exemplo aliorum eiusdem nationis hominum intelligere potestis, quos cùm antehac sæpius, tum nuper admodum facillimè deuicimus, tum ex iis quæ de eo afferuntur, colligere licet. Quum enim alioquin copias domesticas ordinatas exercitatásque nullas habeat, nunc id quoque accedit, quòd nihil hostile expectans, omnino imparatus est. Ad hæc neque vicini eum vlli, quantumuis polliceantur, adiuuare volent. Quis enim propter eius societatem contra nos bellum suscipere cupiat, nullo à nobis accepto maleficio? aut quî non omnes potius nobis quàm illi sese adiungentes, tyrannidem istius finitimam destruere, partémque à nobis aliquam eius regionis accipere velint? Atque vt reperiantur aliqui qui se ei coniungant, haud

Constantiam suam defendit.

Non esse inuictum Ariouistum ostendit.

A τῶν ἐχθίστων τις ὁμολογουμένων ἡμῖν εἶναι ἐτόλμησέ ποτε ποιῆσαι, ταῦτ' ἐκεῖνος ἔν τε τοῖς τῆς φιλίας καὶ ἐν τοῖς τῆς συμμαχίας ὀνόμασιν ἐξείργασται· καθάπερ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεποιημένος αὐτὰ, ἵν' ἡμᾶς ἀδικεῖν ἀδεῶς ἔχῃ. ἀλλ' οὔτε τότε ἐπὶ τῷ προπηλακίζεσθαι καὶ ἐπιβουλεύεσθαι ἐσπεισάμεθα αὐτῷ, οὔτε νῦν αὐτοὶ τὰς σπονδὰς λύσομεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ὡς πρὸς φίλον καὶ σύμμαχον ἔτ' αὐτὸν ὄντα ἐπρεσβευσάμεθα· ὁ
B δ' ὁρᾶτε ὅπως ἡμῖν κέχρηται. ὥσπερ οὖν ἡνίκα εὐεργετεῖν τε ἡμᾶς ἐβούλετο, κἄν τι εὖ παθεῖν ἠξίου, δικαίως ἐκείνων ἐτύγχανεν· οὕτω καὶ νῦν, ἐπειδὴ τἀναντία αὐτῶν πάντα ποιεῖ, δικαιότατα ἂν ἐν ἐχθροῦ μέρει νομισθείη. καὶ μὴ θαυμάσητε εἰ αὐτὸς ἐγὼ, πρότερόν ποτε καὶ ἐν τῇ βουλῇ καὶ ἐν τῷ δήμῳ χρηματίσας τινὰ ὑπὲρ αὐτοῦ, εἶτα ταυτὶ νυνὶ λέγω. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω, καὶ οὐ μεταβάλ-
C λομαι. τίς δὲ ἐστὶν αὕτη; τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ πιστοὺς καὶ τιμᾶν καὶ ἀμείβεσθαι, τοὺς δὲ κακοὺς καὶ ἀπίστους καὶ ἀτιμάζειν καὶ ἀμύνεσθαι. ἐκεῖνος δέ ἐστιν ὁ μεταβαλλόμενος, ὁ μήτε καλῶς μήτε δεόντως τοῖς δοθεῖσιν αὐτῷ παρ' ἡμῶν χρώμενος. ὥστε ὅτι μὲν δικαιότατα ἂν αὐτῷ πολεμήσαιμεν, οὐδένα ἀμφισβητήσειν οἴομαι. ὅτι δὲ οὔτε ἄμαχος οὔτε δυσπολέμητός ἐστιν, ὁρᾶτε μὲν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοφύλων αὐτῷ,
D οὓς πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, ῥᾷστα δὲ 55
καὶ νῦν ἐνικήσαμεν· λογίζεσθε δὲ καὶ ἐξ ὧν περὶ αὐτοῦ ἐκείνου πυνθανόμεθα. οὔτε γὰρ ἄλλως δύναμίν τινα οἰκείαν συνεστηκυῖαν καὶ συγκεκροτημένην ἔχει· νῦν δὲ, ἅτε μηδὲν δεινὸν προσδοκῶν, καὶ παντελῶς ἀπαράσκευός ἐστιν. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκ τῶν ὁμόρων ἄν τις αὐτῷ προθύμως, οὐδ' εἰ πάνυ ἐπαγγέλλεται, βοηθήσειε. τίς μὲν γὰρ ἂν ἕλοιτο, ἐκείνῳ συμμαχήσας, πολεμῆσαι
E ἡμῖν, μηδὲν ὑφ' ἡμῶν λελυπημένος; πῶς δ' οὐκ ἂν μᾶλλον ἡμῖν πάντες ἢ ἐκείνῳ συναράμενοι, τήν τε τυραννίδα αὐτοῦ ὁμόρον σφίσιν οὖσαν καταλῦσαι, καὶ τῆς χώρας μέρος τι παρ' ἡμῶν προσλαβεῖν ἐθελήσαιεν; εἰ δὲ δὴ καὶ συσταῖεν τινές, οὔ τί γε καὶ

κρείττους ἂν ἡμῶν γένοιντο. ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσω, τὸ πλῆθος ἡμῶν, τὴν ἡλικίαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὰ ἔργα· ἐκεῖνό γε τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι ἡμεῖς μὲν κατὰ πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα ὡπλίσμεθα, ἐκεῖνοι δὲ δὴ γυμνοὶ τὸ πλεῖστόν εἰσι; καὶ ἡμεῖς μὲν καὶ λογισμῷ καὶ τάξει χρώμεθα, ἐκεῖνοι δὲ δὴ θυμῷ πρὸς πάντα ἀσύντακτοι φέρονται; μὴ γάρτοι μήτε τὴν ὁρμὴν αὐτῶν, μήτε τὸ μέγεθος ἢ τῶν σωμάτων ἢ τῆς βοῆς φοβηθῆτε. φωνή τε γὰρ οὐδένα πώποτε ἀνθρώπων ἀπέκτεινε· καὶ τὰ σώματα αὐτῶν δρᾶν μὲν οὐδὲν πλέον, ἅτε τὰς αὐτὰς ἡμῖν χεῖρας ἔχοντα, πάσχειν δὲ πολὺ πλείω, ἅτε καὶ μεγάλα καὶ γυμνὰ ὄντα, δυνήσεται. ἥτε ὁρμὴ ἄμετρος καὶ προπετὴς τὸ κατ᾽ ἀρχὰς οὖσα, καὶ ἐκκενοῦται ῥᾳδίως καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον ἀνθεῖ. πεπειραμένοις δέ που ὧν λέγω καὶ νενικηκόσιν ὑμῖν τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς, ταυτὶ παραινῶ ὥσθ᾽ ὑμᾶς μήτε τῷ λόγῳ δοκεῖν ὑπ᾽ ἐμοῦ παράγεσθαι, καὶ τῷ ἔργῳ ἐχυρωτάτην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἐκ τῶν προκατειργασμένων ποιεῖσθαι. καὶ μέντοι καὶ τῶν Γαλατῶν αὐτῶν τῶν ὁμοίων σφίσι συχνοὶ ἡμῖν συμμαχήσουσιν· ὥστ᾽ εἰ καί τι φοβερὸν τὰ ἔθνη ταῦτα εἶχε, τοῦτο καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνοις ὑπάρχει. ταῦτ᾽ οὖν αὐτοί τε οὕτω λογίζεσθε, καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκετε· ὡς εἴγε καὶ ὑμῶν τινὲς ἄλλως πως φρονοῦσιν, ἀλλ᾽ ἔγωγε καὶ ὣς πολεμήσω, οὐδὲ ἐγκαταλείψω ποτὲ τὴν τάξιν ἣν ἐτάχθην ὑπὸ τῆς πατρίδος. καί μοι τὸ δέκατον στρατόπεδον ἀρκέσει. καὶ γὰρ εὖ οἶδ᾽ ὅτι κἂν διὰ πυρὸς δέῃ, καὶ γυμνοὶ χωρήσουσι προθύμως. οἱ δὲ δὴ ἄλλοι τὴν ταχίστην ἀπαγάγετε· μηδέ μοι μάτην ἐνταῦθα ἐντρύχεσθε, τά τε κοινὰ εἰκῇ ἀναλίσκοντες, καὶ τῶν ἀλλοτρίων πόνων μεταποιούμενοι, τήν τε λείαν καὶ τὴν ὑφ᾽ ἑτέρων κτωμένην σφετεριζόμενοι.

Ταῦτα τοῦ Καίσαρος εἰπόντος, οὐ μόνον οὐδεὶς ἀντεῖπεν (εἰ καὶ τὰ μάλιστα τινὲς ἐς τἀναντία σφίσιν ἐγίγνωσκον) ἀλλὰ καὶ συνῄνεσαν πάντες, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ δι᾽ ὑποψίας αὐτῷ ὄντες λογοποιεῖν ἠκοῦσθαι. καὶ τούς τε στρατιώτας οὐ χαλεπῶς ἔπεισε πειθαρχῆσαι, τοὺς μὲν, ἐκ τοῦ προκεκρίσθαι προθυμουμένους, τοὺς δ᾽ ἄλλους, δι᾽ ἐκείνους φιλοτιμουμένους.

CAESARIS AD SVOS LEGATOS ET CENTVRIONES ORATIO.

Romani arte militari quanto barbaris præſtent.

equidem nobis ſuperiores erunt. Vt enim cætera omittam, multitudinem noſtri exercitus, ætatem, experientiam, res geſtas: quis neſcit nos totum corpus armis tegere, illos maiore ſui parte nudos eſſe? nos ratione & ordine vti, illos incompoſitos ira ad omnia ruere? Neque enim vel impetum eorum, vel magnitudinem corporum, clamorémque reformidare debetis. Nunquam enim vox hominem interfecit: corpora autem illorum ad agendum minimè noſtris ſüt habiliora: (totidem enim manus quot nos etiam habent) ad patiendum longè opportuniora ob molem & nuditatem erunt. Cæterùm impetus immodicus temerariúſque ab initio, facilè euaneſcit, parúmque temporis viget. Hæc ego vobis adhortandi cauſa commemoro, quæ iam antè quum eiuſdem generis hoſtem vinceretis, experti eſtis: ne vos ſermone meo in errorem deduci putetis, vtque ſpem victoriæ firmiſſimam ex rebus anteactis accipiatis. Sanè magna multitudo Gallorum, qui hoſtium ſimiles ſint, nobiſcum in prælio erunt: vt iam ſi quid horribile eæ gentes habent, id nobis cum ipſis ſit futurũ commune. Proinde hæc ita vobiſcum reputate, alióſque ea docete: ac, ſi qui veſtrûm à me diſſentiunt, ipſe tamen nihilominus pugnabo, neque deſeram eum ordinem in quo me patria collocauit: contentus decima legione, quam ſcio per ignem etiam, ſi ita neceſſitas poſtulet, nudam ituram. Vos autem reliqui quamcelerrime vos hinc auferte: neque me fruſtra hîc moleſtate, inanes reipublicæ ſumptus facientes, aliorúmque labores vobis vendicantes, prædámque ab aliis partam inuadentes.

Decimę legionis virtus.

Quum hæc Cæſar dixiſſet, quanquam nonnulli diuerſum omnino ſentirent, tamen non modò contradixit nemo, ſed aſſenſi ſunt omnes: iique in primis qui Cæſari ſuſpecti erant, quaſi rumorum illorum, quos ipſis obiecerat, autores eſſent. Milites vt dicto audientes forent, haud difficulter effecit, quòd alii reliquis prælati, alacriores facti erant, alii alacritatem eorum contentione quadam æmulabantur.

i. ii.

Decimam autem legionem (sic enim secúdum ordinem delectuum Romanæ legiones nominabantur, hodiéque eadem ratione cognomenta sua sortiuntur) Cæsar cohortem prætoriam sibi delegit, quòd illorum beneuolentiam peculiarem quandam semper senserat. Vbi satis alacritatis suis addidit, non ratus sibi in eo loco diutius manendum, ne diem ducendo suorum animi languescerent, continuò motis castris in Ariouistum profectus est: cúmque ita repentino aduentu terruit vt denuo in colloquium de pace venire cogeret. Quum Cæsar omnia imperare, Ariouistus nihil obtemperare vellet, pax composita nó est, sed bellum commissum, suspensique erãt animi non ipsorum tantùm, sed sociorũ quoque hostiúmque vtriusque partis. prælio enim eos quamprimum certaturos, eique qui semel vicisset, reliqua quoque seruitura putabant. Barbari multitudine magnitudinéque corporum præcellebant: Romani verò vsu militiæ, armaturáque. Germanorum quoque furori, inconsideratóque & temerario impetui, magnitudo animi Cæsaris ex æquo respondebat. Ita vtræque partes æquali pondere libratæ, spem alacritatémque æquatis quasi lancibus appẽdebant. Quũ castra iam castris opposuissent, barbaris suæ mulieres vaticinia exercẽtes interdixerunt ne prælium ante nouam Lunam committerẽt. Mouit hoc Ariouistum, qui in huiusmodi rebus plurimum illis tribuebat. itaque etsi Romani eum ad pugnam prouocarent, non tamen statim totis viribus congressus est: sed emisso solùm equitatu, peditibúsque qui illis additi erant, Romanos magnopere afflixit: iísque contemptis, locum quendam munitum supra eorum vallum occupare aggressus, eóque potitus est. Quum contrà Romani alium similem locum occupassent, Cæsárque suos in acie constitutos vsque ad meridiem extra castra habuisset, tamen Ariouistus ad dimicationem nó venit: sed Romanos sub vesperum decedentes repentè adortus, propemodum vallum eorum cepit. Eo rerum successu Ariouistus elatus, parum dein-

Cæsar omnia imperare, Ariouistus nihil vult obtemperare.

Barbarorum mulieres prælium ab illis ante nouam lunam cõmitti nolunt.

A ἐξαίρετον δὲ δὴ τὸ δέκατον στράτευμα ἐποιήσατο, ὅτι εὔνοιάν πως ἀεὶ αὐτοῦ εἶχεν. οὕτω δὲ δὴ τὰ πολιτικὰ στρατόπεδα πρὸς τὴν τῶν καταλόγων τάξιν ὠνομάζετο· ὅθεν περ καὶ νῦν ὁμοίως τὰ νῦν ὄντα τὰς ἐπικλήσεις ἔχει. ὡρμημένων δ' οὖν αὐτῶν, ὁ Καῖσαρ οὐκέτι κατὰ χώραν ἔμεινε, μὴ καὶ χρονίσαντες, ἀμβλύτεροι αὖθις γένωνται, ἀλλ' εὐθὺς ἄρας ἐπὶ τὸν Ἀριοουΐστον ἤλασε· καὶ οὕτω τε αὐτὸν τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐφόδου κατέπληξεν, ὥστε καὶ ἐς λό-
B γους οἱ περὶ εἰρήνης ἐλθεῖν κατηνάγκασεν. οὐ μέντοι καὶ συνέβησαν. αὐτός τε γὰρ πάντα προστάξαι, καὶ ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπακοῦσαι ἠθέλησεν. ὅ,τε οὖν πόλεμος συνερρώγει, καὶ μετέωροι οὐ μόνον αὐτοὶ ἑκάτεροι, ἀλλὰ καὶ οἱ σύμμαχοι οἵ τε πολέμιοι σφῶν οἱ ἐκεῖνοι πάντες ἦσαν· τήν τε μάχην αὐτῶν ὅτι τάχιστα ἔσεσθαι, καὶ τοῖς ἅπαξ κρατήσασι καὶ τἆλλα δουλώσειν νομίζοντες. 56 προεῖχον δὲ οἱ μὲν βάρβαροι τῷ τε πλήθει καὶ
C τοῖς μεγέθεσιν, οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι τῇ τε ἐμπειρίᾳ καὶ ταῖς ὁπλίσεσι· καί πως καὶ πρὸς τὸν θυμὸν τὸν Κελτῶν, τήν τε ἄκριτον καὶ προπετῆ αὐτῶν ὁρμήν, ἀντίρροπον τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα εὑρίσκετο· ὥστε ἰσοπαλεῖς ἐκ τούτων ὄντες, καὶ τὰς ἐλπίδας, τήν τε ἐπ' αὐταῖς προθυμίαν, ἰσοστασίας ἐποιοῦντο. ἀντικαθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, αἱ γυναῖκες αὐτῶν βαρβάρων ἀπηγόρευσαν σφίσι θειάσασαι, μηδεμίαν πρὸ τῆς νέας σελήνης μά-
D χην συνάψαι. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἀριοουΐστος (πάνυ γὰρ αὐταῖς προσεῖχεν, ὁπότε τοιοῦτόν τι ποιήσειαν) οὐχ ἁπάσῃ εὐθὺς τῇ δυνάμει, καίτοι τῶν Ῥωμαίων προκαλουμένων σφᾶς, συνέμιξεν, ἀλλὰ τοὺς ἱππέας μετὰ τῶν συντεταγμένων σφίσι πεζῶν μόνους ἐκπέμπων, ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἐλύπει. κἀκ τούτου καταφρονήσας, χωρίον τι ὑπὲρ τοῦ ταφρεύματος σφῶν καταλαβεῖν ἐπεχείρησε· καὶ κατέσχε μὲν αὐτό· ἀντικαταλαβόντων δὲ καὶ ἐκείνων ἕτερον, ἐς μὲν
E μάχην, καίπερ καὶ μέχρι τῆς μεσημβρίας τὸν στρατὸν ἔξω τοῦ Καίσαρος παρατάξαντος, οὐχ ὥρμησεν· ἐπαναχωρησάντων δὲ αὐτοῦ πρὸς ἑσπέραν, ἐπῆλθέ τε ἐξαπιναίως σφίσι, καὶ ὀλίγου καὶ τὸ χαράκωμα αὐτῶν εἷλε. προχωρούντων οὖν οὕτως οἱ τῶν πραγμάτων, σμικρόν τε ἐπὶ

A τῶν γυναικῶν ἐφρόντισε· καὶ τῇ ὑστεραίᾳ παραταξαμένων τῶν Ῥωμαίων (ὥσπερ που καθ' ἡμέραν ἐποιοῦντο) ἀντεπεξήγαγε. καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνοι προϊόντας ἐκ τῶν σκηνωμάτων ἰδόντες, οὐχ ἡσύχασαν, ἀλλ' ἐξάξαντες, οὔτε συνταχθῆναι σφίσιν ἀκριβῶς ἐπέτρεψαν, καὶ τὴν ἀκόντισιν αὐτῶν, ἐφ' ᾗ ἐς τὰ μάλιστα ἐθάρσουν, δρόμῳ μετὰ βοῆς προσπεσόντες, ὑπετέμοντο. καὶ οὕτω γε ὁμόσε αὐτοῖς ἐχώρησαν, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς κοντοῖς μήτε τοῖς ξίφεσι τοῖς μακροτέροις χρήσασθαι.
B ὠθίζοντό τε οὖν, καὶ τοῖς σώμασι τὸ πλέον ἢ τοῖς ὅπλοις ἐμάχοντο, ἀναρρῆξαί τε τὸν προσκείμενον, καὶ καταβαλεῖν τὸν ἀνθεστηκότα, ἀγῶνα ποιούμενοι. καὶ πολλοὶ καὶ τῆς τῶν βραχυτέρων ξιφῶν χρήσεως στερηθέντες, ταῖς τε χερσὶ καὶ τοῖς στόμασιν ἀντ' ἐκείνων ἠγωνίζοντο, κατασπῶντες τοὺς ἀντιπάλους, δάκνοντες, παρατίλλοντες, ἅτε καὶ τοῖς μεγέθεσι τῶν σωμάτων πολὺ αὐτῶν ὑπερέχοντες. οὐ μέντοι καὶ μεγάλα τινὰ ἐκ τούτου σφᾶς ἔβλαψαν. συμπλεκόμενοι γὰρ αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι, ἰσόρροποί πως τῇ τε ὁπλίσει
C καὶ τῇ τέχνῃ ἐγίγνοντο· καὶ τέλος ἐπὶ μακρότατον τοιούτῳ τρόπῳ μάχῃ χρησάμενοι, ὀψέ ποτε ἐπεκράτησαν. τά τε γὰρ ξιφίδια καὶ σμικρότερα τῶν Γαλατικῶν ὄντα, καὶ τὰς προσβολὰς χαλυβδικὰς ἔχοντα, χρησιμώτατα σφίσιν ἐγένετο. καὶ αὐτοὶ τῷ αὐτῷ πόνῳ ἐπὶ πλεῖον συνεθέντες, μᾶλλον τῶν βαρβάρων ἀντήρκεσαν, ἅτε οὐχ ὅμοιον ταῖς ὀξύτησι τῶν ἐφόδων τὸ διαρκὲς σφῶν ἐχόντων. ἀλλὰ μὲν οὖν ταῦτα ἡττήθησαν ἐκεῖνοι·
D οὐ μέντοι καὶ ἐτράποντο· οὐχ ὅτι οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν φυγεῖν, ὑπ' ἀπορίας τε ἅμα καὶ ἐκλύσεως. συστρεφόμενοι οὖν κατὰ τριακοσίους, καὶ πλείους καὶ ἐλάττους, τάς τε ἀσπίδας ἁπανταχόθεν σφῶν προεβάλλοντο, καὶ ὀρθοὶ ἱστάμενοι, ἀπρόσμικτοι μὲν ὑπὸ τῆς συγκλείσεως, δυσκίνητοι δ' ὑπὸ τῆς πυκνότητος ἐγίγνοντο· καὶ οὔτε ἔδρων οὐδὲν, οὔτε ἔπασχον. οἱ οὖν Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ μήτε ἐκεῖνοι ἀντεπῄεσάν σφισιν, ἢ καὶ ἔφευγον, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μένοντες, ὥσπερ ἐν πύργοις εἱστήκεισαν,
E καὶ αὐτοὶ τά τε δοράτια κατὰ χώραν εὐθὺς, ἅτε μηδεμίαν χρῆσιν ἔχοντα, ἀπετίθεντο, καὶ τοῖς ξίφεσιν οὐκ ἐδύναντο οὔτε συστάδην μάχεσθαι, οὔτε τῶν κεφαλῶν αὐτῶν (ᾗπερ καὶ μόνον ἁλωτοὶ, οἷά που γυμναῖς αὐταῖς μαχόμενοι)

ceps mulieribus animum aduertit, sed postridie, quum Romani in aciem (quod singulis diebus faciebant) exissent, suos quoque ipse eduxit. Quos quum ex tabernaculis suis progredi Romani viderunt, non amplius se continuerunt, sed in eos, priusquam ordines instruerent, incursum cum clamore fecerunt: iaculatiónémque eorum, qua maximè barbari fidebant, anteuerterunt. itáque congressi sunt vt neque contis neque gladiis vti possent. Igitur barbari iactare sua corpora, trudeérque, iísque magis quàm armis, vti: obuio quoque euertendo, deiiciendóque, pugnam facere. Multi pugionum quoque vsu interclusi, eorum loco manibus atque ore pugnare, aduersariósque, quos mole corporum longè excedebant, arreptos calcitrantésque détibus impetere. Nullum tamen magnum damnum hoc pugnandi genere Romanis intulerunt: verùm hi comminus congressi, armatura atque arte vim barbarorum adæquabant: eósque, postquam diu admodum eo modo certatum esset, vicerunt. Pugiones Romanorum, qui Gallicis minores erant, habebántque mucrones ex chalybe factos, summo ipsis vsui fuerunt. Ad hæc constantia & tolerantia laboris, barbaris priores erant, qui acriores in primo incursu quàm perseuerantiores sunt. Germani inferiores facti, non tamen fugæ sese mandarunt, non quidem eo quòd id nollent, sed quia consilii inopia ac lassitudo impediebat. Igitur treceni quique agmine facto, aliquando plures, aliquando minores, scutis vndiquaque sese sepientes, erectíque stantes, neque inuadi, quòd erãt conferti, neque disturbari ob multitudinem poterant: itaque neque agebant quicquam, neque patiebãtur. Romani vt eos neque ad pugnam prodire, neque terga obuertere viderunt, sed stipatos vno loco turris instar consistere, quũ primo congressu pila ipsi, quorum vsus nullus tunc esse poterat, abiecissent, neque gladiis etiam comminus pugnare, capitáque hostiũ (quibus quũ nudis pugnarent, ea parte potissimũ vulneribus expositi erãt)

Pugna Cæsaris & Germanorum, victoriáque Romanorum.

impetere possent, proiectis scutis, partim cum cursu in barbaros irruerunt, partim eos ex propinquo aggressi sunt, magnámque cædem eorum ediderunt. Itaque eorum multi ceciderũt, quòd omnes neci erant expositi: complures, antequam caderent, mortui sunt, qui propter dẽsitatem agminis in orbem glomerati, etiam confossi, recto corpore extabant. Eo modo maior pars peditum ibi periit: alii propter carros, ad quos compulsi erant, cum coniugibus liberísque obtruncati sunt, Ariouistus autem confestim cum equitatu ea regione excessit, itérque ad Rhenum conuertit: insequentésque Romanos, nauiculã nactus, effugit. Reliquos partim Romani flumen ingressos interfecerunt, partim ipse ad se receptos abduxit. Ad hunc modum igitur ista bella confecta sunt.

Ariouisti fuga.

A ἧσσον ἐφικνεῖσθαι, τάς τε ἀσπίδας ἀπέρριψαν, καὶ προσπίπτοντες σφίσιν, οἱ μὲν, ἐξ ἐπιδρομῆς, οἱ δὲ, καὶ ἐγγύθεν, ἀνεῖλόν τε ὅπου ἵνα καὶ ἔκπληκτον αὐτοῖς. κἀκ τούτου πολλοὶ μὲν εὐθὺς, ἅτε καὶ μιᾶς ἐπισκοπῆς ὄντες, ἔπιπτον· πολλοὶ δὲ καὶ πρὶν πεσεῖν, ἀπέθνησκον. ὑπὸ γὰρ τῆς πυκνότητος τῆς συστάσεως, καὶ τεθνηκότες ὀρθοὶ ἀνείχοντο. τοῦ μὲν οὖν πεζοῦ τὸ πλεῖστον οὕτω καὶ ἐκεῖ πρὸς ταῖς ἁμάξαις, B ὅσον γε καὶ ἔξωθεν ἐς αὐτὰς ἐτύγχανε, σύν τε ταῖς γυναιξὶ καὶ σὺν τοῖς παισὶν αὐτῶν ἐφθάρησαν. ὁ δὲ Ἀριουΐστος μεθ' ἱππέων τήν τε χώραν παραχρῆμα ἐξέλιπε, καὶ πρὸς τὸν Ῥῆνον παραχρῆμα ὁρμήσας, ἐπεδιώχθη μὲν, οὐ κατελήφθη δέ· ἀλλ' ὁ μὲν ἐπὶ πλοίου προεξέφυγε, τῶν δ' ἄλλων τοὺς μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἐς τὸν ποταμὸν ἐσβαίνοντας ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὑπολαβὼν ἀπήνεγκεν. οὕτω μὲν δὴ καὶ ἐκεῖνα διεπολεμήθη. 57

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER TRIGESIMUS NONUS.

ΤΩ͂Ν ΔΙ΄ΩΝΟΣ Ῥ΄ΩΜΑΙΚΩ͂Ν Ἱ΄ΣΤΟΡΙΩ͂Ν ΤΟ΄ ΤΡΙΑΚΟΣΤΟ΄Ν ἔννατον βιβλίον.

HAEC INSUNT Libro XXXIX *Romanæ historiæ Dionis.*

- Quomodo Cæsar bellum contra Belgas gesserit.
- De reditu Ciceronis.
- Vt Ptolemæus AEgypto pulsus Romã aduenerit.
- Quemadmodum Cato res in Cypro constituerit.
- Quomodo Pompeius & Crassus consules sint facti.
- De dedicatione theatri Pompeii.
- Decimus Brutus Cæsaris legatus quomodo Venetos nauali prælio superauerit.
- P. Crassus Cæsaris legatus quemadmodum contra Aquitanos pugnauerit.
- Quomodo Cæsar, dum Celtis quibusdam bellum facit, Rhenum transierit: ibidémque de Rheno.
- De Cæsaris in Britanniam transitu: déque ea insula.

ΤΑ΄ΔΕ Ε΄ΝΕΣΤΙΝ Ε΄Ν ΤΩ͂ τριακοστῷ ἐννάτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

- Ὡς Καῖσαρ Κελτικοῖς ἐπολέμησεν.
- Ὡς Κικέρων κατῆλθεν.
- Ὡς Πτολεμαῖος ἐκπεσὼν ἐξ Αἰγύπτου, ἐς Ῥώμην ἀνῆλθεν.
- Ὡς Κάτων τὰ ἐν Κύπρῳ κατεστήσατο.
- Ὡς Πομπήϊος καὶ Κράσσος ὕπατοι ᾑρέθησαν.
- Ὡς τὸ θέατρον τὸ Πομπηΐου καθιερώθη.
- Ὡς Δέκιμος Βροῦτος Καίσαρος ὑποστράτηγος Οὐενετοὺς ναυμαχίᾳ ἐνίκησεν.
- Ὡς Πούπλιος Κράσσος Καίσαρος ὑποστράτηγος Ἀκυϊτανοῖς ἐπολέμησεν.
- Ὡς Καῖσαρ Κελτῶν τισὶ πολεμήσας, τὸν Ῥῆνον διέβη. καὶ περὶ τοῦ Ῥήνου.
- Ὡς Καῖσαρ ἐς Βρεττανίαν ἐπεραιώθη. καὶ περὶ τῆς νήσου.

Ὡς Πτολεμαῖος ὑπὸ Γαουινίου ἐς Αἴγυπτον κατήχθη· καὶ ὡς ὁ Γαουίνιος ἐπὶ τούτῳ ἐκρίθη.

Vt Gabinius Ptolemæum in AEgyptũ reduxerit: vtque Gabinius eius rei causa sit in iudicium pertractus.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ, ἜΤΗ Δʹ, ἘΝ ΟἿΣ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Π. Κορνήλιος Π. ὑ. Λεντοῦλος Σπινθήρ,	καὶ	Καικίλιος Κ. ὑ. Μέτελλος Νέπως.
Γν. Κορνήλιος Π. ὑ. Λεντοῦλος Μαρκελλῖνος,	καὶ	Λ. Μάρκιος Λ. ὑ. Φίλιππος.
Γν. Πομπήϊος Γν. ὑ. Μάγνος, τὸ βʹ.	καὶ	Μ. Λικίνιος Π. ὑ. Κράσσος, τὸ βʹ,
Λ. Δομίτιος Γν. ὑ. Ἀηνόβαρβος,	καὶ	Ἄππιος Κλαύδιος Ἄππ. ὑ. Πούλχερ.

TEMPORIS SPATIVM, ANNI QVAtuor, in quibus hi consules recensentur.

ANNO V.C.

697. P. Cornelius P. F. Lentulus Spinther,	&	Q. Cæcilius Q. F. Metellus Nepos.
698. C. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus,	&	L. Marcius L. F. Philippus.
699. Cn. Pompeius Cn. F. Magnus, II.	&	M. Licinius P. F. Crassus, II.
700. L. Domitius Cn. F. Aenobarbus,	&	Appius Claudius App. F. Pulcher.

58 Μετὰ δὲ ταῦτα, τοῦ χειμῶνος ἐν ᾧ Κορνήλιός τε Σπινθὴρ καὶ ὁ Μέτελλος ὁ Νέπως ὑπατεύειν ἤρξαντο, διελθόντος, τρίτος τις πόλεμος αὖθις ἐγένετο. οἱ γὰρ Κελτικοὶ τῷ τε Ῥήνῳ πολλοῖς καὶ συμμίκτοις γένεσι προσοικοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν τὸν κατὰ Βρεττανίαν καθήκοντες, ἐν μὲν τῷ πρὶν, οἱ μὲν, ἔνσπονδοι τοῖς Ῥωμαίοις ἦσαν, οἱ δὲ ἐφρόντιζον αὐτῶν οὐδέν· τότε δὲ, τὸν Καίσαρα εὖ φερόμενον ἰδόντες, καὶ δείσαντες μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁρμήσῃ, συνεστράφησαν· καὶ κοινῷ, πλὴν Ῥημῶν, λόγῳ χρησάμενοι, συνεβούλευσάν τε ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ συνωμόσαντο, Ἄδραν προστησάμενοι. ταῦτ' οὖν ὁ Καῖσαρ παρὰ τῶν Ῥημῶν μαθὼν, ἐν φρουρᾷ τε αὐτοὺς ἐποιήσατο, κἀνταῦθα πρὸς τῷ Αὐξούννῳ ποταμῷ στρατοπεδευσάμενος, ἤθροιζέ τε ἅμα τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐξήσκει. οὐδ' ἐτόλμησε πρότερον τοῖς πολεμίοις, καίτοι τὴν χώραν σφῶν καταθέουσιν, ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, πρὶν ὡς καὶ δεδιότος αὐτοῦ καταφρονήσαντες, ἐπεχείρησαν τήν τε γέφυραν καταλαβεῖν, καὶ τὴν σιτοπομπίαν, ἣν δι' αὐτῆς παρὰ τῶν συμμάχων ἐποιεῖτο, ἀφελέσθαι. τοῦτο γὰρ ἐξ αὐτομόλων προεγνοὺς ἐσόμενον, ἔπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς νυκτὸς τούς τε ψιλοὺς καὶ τοὺς ἱππέας. καὶ οἱ μὲν, προσπεσόντες τοῖς βαρβάροις ἀπροσδόκητοι, πολλοὺς ἀπέκτειναν· ὥστε πάντας τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἐς τὴν οἰκείαν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ οἱ Αἴδουοι ἐσβεβληκότες ἐς

A Ad exitum verò eius hyemis in qua Cornelius Spinther & Metellus Nepos consulatũ inierũt, tertium ibi bellum exortum est. Variæ atque inter se permixtæ Belgarũ gentes propter Rhenum habitabant, ac se vsque ad Oceanum Britannicum extendebant. Hæ prioribus temporibus partim fœdere Romanis iunctæ fuerant, partim nullam eorum B rationem habuerant: tunc autem Cæsarem læto successu rerum ferri videntes, metuentésque ne ad ipsos quoque proficisceretur, coniurationem fecerunt: vnanimíque consensu, solis exceptis Rhemis, omnes cõtra Romanos consilia inierũt, Adra summæ belli præfecto. De hac re per Rhemos certior factus Cæsar, præsidia cõtra eos statuit: castrísque ad Axonam flumen collocatis, milites suos in vnum locum cõduxit, C exercuítque: neque prius est ausus in dimicationẽ cum hostibus venire, quanquam Rhemorum agros populabantur, quàm ii contẽpto Cæsare pontem occupare, commeatibúsque quos per eum à sociis accipiebat, intercludere ipsum aggressi sunt. Cęsar à transfugis hoc ita futurum edoctus, leuem armaturam, equitésque noctu hostibus immisit: qui ex improuiso barbaros inuadẽtes, magnam eorum cædẽ fecerunt. itaque postridie omnes domum suã D regredi cœperunt, præcipuè quòd in suam regionẽ Heduos irrupisse

Bellum Cæsaris contra Belgas.

Belgæ à Cæsare victi.

nuntiabatur. Non fefellit eorum discessus Cęsarem, sed propter inscitiam locorum insequi eos veritus est: tamen ipse assumpto equitatu omni, peditibúsque imperato vt sequerentur, hostes assecutus est, congredíque ausos (soli enim equites cum Cæsare esse putabantur) detinuit, donec peditatus quoque aduenit. ibi tum omni exercitu circumiecto, plerosque hostium occîdit, reliquis pacis conditiones dedit: deinceps multos populos, alios citra prælium, alios bello sibi adiunxit.

Neruij à Cæsare victi.

Neruii autem, quia ad pugnam pares non erant, vltro planis locis Cæsari cesserunt, ac se in montes syluis dēsissimis consitos receperunt: hinc in Cæsaris copias nihil tale expectātes decurrerunt: pulsique ea parte fugatíque, in qua Cæsar aderat, maiori altera sui exercitus parte superiores facti, ipsa extemplo Romanorum castra ceperunt. Cæsar, qui fugientibus instabat, eo animaduerso ab insecutione reuersus, ad castra se contulit: in iis hostes prædæ intētos deprehendens, circumdedit atque interfecit. ab hoc facto in subigendis cæteris Neruiis nullam difficultatem sensit.

Aduaticos Cęsar subigit.

Interim Aduatici, qui & genere & animis Cimbri erant, Neruiis vicinis suis opitulatum profecti, postquam de iis iam actum esse senserunt, domum reuerterunt: cunctísque oppidis desertis, sua omnia in vnum castellum, quod ipsis fortissimum erat, contulerunt: oppugnantémque id Cæsarem per multos dies, reiecerunt, donec ad machinationes se ille conuertit. Quandiu Romanos materiam cædere, machinásque construere viderunt, ignari quis earum vsus foret, eos irriserunt: postquam opera perfecta sunt, atque vndiquaque armati milites illis oppido admouebantur, noua atque inusitata specie commoti Aduatici, legatos ad Cæsarem de pace miserunt, militibus necessarias res suppeditauerunt, nonnihílque armorum de muro proiecerunt. Pôst, vbi opera ista viris iterum nudata, Romanos propter victoriam animo esse hilari viderunt, pœnitudine ducti,

A αὐτὴν ἤγγελλον, ἀπαλλαγῆναι. Καῖσαρ δὲ ᾔσθετο μὲν τὸ γιγνόμενον, οὐκ ἐτόλμησε δὲ σφᾶς εὐθὺς, ἀγνοίᾳ τῶν χωρίων, ἐπιδιῶξαι· ἀλλ᾽ ἅμα τήν τε ἵππον λαβὼν, καὶ τοὺς πεζοὺς ἐπακολουθεῖν κελεύσας, κατέλαβεν αὐτούς· καὶ ὑποστάντας ἐς μάχην (ἐνομίζετο γὰρ σὺν μόνῃ τῇ ἵππῳ εἶναι) διέτριψε μέχρις οὗ καὶ ὁ πεζὸς ἦλθε· καὶ οὕτω παντὶ τῷ στρατῷ περισχὼν, τούς τε πλείους κατέκοψε, καὶ τοὺς περιλοίπους ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. κἀκ B τούτου καὶ τῶν δήμων τοὺς μὲν ἀμαχεὶ προσηγάγετο, τοὺς δὲ πολέμῳ. Νερούιοι δὲ τῆς μὲν πεδιάδος (οὐ γὰρ ἀξιόμαχοι) ἑκόντες αὐτῷ ἐξέστησαν· ἐς δὲ δὴ τὰ ὄρη τὰ ὑλωδέστατα ἀνακομισθέντες, ἔπειτ᾽ ἐπὶ καὶ ἐκεῖθεν ἐπικατέδραμον ἀνέλπιστοι, καὶ καθ᾽ ὃ μὲν αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἦν, ἐτράποντο καὶ ἔφυγον· τῷ δὲ δὴ πλείονι τοῦ στρατοῦ καθυπέρτεροί τε ἐγένοντο, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοβοεὶ εἷλον. αἰσθόμενος δὲ τοῦτ᾽ ἐκεῖνος προσκεχωρήκει ἐπί τε τοῖς C τετραμμένοις διώκων, ἀνέστρεψε· καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς ἐν τῷ ἐρύματι ἁρπαγὴν ποιουμένους, περιεστοιχίσατο καὶ κατεφόνευσε. πράξας δὲ ταῦτα, οὐδὲν ὅτι μέγα ἔργον τοῖς λοιποῖς Νερουΐοις χειρούμενος ἔσχε. κἀν τούτῳ Ἀτουατικοὶ, πλησιόχωροί τε αὐτοῖς ὄντες, καὶ τὸ γένος τό, τε φρόνημα τὸ τῶν Κίμβρων ἔχοντες, ὥρμησαν μὲν ὡς καὶ βοηθήσοντες σφίσιν· ἐπεὶ δὲ ἔφθησαν προαλόντες, ἀνεχώρησαν, καὶ πάντα τἆλλα χωρία ἐκλι- D πόντες, ἐς ἓν τεῖχος τὸ κράτιστον ἀνεσκευάσαντο. καὶ αὐτῷ τῷ Καίσαρι προσβαλόντι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἀπεκρούσαντο, μέχρις οὗ πρὸς μηχανῶν ποίησιν ἐτράπετο. τότε γὰρ τέως μὲν τήν τε ὕλην τέμνοντας καὶ τὰ μηχανήματα συμπηγνύντας τοὺς Ῥωμαίους ἑώρων, γέλωτα τῇ ἀπειρίᾳ τῶν γιγνομένων ἐποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνά τε ἐξειργάσθη, καὶ ὁπλῖται σφίσι πανταχόθεν ἅμα ἐπ᾽ αὐτῶν προσήγοντο, κατεπλάγησαν, 59 E ἅτε μὴ πώποτε τοιοῦτόν τι ἑωρακότες· καὶ ἐκηρυκεύσαντο, τά τε ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις πέμψαντες, καὶ ὅπλα τινὰ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥίψαντες. ὡς μέντοι τά τε μηχανήματα τῶν ἀνδρῶν γυμνωθέντα αὖθις εἶδον, καὶ ἐκείνοις προθύμῃ διανοίᾳ ἐπὶ νίκῃ τετραμμένοις ᾔσθοντο, μετέγνωσαν·

καὶ ἀναθαρσήσαντες, τῆς νυκτὸς ἐπέξοδον, ὡς A καὶ ἀνελπίστους σφᾶς κατακόψοντες, ἐποιήσαντο. περιπεσόντες δὲ τοῖς προφύλαξιν (ὁ γὰρ Καῖσαρ ἀκριβῶς πάντα ἀεὶ διῴκει) ἐσφάλησαν· καὶ οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς ἔτι συγγνώμης ἔτυχεν, ἀλλὰ πάντες ἐπράθησαν. ἐπεὶ δὲ οὗτ᾽ ἐστράφετο, καὶ ἄλλοι, οἱ μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ, οἱ δὲ καὶ διὰ τῶν ὑποστρατήγων, συχνοὶ ἐκεχείρωντο, ὅ,τε χειμὼν ἐνέστη, ἀνεχώρησαν ἐς τὰ χειμάδια. μαθόντες δὲ ταῦθ᾽ οἱ Ῥωμαῖοι, ἐθαύμασαν ὅτι ἔ- B θνη τοσαῦτα, ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα πρότερον ἠκρίβουν, ᾑρήκει· καὶ ἐψηφίσαντο πεντεκαίδεκα ἐπ᾽ αὐτοῖς ἡμέρας θῦσαι· ὅπερ οὔπω πρότερον ἐγεγόνει. Κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ Γάρβας Σερούιος, ὑποστρατηγῶν αὐτῷ, μέχρι μὲν ἥ τε ὡραία καὶ τὸ στράτευμα συνεστὸς εἶχεν, Οὐαράγρους παρά τε τῇ Λεμβάνῳ λίμνῃ, καὶ πρὸς τοῖς Ἀλλόβριξι, μέχρι τῶν Ἄλπεων, οἰκοῦντας, τοὺς μὲν βίᾳ, τοὺς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρεστήσατο· ὥστε καὶ χειμάσαι κατὰ C χώραν παρασκευάσασθαι. ἐπεὶ μέντοι οἱ πλείους τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὲν περιέμενον, οἷα μὴ πόῤῥω τῆς Ἰταλίας ὄντες, οἱ δὲ καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ἄλλοσε ἀπεχώρησαν, καὶ αὐτῷ ἀπροσδόκητοι κατὰ τοῦτο οἱ ἐπιχώριοι ἐπέθεντο· πρὸς ἀπόνοιαν ὑπ᾽ ἀπογνώσεως προήχθη· καὶ ἐκπηδήσας ἐκ τοῦ χειμαδίου ἄφνω, τούς τε προσκειμένους οἱ τῷ παραδόξῳ τοῦ τολμήματος ἐξέπληξε, καὶ δι᾽ αὐτῶν πρὸς τὰ μετέωρα διέπεσε. γενόμενος δὲ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, ἠμύνατο μὲν αὐτοὺς μετὰ τοῦτο, καὶ ἐδου- D λώσατο, οὐ μὴν καὶ ἐχείμασεν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν τῶν Ἀλλοβρίγων μετέστη. ταῦτα μὲν ἐν τῇ Γαλατίᾳ ἐγίγνετο.

Πομπήιος δὲ ἐν τούτῳ τὴν κάθοδον τῷ Κικέρωνι ψηφισθῆναι διεπράξατο. ὃν γὰρ διὰ τοῦ Κλωδίου ἐξεληλάκει, τοῦτον ἐπ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον ἐπανήγαγεν. οὕτω που τὸ ἀνθρώπειον δι᾽ ὀλίγου τε ἔστιν ὅτε μεταβάλλεται, καὶ ἀφ᾽ ὧν ὠφεληθήσεσθαι τινὲς ἢ καὶ βλαβήσεσθαι νομίζουσι, τὰ ἐναντιώτατα ἀντι- E λαμβάνουσι. συνέπραττον δὲ ἀπὸ τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν δημάρχων ἄλλοι τε καὶ Τίτος Ἄννιος Μίλων, οἵπερ που καὶ τὴν γνώμην ἐς τὸ πλῆθος ἐσήνεγκαν. ὁ γὰρ Σπινθὴρ ὁ ὕπατος

audaciáque recepta, de nocte oppido egressi sunt, vt eos inopinatò obtruncarent: verùm quum in excubitores incidissent, (accuratè enim omnia Cæsar semper curabat) proposito frustrati sunt: ac, ne reliquis vllus locus fuit, sed omnes sub hastam missi sunt. His ita gestis, Cæsar, quum alios plurimos populos partim ipse, partim per suos legatos subegisset, iámque hyems instaret, in hyberna profectus est. Romani, re cognita, mirati, tot populos quorum ne nomina quidem satis cognita antè fuerant, eum domuisse, supplicationem xv. dierum decreuerunt. quod ante id tempus acciderat nunquam. Eodem tempore Sergius Galba, Cæsaris legatus, per æstatem, ac priusquam exercitum in hyberna dimitteret, Veragros, qui ad lacum Lemannum, iuxta Allobroges vsque ad Alpes incolũt, partim vi, partim conditionibus pacis datis, receperat, ita vt hyemare quoque ibi locorum constitueret. Sed postquam militum alii cum eo manserunt, quippe haud longè ab Italia se abesse rati, plerique verò in alia loca discesserunt, incolæ autem eius regionis, eo intellecto, inopinatis ipsum insidiis aggressi sunt: tum ex desperatione in furorem versus, repentè hybernaculis exiluit, incredibilíque audacia hostibus qui eum obsederant consternatis, per eos in locum sublimẽ euasit: atque in tuto constitutus, vltus id facinus, hostes in seruitutem redegit: hyberna autem ipse eo loco vlterius non habuit, sed ad Allobroges transtulit.

Supplicatio ob res gestas Cæsari decreta.

Sergii Galbæ in Veragris gesta.

Dum hæc in Gallia geruntur, Pompeius interea effecit vt reditus Ciceroni decerneretur. Quẽ enim Clodii causa expulerat, eum contra eundẽ reduxit. Ita nimirum facillimo momento mutantur animi hominum: vsúque venit vt à quibus se vel adiutũ vel læsum iri quis existimet, eos longè alios experiatur. Pompeium ea in re prætores nonnulli, tribuníque plebis, atque inter eos in primis Titus Annius Milo, adiuuabant, qui etiam ea de re ad populum retulerunt: ac præter hos Spinther etiam consul, par-

De reditu Ciceronis, vtque eum Pópeius & Milo confecerint.

tim studio Pompeio gratificandi incitatus, partim odio Clodii impulsus, propter quod eum quoque in iudicio de adulterio damnauerat. Clodio contrà, cùm alii qui magistratus gerebant, aderant, tum frater suus Appius Claudius prætor eo tẽpore, consúlque Nepos, qui ob peculiarem inimicitiam Ciceroni infensus erat. Maiores quàm antè tumultus inter has factiones coorti sunt, quòd dissidiis ciuilibus ipsi cõsules præerant: multáque cùm alia parum decora perpetrata sunt, tum in ipsa suffragatione Clodius, cognito multitudinem pro Cicerone futurã, acceptis gladiatoribus, quos frater suus parauerat ad ludos funebres, quos Marco propinquo suo instituerat, in concionem insiluit: multísque sauciatis, multis occisis, legis lationem impediuit. Ipse deinde his stipatoribus vsus, omnibus iam formidini erat, ædilitatémque petebat: quòd eam adeptus, iudiciũ de vi subterfugiturum se cogitaret. Detulerat enim nomen eius Milo, non tamen accusauit. nondum enim constituti erant quæstores, à quibus sortitionem iudicum fieri oportebat: Nepósque prætori edixerat ne quod iudicium, antequam iudices sorte deligerentur, admitteret. Oportebat autem prius ædiles quàm quæstores constitui: eiúsque rei causa potissimum hanc moram iniiciebat. Milo quum hoc ipsum impugnaret, multæque turbæ fierent, tandem ipse quoque coacta manu gladiatorum, aliorúmquesuę sententiæ hominum, cum Clodio aliquoties conflixit: feréque per totam eam vrbem cædes grassabantur. Itaque Nepos sibi à collega, Põpeióque cæterísq; optimatibus, metuens, sententiam mutauit. Hoc facto, referente Lentulo, senatus autor factus est vt Cicero reduceretur: ídque populus, quum videret vtrũque consulem autorem esse, ita iussit. Ac, quanquam Clodius iis reclamabat, tamen Milone se ei opponente, ita vt vim facere nullam posset, Põpeio quoque & aliis legi huic astipulantibus, ea factio longè superior euasit.

Cicero in patriam redit.

Reuersus igitur est Romam Cicero, factáque sibi à consulibus

A ὁ μέν τι καὶ τῷ Πομπηΐῳ χαριζόμενος, ὁ δὲ καὶ ἐξ ἰδίας ἔχθρας τὸν Κλώδιον ἀμυνόμενος, ὑφ' ἧς καὶ τὴν μοιχείαν αὐτοῦ δικάζων κατεγνώκει. τῷ ἐκείνῳ δὲ ἄλλοι τε τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων ὑπῆρχον, καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἄππιος Κλαύδιος στρατηγῶν, ὅ τε Νέπως ὁ ὕπατος, ἀπ' οἰκείας τινὸς ἔχθρας τὸν Κικέρωνα μισῶν. οὗτοί τε οὖν ἐπὶ πλέον ἢ πρίν, ἅτε καὶ ἡγεμόνας τοὺς ὑπάτους ἔχοντες, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν τῇ πόλει, διαστάντες πρὸς ἑκατέρους, ἐ-

B θορύβουν. καὶ ἄλλα τε ἐκ τούτου οὐκ ἐν κόσμῳ πολλὰ ἐγίγνετο, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαψηφίσει ὁ Κλώδιος γνοὺς τὸ πλῆθος πρὸς τοῦ Κικέρωνος ἐσόμενον, τοὺς μονομάχους, οὓς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρὸς ἀγῶνας ἐπιταφίους ἐπὶ τοῦ Μάρκου τοῦ συγγενοῦς προπαρεσκευάσατο, λαβὼν, ἐσεπήδησεν ἐς τὸν σύλλογον· καὶ πολλοὺς μὲν ἔτρωσε, πολλοὺς δὲ ἔκτεινεν. οὔτ' οὖν ἡ γνώμη ἐκυρώθη, καὶ ἐκείνοις ὡς δορυφόροις συνὼν, φοβερὸς καὶ ἐς τὰ ἄλλα πᾶσιν ἦν. ἀ-

C γορανομίαν τε ᾔτει, ὡς καὶ τὴν δίκην τῆς βίας, ἂν ἀποδειχθῇ, διαφευξούμενος. ἐγράψατο γὰρ αὐτὸν ὁ Μίλων, καὶ οὐκ ἐσήγαγεν. οὔτε γὰρ οἱ ταμίαι, δι' ὧν τὴν ἀποκλήρωσιν τῶν δικαστῶν γενέσθαι ἐχρῆν, ᾕρηντο· καὶ ὁ Νέπως ἀπεῖπε τῷ στρατηγῷ μηδεμίαν πρὸ τῆς κληρώσεως αὐτῶν, δίκην προσέσθαι. ἔδει δὲ ἄρα τοὺς ἀγορανόμους πρὸ τῶν ταμιῶν καταστῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ὅτι μάλιστα ἡ διατριβὴ ἐγένετο. μαχόμενος δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ 60

D τούτου, πολλὰ ἐταράττετο· καὶ τέλος, μονομάχους τινὰς καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους τῶν τὰ αὐτά οἱ βουλομένων ἀθροίσας, ἐς χεῖρας τῷ Κλωδίῳ συνεχῶς ᾔει· καὶ σφαγαὶ κατὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν πόλιν ἐγίγνοντο. ὁ οὖν Νέπως, φοβηθεὶς πρός τε τοῦ συνάρχοντος, καὶ πρὸς τοῦ Πομπηΐου, τῶν τε ἄλλων τῶν πρώτων, μετεβάλετο. καὶ οὕτως ἥ τε γερουσία κατελθεῖν τὸν Κικέρωνα, τοῦ Σπινθῆρος ἐσηγησαμένου, προεβούλευσε· καὶ ὁ δῆμος, ἀμφοτέρων

E τῶν ὑπάτων ἐσενεγκόντων, ἐψηφίσατο. ἀντέλεγε μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς Κλώδιος, ἀλλ' ἐκείνῳ τε ὁ Μίλων ἀντέκειτο, ὥστε μηδὲν βίαιον δρᾶσαι· καὶ τῷ νόμῳ ἄλλοι τε καὶ ὁ Πομπήϊος συνέστησαν, ὥστε πολὺ κρείττους αὐτοὺς γενέσθαι.

Κατῆλθέ τε οὖν ὁ Κικέρων, καὶ χάριν τῇ τε

βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, παρασχόντων αὐτῷ τῶν ὑπάτων, καὶ κατὰ τὸ συνέδριον καὶ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἔγνω· τῷ τε Πομπηίῳ τὴν ἔχθραν, τὴν ἐπὶ τῇ φυγῇ μεθεὶς, συνηλλάγη, καὶ τήν τε εὐεργεσίαν παραχρῆμα ἀπέδωκε. λιμοῦ γὰρ ἐν τῇ πόλει ἰσχυροῦ γενομένου, καὶ τοῦ ὁμίλου παντὸς ἔς τε τὸ θέατρον (οἵῳ δὴ καὶ τότε ἐν θεάτρῳ ἐς τὰς πανηγύρεις ἐχρῶντο) καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐπὶ τοὺς βουλευτὰς συνεδρεύοντας ἐσπηδήσαντος· καὶ τοτὲ μὲν ἐν χερσὶν αὐτοὺς ἀποσφάξειν, τοτὲ δὲ καὶ καταπρήσειν σὺν αὐτοῖς τοῖς ναοῖς ἀπειλοῦντος· ἔπεισε σφᾶς ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου τὸν Πομπήιον προχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴν αὐτῷ ἀνθυπάτου καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἔξω ἐπὶ πέντε ἔτη δοῦναι. καὶ ὁ μὲν, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς καταποντισταῖς πρότερον, οὕτω καὶ τότε ἐπὶ τῷ σίτῳ πάσης αὖθις τῆς οἰκουμένης τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις τότε οὔσης ἄρξειν ἔμελλε. Καῖσαρ δὲ καὶ Κράσσος ἄλλως μὲν ἤχθοντο τῷ Κικέρωνι, σπουδὴν δ' οὖν τινα αὐτοῦ ἔσχον, ἐπειδὴ πάντως καθήξοντα αὐτὸν ᾔσθοντο (καὶ γὰρ ὁ Καῖσαρ καὶ ἀπὼν εὔνοιάν τινα αὐτῷ ἐνεδείξατο) οὐ μέντοι καὶ χάριν οὐδεμίαν ἀντέλαβον. ἐκεῖνος γὰρ οὔτε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκότας εἰδὼς, καὶ τῆς φυγῆς αἰτιωτάτους γεγονέναι νομίζων, ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς οὐ πάνυ πρὸς αὐτοὺς ἐθρασύνετο, ἅτε καὶ τῆς ἀκράτου παρρησίας ἐπικαρπιῶν νεωστὶ πεπειραμένος· βιβλίον μέντοι τι ἀπόρρητον συνέθηκε· καὶ ἐπεὶ ἐπέγραψεν αὐτῷ ὡς καὶ περὶ τῶν ἑαυτοῦ βουλευμάτων ἀπολογισμόν τινα ἔχοντι. πολλὰ δὲ δὴ καὶ δεινὰ ἐς αὐτὸ καὶ περὶ ἐκείνων καὶ περὶ ἄλλων τινῶν συνένησε, καὶ διὰ τοῦτο φοβηθεὶς μὴ καὶ ζῶντος αὐτοῦ ἐκφοιτήσῃ, κατεσημήνατό τε αὐτὸ καὶ παρέδωκε τῷ παιδὶ, προστάξας οἱ μήτ' ἀναγνῶναι μήτε δημοσιεῦσαι τὰ γεγραμμένα, πρὶν ἂν μεταλλάξῃ. Κικέρων μὲν οὖν αὖθις ἀνεβλάστανε, καὶ τήν τε ἄλλην οὐσίαν, καὶ τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας, καίτοι τῇ Ἐλευθερίᾳ ἀνειμένον, καὶ τοῦ Κλωδίου καὶ ἐπιθειάζοντος, καὶ ἐς ἐνθύμιον αὐτῷ προβάλλοντος, ἐκομίσατο. τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, καθ' ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων, ὡς οὐκ ἐν τοῖς ὡρισμένοις ἐκ τῶν πατρίων χρόνοις ἐκτεθέντος αὐτοῦ, τὴν δημαρχίαν τοῦ

A potestate, senatui in curia, populóque in concione gratias egit: Pompeióque inimicitia, quam propter exilium suum susceperat, condonata, in gratiam rediit: statimque eius beneficium compensauit. Quum enim ingens vrbem fames affligeret, plébsque vniuersa in theatrum primò (quo tūc temporis vnico ad ludos vtebātur) deinde in Capitolium aduersum senatum, qui tum in concilio erat, impetum faceret, ac modò cædem ipsis, modò se eos cum templo
B combusturum minaretur: Cicero senatui persuasit vt Pompeio annonæ procurationem mandarent, eique imperiū proconsulare ad quinquenium in Italia omnibúsque terris darent.

Pompeius rei frumentariæ præfectus.

Ita futurum erat vt, sicut antè contra prædones, ita nunc caritatis incumbentis causa, iterum in omnes terræ partes quæ sub ditione Romana essent, imperium obtineret. At Cæsar & Crassus, etsi Ciceronē odio habebant, tamen quia eū
C rediturum constabat, curam eius aliquam sibi assumpserunt: ipséque Cæsar absens beneuolentiam erga Ciceronem aliquam ostentauit: nulla tamen ipsis à Cicerone relata est gratia. Quia enim hoc eos non ex animo facere sciebat, existimabátque per eos se præcipuè exterminatum fuisse, apertè contra ipsos quippiam tentare non ausus (quòd immodicæ in dicendo libertatis fructus nuper iam sensisset) librum quendam occultum conscripsit, cuius erat inscri
D ptio, De suorum consiliorum rationibus.

Ciceronis in Cæsarem & Crassum liber.

In eum multa acerba contra Cæsarem Crassúmque aliósque nōnullos dicta congessit: metuénsque ne se viuo emanaret, obsignatum filio tradidit, cum mandato, ne eum se superstite aut legeret aut ederet. Cicero igitur denuo reuiguit, ac nō modò cæteras suas facultates, sed solum etiam ædium suarum recuperauit: quanquam id Libertati dedicatum, à Clodióque consecratum, & religioni obligatū erat. Cicero au-
E tem lationē legis Curiatæ, per quam Clodius à patriciis ad plebem traductus erat, improbans, cúmque non eo tempore quod præscriptum legibus maiorum fuerat, adoptandum datum dicens, totum eius tribuna-

tum, in quo etiam de domo sua decretū fuerat, euertit: indicauitque, quia contrà quàm leges ferrent is ad plebem transiisset, nihil quoque eorum quæ egisset, ratum esse habēdum: eòque pontifices permouit, vt aream sibi, quæ nimirum nō sacra sed profana esset, restituerent. Hac ratione Cicero & superficiē ædium suarum & pecunias instaurandis ædibus, cæterísque suis facultatibus quæ iniuriam aliquam acceperant, reficiendis adeptus est.

οὖν Ῥωμαῖοι ἐπί τ᾽ ἐκείνοις τοῖς παθήμασι λυπούμενοι, καὶ ἕτερα χαλεπώτερα (ὡς καὶ διὰ τὴν τοῦ Πτολεμαίου κάθοδον ὀργὴν σφίσι τοῦ δαιμονίου πεποιημένου) προσδεχόμενοι, ἠπείγοντο καὶ ἀπόντα τὸν Γαβίνιον (ὡς καὶ ἧττόν τι, ἂν φθάσωσιν αὐτὸν ἀπολέσαντες, κακωθησόμενοι) θανατῶσαι. καὶ οὕτω γε ἐντόνως ἔσχον, ὥστε, καίτοι μηδενὸς τοιούτου ἐν τοῖς Σιβυλλείοις χρησμοῖς εὑρεθέντος, ὅμως τὴν γερουσίαν πικρότατα καὶ ταχύτατα τούς τε ἄρχοντας καὶ τὸν δῆμον αὐτῷ χρήσασθαι, προβουλεῦσαι. ἐν ᾧ δὲ ταῦτ᾽ ἐγίγνετο, χρήματα ὑπὸ τοῦ Γαβινίου προπεμφθέντα, οὐχ ὅπως ἀπόντα, οὐδὲ ἐπελθόντα δεινόν τι παθεῖν αὐτὸν ἐπί γε ἐκείνοις ποιῆσαι. καὶ οὕτω καὶ αὐτὸς αἰσχρῶς καὶ κακῶς ὑπὸ τοῦ συνειδότος διετέθη, ὥστε καὶ χρόνιος ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, καὶ νυκτὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσκομισθῆναι, ἔξω τε τῆς Ἰταλίας συχναῖς πάνυ ἡμέραις μὴ τολμῆσαι φανῆναι. τὰ μὲν οὖν ἐγκλήματα πολλὰ ἦν, καὶ κατηγόρους οὐκ ὀλίγους εἶχε. πρῶτον δ᾽ οὖν περὶ τῆς τοῦ Πτολεμαίου καθόδου, ἅτε καὶ μεγίστου, ἐδικάσθη. καὶ ὅ γε δῆμος σύμπας, ὡς εἰπεῖν, πρός τε τὸ δικαστήριον συνερρύη, καὶ διασπάσασθαι πολλάκις αὐτὸν ἠθέλησεν· ἄλλως τε καὶ ὅτι οὔθ᾽ ὁ Πομπήιος παρῆν, καὶ ὁ Κικέρων δεινότατα αὐτοῦ κατηγόρησεν. οὕτω δὲ αὐτῶν διακειμένων, ἀφείθη. αὐτός τε γὰρ, ἅτε ἐπὶ τηλικούτοις κρινόμενος, παμπληθῆ χρήματα ἀνάλωσε, καὶ οἱ τοῦ Πομπηίου τοῦ τε Καίσαρος ἑταῖροι προθυμότατα αὐτῷ συνήραντο· λέγοντες ἄλλον τε τινὰ καιρὸν καὶ ἄλλον βασιλέα πρὸς τῆς Σιβύλλης εἰρῆσθαι· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι μηδεμία τῶν πραχθέντων τιμωρία ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτῆς ἐνεγέγραπτο. ὁ δ᾽ οὖν δῆμος ὀλίγου μὲν καὶ τοὺς δικαστὰς ἀπέκτεινε· δια-
76 φυγόντων δὲ αὐτῶν, ἐπετήρει τὰ λοιπὰ αὐτοῦ ἐγκλήματα, καὶ ἐποίησεν ἐπ᾽ ἐκείνοις γοῦν αὐτὸν ἁλῶναι. οἱ γὰρ λαχόντες περὶ αὐτῶν κρῖναι, τό, τε πλῆθος ἅμα φοβηθέντες, καὶ μηδὲν μέγα παρὰ τοῦ Γαουινίου εὑράμενοι (ὁ γὰρ ἐπί τε βραχυτέροις εὐθυνόμενος, καὶ προσδοκῶν καὶ τότε κρατήσειν, οὐ πολλὰ ἐδαπάνησε) κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, καίτοι τοῦ Πομπηίου πλησίον ὄντος, καὶ τοῦ Κικέρωνος ἀγορεύοντος αὐτῷ·

mala Romani ægre ferētes, & (quia ob restitutum Ptolemæum deos sibi iratos esse arbitrabantur) maiora alia timentes, Gabinium absentem etiam tum vt morte multarent properabant, minoribus se malis afflictum iri sperantes, si quamprimum eum peremissent. Ac, quamuis nihil eiusmodi in Sibyllino oraculo inueniebatur, tanta tamen contentione in id incubuerūt, vt acerbissimum in Gabinium supplicium statuendi magistratibus ac populo senatus autor factus sit. Enimuero interea temporis pecuniæ à Gabinio præmissæ Romam venerunt: eæ, non modò absens sed ne præsens quidem grauius quicquam vt pateretur effecerunt. Ipse quidem conscientia tam turpium facinorum ita vrgebatur, vt & serò in Italiam aduenerit, & noctu in vrbem inuectus sit: multisque diebus extra Italiam conspici se, ferre non potuerit. Accusationes in eum multæ, & actores haud pauci extabant: primùm autem de Ptolemæi reductione, vt maximo crimine, cognitum est. In ea actione vniuersus fere populus ad tribunal confluxit: sæpiúsque illis eum discerpere animus fuit, præsertim quòd nec Pompeius aderat, & Cicero eum summa dicēdi vi accusabat. Nihilo tamen minus absolutus est. ipse enim, vt qui de tantis criminibus iudicium sustineret, immensam pecuniæ vim elargitus fuerat: sociique Pompeii & Cæsaris promptissimè ei opitulabātur, aliud tempus à Sibylla aliúmque regem indicatum dicentes: eóque maximè nitebantur, quòd nulla in eo carmine rei perpetratæ pœna erat assignata. Parū abfuit quin ipsos iudices populus interfecisset: iis elapsis cætera crimina collegit, effecitque vt propter ea tamen perageretur. Quibus enim sorte obtigerat id iudicium, ii, simul populum timentes, simul, quòd nullum à Gabinio munus acceperant (is enim leuioribus de causis in ius vocatus, nullos sumptus iam faciebat, haud dubius causa se tum quoque staturum) reum damnauerunt: quāuis & Pompeius propè adesset, & Cicero pro Gabinio diceret.

Ira populi in Gabinium.

Gabinius per suas pecunias seruatus.

Actio aduersus Gabinium de Ptolemæi reductione.

Gabinius absolutus, & deinde damnatus.

Pompeius, qui ad rem frumentariã explicandam profectus vrbe erat, (nam frumenti permultum exundatione Tiberis corruptum fuerat) ac tum in Italia versabatur, ad hoc quoque iudicium vt veniret, sicuti in priore adfuerat, properauit. Sed quum serius venisset, ex suburbanis non antè recessit quàm id consummatum esset. Idémque populo extra pomœrium congregato, quia ipsi proconsulare imperium iam gerenti in vrbem venire non licebat, multa pro Gabinio verba fecit, recitatis etiam literis, ad se pro Gabinii salute à Cæsare missis: iudicésque deprecatus est: Ciceronémque non modò à Gabinio accusando auertit, sed vt eiusdem causam ageret effecit: atque hinc Ciceroni nomen criménque perfugæ auctum vehementius est. Nihil tamen ea Gabinio profuerunt: sed exilio damnatus tum est, cúmque Cæsar postea temporis reduxit. Sub idem tempus Pompeii coniunx filiolam enixa obiit: eámque nonnulli, siue ad hoc à Pompeii Cæsarisque amicis inducti, siue vt eorum bonam gratiam captarent, postquam in foro funebri laudatione ornata fuit, in campo Martio sepeliuerunt: quantumuis Domitio resistente, atque inter alia dicente, non fas esse eam in sacro loco sine decreto sepeliri.

Ciceronis leuitas.

Cicero vocatus perfuga.

Gabinius exul.

Iulia Cæsaris F. Pompeij vxor moritur.

Tum quoque tẽporis C. Pomptinus de Gallis triumphum duxit: cuius quũ ei nemo ad id tempus potestatem fecisset, extra pomœrium manserat: ac, ne tum quidem obtinuisset, nisi Sergius Galba, qui eius in ea militia socius fuerat, tunc prætor, suffragia quibusdam sub auroram (etsi lege cautum erat ne quid cum populo ante primam horam ageretur) dedisset. Itaque tribuni plebis aliquot, concione relicta, inuehenti cum pompa negotium exhibuerunt, ita vt ad cædes quoque deueniretur.

C. Pomptinus de Gallis triũphat.

A ὁ γὰρ Πομπήιος κατὰ τὴν τοῦ σίτου πρόνοιαν, ἐπειδὴ πολὺς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διέφθαρτο, ἐκδημήσας, ὥρμησε μὲν ὡς καὶ ἐς τὸ πρότερον δικαστήριον ἀπαντήσων (ἐν γὰρ τῇ Ἰταλίᾳ ἦν) ὑστερήσας δὲ αὐτοῦ, οὐκ ἀπεχώρησεν ἐκ τοῦ προαστείου πρὶν καὶ ἐκεῖνο τελεσθῆναι. καὶ μέντοι καὶ τοῦ δήμου ἔξω τοῦ πωμηρίου (τὴν γὰρ ἀρχὴν ἤδη τὴν τοῦ ἀνθυπάτου ἔχων, οὐκ ἠδυνήθη ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν) ἀθροισθέντος, πολλὰ ὑπὲρ τοῦ Γαβινίου ἐδημηγόρησε· καὶ γράμ-B ματά τινα παρὰ τοῦ Καίσαρος πρὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πεμφθέντα ἀνέγνω, καὶ τοὺς δικαστὰς ἱκέτευσε· τόν τε Κικέρωνα οὐχ ὅπως κατηγορῆσαι ἔτι αὐτοῦ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερδικῆσαι. καὶ ἔπεισεν· ὥστε καὶ ἐκ τούτου τὸ τοῦ αὐτομόλου ἔγκλημα καὶ ὄνομα ἐπὶ πλεῖον οἱ αὐξηθῆναι. οὐ μέντοι καὶ ὠφέλησέ τι τὸν Γαβίνιον, ἀλλὰ τότε μὲν ἔφυγεν ἁλούς, ὥσπερ εἶπον, ὕστερον δ' ὑπὸ τοῦ Καίσαρος κατήχθη. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ τοῦ Πομπηίου C γυνή, θυγάτριόν τι τεκοῦσα, ἀπέθανε· καὶ αὐτήν, εἴτε διαπραξαμένων τῶν τε ἐκείνου καὶ τῶν τοῦ Καίσαρος φίλων, ἢ καὶ ἄλλως πως χαρίσασθαί τινες αὐτοῖς ἐθελήσαντες, συναρπάσαντες, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε, καὶ ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἔθαψαν· καίτοι τοῦ Δομιτίου ἀνθισταμένου, καὶ λέγοντος ἄλλα τε, καὶ ὅτι οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ ἄνευ τινὸς ψηφίσματος θάπτοιτο.

Κἀν τούτῳ καὶ ὁ Πομπτῖνος ὁ Γάιος τὰ ἐπινίκια τὰ τῶν Γαλατῶν ἔπεμψεν. ἐς γὰρ ἐκεῖ-D νο τοῦ χρόνου μηδενός οἱ διδόντος αὐτά, ἔξω τοῦ πωμηρίου διέμεινε. καὶ τότε δ' ἂν αὐτῶν ἡμάρτεν, εἰ μὴ ὁ Γάλβας ὁ Σερούιος συστρατευσάμενος αὐτῷ, κρύφα καὶ ὑπὸ τὴν ἕω στρατηγῶν τὴν ψῆφόν τισι (καίπερ οὐκ ἐξὸν ἐκ τῶν νόμων, πρὶν πρώτην ὥραν γενέσθαι, ἐν τῷ δήμῳ τι χρηματισθῆναι) ἔδωκε. καὶ διὰ τοῦτο τῶν δημάρχων τινὲς ἀπολειφθέντες τῆς ἐκκλησίας, ἐν γοῦν τῇ πομπῇ πράγματα αὐτῷ παρέσχον, ὥστε καὶ σφαγὰς συμβῆναι. ἐν μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ταῦτα τότε ἑπτακόσια ἔτη ἀγούσῃ ἐγένετο.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ῬΩΜΑΙΚΩΝ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤῸΝ βιβλίον.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QVADRAGESIMUS.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ, ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΤΗΣ ΔΟμιτίου καὶ Ἀππίου Κλαυδίου ὑπατείας· καὶ ἄλλα ἔτη δ, ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο. 77

Γν. Δομίτιος Μ. υ. Καλουῖνος,	καὶ	Μ. Οὐαλέριος Μεσσάλας.
Γν. Πομπήϊος Γν. υ. τὸ γ΄,	καὶ	Καικίλιος Μέτελλος Σκιπίων, Νασικοῦ υ.
Σερούϊος Σουλπίκιος Κ. υ. Ῥοῦφος,	καὶ	Μ. Κλαύδιος Μ. υ. Μάρκελλος.
Λ. Αἰμίλιος Μ. υ. Παῦλος,	καὶ	Γ. Κλαύδιος Μάρκελλος.

TEMPVS HOC LIBRO CONTINETVR, quod reliquum erat de consulatus Domitij & Appij Claudij anno: ac præterea anni quatuor, in quibus hi consules recensentur.

701.	Cn. Domitius M.F.Caluinus,	&	M. Valerius Messala.
702.	Cn. Pompeius Cn.F.III,	&	Cæcilius Metellus Scipio, Nasicæ F.
703.	Seruius Sulpitius Q. F.Rufus,	&	M.Claudius M.F.Marcellus.
704.	L. AEmilius M.F.Paulus,	&	C.Claudius Marcellus.

ANNO V.C.



ἘΝ μὲν δὴ τῇ Ῥώμῃ ταῦτα τότε ἑπτακόσια ἔτη ἀγούσῃ ἐγένετο. ἐν δὲ δὴ τῇ Γαλατίᾳ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνων τοῦ Δομιτίου αὖ τοῦ Λουκίου καὶ τοῦ Κλαυδίου Ἀππίου ὑπάτων, τά τε ἄλλα καὶ ναῦς, ἐν μέσῳ τῶν τε σφετέρων τῶν ταχειῶν, καὶ τῶν αὐτόθεν τῶν φορτίδων, ὅπως ὡς μάλιστα καὶ κουφίζωσι, καὶ πρὸς τὸ κῦμα ἀντέχωσιν, ἐπί τε ξηροῦ ἱστάμεναι μὴ λυμαίνωνται, παρεσκευάσατο. καὶ ἐπεὶ

HAEC ita Romæ agebantur, anno ab vrbe condita septingentesimo. In Gallia Cæsar, iisdē L.Domitio & Appio Claudio consulibus, præter reliquum bellicum apparatum, naues ædificandas curauit, mediæ inter eas quas secum celeres adduxerat, atque onerarias quas ibi acceperat, naturæ: vt & quammaxime agiles essent, & vim fluctuum tolerare possent, inque sicco destitutæ iniuriam nullam acciperent. His paratis, vbi

Cæsaris in Britanniam posterior transitus.

primùm tempus nauigationi commodum incidit, iterum in Britanniam traiecit, eo obtento, quòd obsides ad se, quos promiserant Britanni, non omnes missi fuerant. namque illi, quòd re infecta Cæsar discessisset, nunquam fore putabant vt ad bellum sibi inferendum rediret. Cæsar re vera insulæ potiundæ ingenti cupiditate tenebatur, haud dubiè, si obsidum nõ missorum prætextus defuisset, aliam causam inuenturus. Is vbi ad insulam classem appulit, nemine resistere auso, propterea quòd multitudine nauium, quæ vndiquaque terræ accedebant, terrebantur, confestim statione occupauit. Barbari, quum ei ne adnauigaret obstare his de causis nõ potuissent, magis etiam quàm antè sibi veriti, quòd maiorẽ quàm prius exercitum Cæsar adduxerat, in syluis quammaximè obsita oppida, quæcunque pretiosa habebant, contulerunt. Ea quum incisis circumcirca arboribus, aliísque insuper congestis sepiissent, vt haud absimilem vallo speciem præberent, pabulatores deinde Romanorum infestauêre: semélque pugna in aperto loco victi, in fuga se eò recepêre: inde impetu facto, Romanorum plurimos ceciderunt. Post hæc quum Romanorum classem vis tẽpestatis denuo afflixisset, Britanni euocatis sociis, summáque rei ad Suellam, qui inter eius insulæ regulos plurimum poterat, delata, ad ipsam nauium Romanorum stationem contenderunt. Quibus obuiam facti Romani, primò essedorum occursu perturbati sunt: deinde intercapedine inter ordines facta euitatísque essedis, atque ex obliquo in hostem incurrentem iaculati, pugnam restituerunt. Post eam pugnam vtrique eodem in loco perstiterunt: alio autem conflictu barbari quũ peditatum Romanorum vicissent, ab equitatu afflicti, ad Thamesin flumen sese receperunt: vadóque sudibus, aliis ex aqua extantibus, aliis infra eam delitescentibus, præmunito, ipsi eò loci consederunt. Postquam in eos Cæsar violento facto impetu, à transitu quem obstruxerant repulit, oppugnatósque, etiam castris, quæ munita habebant, eiecit, aliáque parte naualia castra

Suella, vnus ex Britanniæ regulis.

A πλώϊμα ἐγένετο, ἐς τὴν Βρεττανίαν αὖθις ἐπεραιώθη· πρόφασιν μὲν, ὅτι μὴ πάντας τοὺς ὁμήρους οὓς ὑπέσχοντο, ἐπεπόμφεσαν, (νομίζοντες αὐτὸν, ὅτι διακενῆς τότε ἀνεχώρησε, μηκέτ' αὖθις σφῶν πειράσειν) ποιησάμενος· ἔργῳ δὲ, δεινῶς τῆς νήσου ἐφιέμενος. ὥστε εἰ μὴ καὶ τοῦτο ἦν, πάντως ἂν ἄλλην τινὰ σκῆψιν εὗρεν. κατῆρέ τε οὖν ἔνθα, καὶ πρότερον μηδενὸς, ὑπό τε τοῦ πλήθους τῶν νεῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ πολλαχόσε ἅμα αὐτοῖς καταχθῆναι τολμή-

B σαντος ἀντιστῆναι, καὶ τὸν ναύσταθμον εὐθὺς ἐχειρώσατο. οἱ οὖν βάρβαροι τὸν μὲν πρόσπλουν αὐτοῦ οὐκ ἠδυνήθησαν διὰ ταῦτα κωλῦσαι· δείσαντες δὲ μᾶλλον ἢ πρότερον, ἅτε καὶ στρατῷ πλείονι αὐτοῦ ἐλθόντος, ἐς τὸ λασιώτατον καὶ ἐς τὸ λοχμωδέστατον τῶν ἐγγὺς χωρίων πάντα τὰ τιμιώτατα συνεφόρησαν· καὶ αὐτὰ ἐν ἀσφαλεῖ ποιησάμενοι (τά τε γὰρ πέριξ ξύλα ἔκοψαν, καὶ ἕτερα ἐπ' αὐτοῖς στοιχηδὸν ἐπισυνένησαν, ὥστε ἐν χα-

C ρακώματι τρόπον τινὰ εἶναι) ἔπειτα τοὺς προνομεύοντας τῶν Ῥωμαίων ἐλύπουν. καὶ δὴ καὶ μάχῃ τινὶ ἐν τῷ ψιλῷ ἡττηθέντες, ὑπήγαγον σφᾶς ἐκεῖσε κατὰ τὴν δίωξιν, καὶ συχνοὺς ἀντεπέκτειναν. καὶ μετὰ τοῦτο χειμῶνος αὖθις τὰς ναῦς αὐτῶν λυμηναμένου, συμμάχους τε προσμετεπέμψαντο, καὶ ἐπ' αὐτὸ τὸ νεώριον σφῶν ὥρμησαν, καὶ Σουέλλαν τινὰ τῶν τὰ πρῶτα ἐν τῇ νήσῳ δυναστῶν φερόμενον προστησάμενοι. καὶ αὐτοῖς ἀπαντήσαντες οἱ Ῥω-

D μαῖοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐταράχθησαν τῇ τῶν ἁρμάτων προσμίξει· ἔπειτα δὲ διιστάμενοι, καὶ ἐκεῖνά τε παρεξιέντες, καὶ τοὺς παραθέοντας ἐς τὰ πλάγια βάλλοντες, ἀνεσώσαντο τὴν μάχην. καὶ τότε μὲν κατὰ χώραν ἀμφότεροι ἔμειναν· αὖθις δὲ οἱ βάρβαροι, τοῦ μὲν πεζοῦ κρείττους γενόμενοι, ὑπὸ δὲ τῆς ἵππου κακωθέντες, πρός τε τὸν Ταμέσαν ἀνεχώρησαν, καὶ τὸν πόρον αὐτοῦ σταυροῖς, τοῖς μὲν, ἐμφανέσι, 78
τοῖς δὲ καὶ ὑφύδροις, διαλαβόντες, ηὐλίσαν-

E το. ἐπειδή τε ἐκείνους τε ὁ Καῖσαρ τό, τε σταύρωμα προσβολῇ βιαίᾳ ἐκλιπεῖν ἠνάγκασε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ ἐρύματος προσεδρείᾳ ἐξήλασε, καὶ τοὺς προσβάλλοντας σφῶν

τῷ ναυστάθμῳ ἑτέρωθι ἀπεώσθησαν· καὶ κατέδεισαν, καὶ κατελύσαντο, ὁμήρους τε δόντες, καὶ φόρον ἐτήσιον ταξάμενοι.

Καὶ οὕτως ὁ Καῖσαρ ἀπῆρε παντάπασιν ἐκ τῆς νήσου, καὶ οὐδὲν ἐγκατέλιπε στράτευμα ἐν αὐτῇ. ἐκεῖνό τε γὰρ κινδυνεύσειν ἐν ἀλλοτρίᾳ πη χειμάζον, καὶ αὐτὸς οὐκ ἂν ἐν καλῷ ἐπὶ πλεῖον ἀπὸ τῆς Γαλατίας ἀποδημῆσαι νομίζων, ἠγάπησε τοῖς παροῦσι· μὴ καὶ μειζόνων ὀρεγόμενος, καὶ περὶ ἐκείνοις σφαλῇ. καὶ ἔδοξε καὶ τοῦτο ὀρθῶς πεποιηκέναι, ὥσπερ που καὶ τῷ ἔργῳ διεδείχθη· ἐπεὶ γὰρ ἐς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ὡς καὶ ἐκεῖ παραχειμάσων, οἱ Γαλάται, καίτοι φρουροὺς ὡς ἑκάστοι πολλοὺς ἔχοντες, ὅμως ἐνεόχμωσαν, καί τινες αὐτῶν καὶ φανερῶς ἐπανέστησαν. ὅπερ εἰ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ καταμείναντος αὐτοῦ παρὰ τὸν χειμῶνα ἐγεγόνει, πάντα ἂν τὰ τῇδε ἐτετάρακτο. ἦρξαν δὲ τοῦ πολέμου τούτου Ἐβουρῶνες, ἡγουμένου σφίσιν Ἀμβιόριγος· καὶ ἔλεγον μὲν τῇ παρουσίᾳ τῶν Ῥωμαίων, ὅτε Σαβῖνος καὶ ὁ Λούκιος Κόττας ὑποστράτηγοι ἦρχον, ἀχθόμενοι κεκινῆσθαι· τὸ δ' ἀληθὲς, ἐκείνων τε κατεφρόνησαν, ὡς οὐχ ἱκανῶν ἀμῦναι σφᾶς ἐσομένων, καὶ τὸν Καίσαρα οὐκ ἤλπισαν διὰ ταχέων σφίσιν ἐπιστρατεύσειν. ἐπῆλθόν τε οὖν αὐτοῖς μὴ προσδεχομένοις, ὡς καὶ αὐτοβοεὶ τὸ στρατόπεδον αἱρήσοντες, καὶ ἐπειδὴ διήμαρτον αὐτοῦ, πρὸς ἀπάτην ἐτράποντο. τῶν γὰρ χωρίων τὰ ἐπιτηδειότατα ὁ Ἀμβιόριξ προλοχίσας, ἦλθεν ἐξ ἐπικηρυκείας πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ὡς οὐχ ἑκὼν δὴ πολεμήσας. καὶ αὐτὸς μὲν μεταγινώσκειν ἔφη, τοὺς δ' ἄλλους φυλάττεσθαι σφίσι παρῄνεσεν. οὔτε γὰρ αὐτῷ πειθαρχεῖν αὐτοὺς, καὶ ἐκείνοις μέλλειν τῆς νυκτὸς ἐπιθήσεσθαι. κἀκ τούτου καὶ γνώμην αὐτοῖς ἔδωκε, τὴν μὲν Ἐβουρωνίαν, ὡς καὶ κινδυνεύσουσιν ἂν καταμείνωσι, καταλιπεῖν· πρὸς δὲ στρατιώτας τινὰς πέλας που χειμάζοντας ὡς τάχιστα μεταστῆναι. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι ἐπείσθησαν, (ἄλλως τε καὶ ὅτι εὐηργέτητο πολλὰ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καὶ χάριν αὐτῷ τὰ ὑπεναντία διδόναι ἐδόκει) συσκευασάμενοί τε σπουδῇ, εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας ἀφωρμήσαν,

A aggressos Romani profligauerunt: tum demū metu perculsi, datis obsidibus, constitutóque, quod Romanis in singulos annos penderent, tributo, pacem acceperunt.

His actis Cæsar ex insula prorsus decessit, nulla ibi exercitus parte relicta: nam & eam fore in periculo, si in aliena terra hyemaret, existimabat: neque consilium videbatur vt à Gallia diutius abesset. itaque præsentem rerum statum satis habendum duxit, ne maiora expetendo, B de hoc ipso in periculū veniret. Re ipsa demonstratum est, Cęsarem rectè eas rationes iniuisse. Nā posteaquam is in Italiam proficisci, vt ibi in hybernis esset, instituit, Galli quāquam plerisque præsidia essent imposita, tamen tumultus excitauerūt nouos, rebellionemque nonnulli palam fecerunt. Quod si eo in Britānia hyemante euenisset, omnē haud dubiè Galliam ii motus concitauissent. Bellum ab Eburonibus exortū C est, duce Ambiorige: causam motus prætendētibus eam, quòd se pręsentia Romanorum grauatos (aderant enim ibi in hybernis Sabinus ac L. Cotta legati) dicerent: re vera contemptui eos habebant, ad defensionem ipsis non satis roboris fore existimantes: tum Cæsarem non posse celeriter aduētum se armis cōtendere. His constitutis, inopinatò Romanos aggressi sunt, primo incursu castris eorum sese potituros confisi: D quod vbi non successit, ad dolum se conuerterunt. Ambiorix, collocatis locis opportunissimis insidiis, impetrato per caduceatorem colloquio, ad Romanos venit, inuitum se bellum ipsis facere dicens: atque se quidem mutasse sententiam, ipsis tamen à reliquis cauendū esse: neque enim eos sibi dicto audientes esse, & instituisse eos nocte proxima adoriri: suadere se vt Eburoniam, in qua cum suo periculo sint futuri, relinquant, ad milites autem suos in proxima hyberna quamcelerrime E commigrent. His dictis adducti Romani, eóque magis quòd Ambiorigem summis à Cæsare beneficiis affectum hanc ei bonam gratiam referre velle arbitrabātur, collectis vasis magna cum festinatione, statim sub vesperū profecti sunt:

Cæsaris consilium euentu comprobatū.

Eburones bellum in Gallia mouent.

Ambiorix Cottam & Sabinū deceptos cum exercitu perdit.

ac in insidias illapsi, magnã cladem pertulerunt, Cotta cum multis aliis extemplo interfectis. At Sabinum Ambiorix, tanquam seruaturus, ad se euocatum (& quia neque facinori huic interfuerat, in fide eum adhuc manere Sabinus existimabat,) comprehensúmque, armis ac veste exutum, iaculis confixit, hæc verba inter alia addens, Quídnam, quum tales sitis, tantis nobis hominibus imperare volebatis? Qui huic cladi elapsi sunt, ii in castra vnde exierãt, redierunt. ibi quum à barbaris oppugnarentur, neque aut defendendi sui aut effugiendi facultatem haberent, sese inuicem ipsi interfecêre.

Neruiorum defectio, & ab iis oppugnatus Q. Cicero.

Secundum hęc facta, alii quoque finitimi populi defecerunt, ac Neruii præcipuè: quanquam apud eos Q. Cicero, M. Ciceronis frater, Cæsaris legatus, in hybernis esset. His sibi adiunctis, Ambiorix cum Cicerone conflixit, atque æquo Marte discessit, captis nonnullis Romanorum. Deinde hunc quoque in fraudem adducere conatus, vbi id frustra fuit, obsedit, castráque eius extemplo vallo fossáque cinxit. Eam ad rem & multitudo ei hominum, & peritia, quam sibi dum Romanorum esset militiæ socius, parauerat, ex vsu fuerunt: præterea singula à captiuis docebatur. Dimicatũ quoque aliquoties est, quod in eiusmodi re fieri solet: & quanquam de barbaris multo plures caderent (quippe & numero præstabant) tamen ii ob abundantiam suorum ne sentiebãt quidem siquos amisissent: contrà Romani, quorum & antè numerus non ita magnus fuerat, & tunc subinde idem decrescebat, facilè obsidione coercebantur. Quum iam periculum esset ne in potestatem hostium venirent, quia neque ad vulnera curanda quibus opus erat habebant, & insperata obsidione obrutis rei frumentarię parum aderat, ac nemo suorum, quamuis multi haud procul inde hyberna haberẽt, auxilio veniret, (quippe barbari omnibus viis accuratè obsessis omnes ab his emissos excipiebant, atque in eorum conspectu interimebãt:) Neruius quidã, qui ob acceptũ beneficiũ Romanis bene volebat, ac tũ vnà cũ Cicerone obsidebatur,

A καὶ ἐμπεσόντες ἐς τὰ λελοχισμένα, δεινῶς
ἐσφάλησαν. ὅ,τε γὰρ Κόττας παραχρῆμα
μετὰ πολλῶν ἀπώλετο, καὶ τὸν Σαβῖνον ὁ Ἀμ-
βιόριξ μετεπέμψατο μὲν ὡς καὶ σώσων· (οὔ-
τε γὰρ τοῖς γιγνομένοις παρῆν, καὶ πιστὸς αὐτῷ
καὶ τότε ἔτ' ἐδόκει εἶναι) συλλαβὼν δὲ δή, καὶ
ἀποδύσας καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὴν ἐσθῆτα, κα-
τηκόντισεν, ἐπιλέγων ἄλλα τε, καὶ ὅτι, Τοιοί- «
δε μέντοι ὄντες πῶς τηλικούτων ἡμῶν ὄντων «
ἄρχειν ἐθέλετε; Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ἔπα- «
B θον· οἱ δὲ λοιποὶ διέπεσον μὲν ἐς τὸ τάφρευ-
μα ὅθεν ἀπωρμήκεσαν. ἐπεὶ δ' οἵ τε βάρβα-
ροι καὶ ἐκεῖ προσέμιξαν, καὶ οὔτ' ἀμύνα-
σθαι αὐτοὺς οὔτε διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν,
ἀλλήλους ἀπέκτειναν.

Γενομένου δὲ τούτου, ἄλλοι τε τινὲς τῶν πλη-
σιοχώρων ἀπέστησαν, καὶ Νερούιοι, καίτοι Κυ-
ίντου Κικέρωνος παρ' αὐτοῖς χειμάζοντος (ἀ-
δελφὸς δὲ τοῦ Κικέρωνος τοῦ Μάρκου ἦν, ὑπο-
στρατήγει τῷ Καίσαρι) καὶ αὐτοὺς ὁ Ἀμβιό-
C ριξ προσλαβὼν, συνέβαλε τῷ Κικέρωνι· καὶ
ἀγχώμαλα ἀγωνισάμενος, καί τινας καὶ ζῶν-
τας ἑλὼν, ἀπατῆσαι μέν πῃ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον
ἐπεχείρησε· μὴ δυνηθεὶς δέ, ἔς τε πολιορ-
κίαν αὐτὸν κατέστησε, καὶ διὰ ταχέων ὑπό τε
τῆς πολυχειρίας, καὶ ὑπὸ τῆς ἐμπειρίας ἣν
ἐκ τῆς συστρατείας, ἣν μετὰ τῶν Ῥωμαίων ἐ-
πεποίητο, ἐκέκτητο, καί τινα καὶ παρὰ τῶν αἰ-
χμαλώτων ἂν ἑκάστων μαθὼν, καὶ ἀπεσταύ-
ρωσε καὶ ἀπετάφρευσεν. ἐγίγνοντο μὲν γὰρ καὶ 79
μάχαι, οἷα ἐν τῷ τοιούτῳ εἰκὸς ἦν, συχναί· καὶ
D ἀπώλλυντο πολὺ πλείους τῶν βαρβάρων, ἅτε
καὶ πλείους ὄντες· οὐ μὴν ἀλλ' αὐτοὶ μὲν περὶ τῆς
περιουσίας τοῦ στρατοῦ, οὐδὲ ἐν αἰσθήσει τοῦ φθει-
ρομένου σφῶν ἦσαν. οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι μήτε ἄλλως
πολλοὶ ὄντες, καὶ ἐλάττους ἀεὶ γιγνόμενοι, ῥα-
δίως περιεστοιχίσθησαν. κινδυνευόντων οὖν
αὐτῶν ἁλῶναι (οὔτε γὰρ τὰ τραύματα θερα-
πεύειν ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐδύναντο, οὔτε
τὴν τροφὴν ἀφθόνως, ἅτε ἐν ἀδοκήτῳ πολιορ-
κίᾳ, εἶχον· οὐδ' ἐπήμυνέ τις αὐτοῖς, καίτοι
E πολλῶν οὐκ ἄπωθεν χειμαζόντων. οἱ γὰρ βάρ-
βαροι, τὰς ὁδοὺς ἀκριβῶς φυλάσσοντες, πάν-
τας τοὺς ἐκπεμπομένους σφῶν συνελάμβα-
νον, κἀν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐφόνευον) Νερού-
ϊός δέ τις εὐνοϊκῶς σφίσιν ἐξ εὐεργεσίας ἔχων,
καὶ τότε σὺν τῷ Κικέρωνι πολιορκούμενος,

A δοῦλον τινὰ ἑαυτοῦ διάγγελον αὐτῷ παρέσχεν. ἔκ τε γὰρ τῆς σκευῆς καὶ ἐκ τῆς φωνῆς τῆς ἐπιχωρίας ἠδυνήθη λαθεῖν συγγενόμενος τοῖς πολεμίοις, ὡς καὶ ἐξ αὐτῶν ὤν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀποχωρήσας. μαθὼν οὖν ὁ Καῖσαρ τὸ γιγνόμενον (οὐδέπω γὰρ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀπεληλύθει, ἀλλ' ἔτ' ἐν ὁδῷ ἦν) ἀνέστρεψε, καὶ τοὺς ἐν τοῖς χειμαδίοις δι' ὧν διῄει στρατιώτας παραλαμβάνων, ἠπείγετο· κἀν τούτῳ φοβηθεὶς μὴ καὶ φθάσῃ ὁ Κικέρων, ἀπογνώσει τῆς βοηθείας, δεινόν τι παθών, ἢ καὶ συνθέμενος, B προύπεμψεν ἱππέα. τῷ μὲν γὰρ οἰκέτῃ τοῦ Νερουίου, καίτοι πεῖραν ἔργῳ τῆς εὐνοίας αὐτοῦ λαβών, οὐκ ἐπίστευσε, μὴ καὶ τοὺς πατριώτας ἐλεήσας, μέγα τι κακὸν σφᾶς ἐξεργάσηται· ἐκ δὲ δὴ τῶν συμμάχων ἱππέα, τήν τε διάλεκτον αὐτῶν εἰδότα, καὶ τῇ στολῇ τῇ ἐκείνων σκευασθέντα, ἔπεμψε. καὶ ὅπως γε μηδ' αὐτός τι μήτ' οὖν ἐθελοντὴς μήτ' ἄκων ἐξείπῃ, οὔτε τι αὐτῷ ἐξελάλησε, καὶ τῷ Κικέρωνι πάνθ' ὅσα ἠβουλήθη, ἑλληνιστὶ ἐπέστειλεν· ἵνα C ἂν καὶ τὰ γράμματα ἁλῷ, ἀλλ' ἀσύνετά γε καὶ τότε τοῖς βαρβάροις ὄντα, μηδὲν σφᾶς ἐκδιδάξῃ. εἰώθει δὲ καὶ ἄλλως, ὁπότε τι δι' ἀπορρήτων τινὶ ἐπέστελλε, τὸ τέταρτον ἀεὶ στοιχεῖον ἀντὶ τοῦ καθήκοντος ἀντεγγράφειν, ὅπως ἀνάγνωστα τοῖς πολλοῖς ᾖ τὰ γραφόμενα. ὁ δ' οὖν ἱππεὺς ἦλθε μὲν πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον, μὴ δυνηθεὶς δὲ ἐγγύθεν αὐτῷ προσμῖξαι, συνέδησε τὰ γράμματα ἀκοντίῳ, καὶ ὤσας αὐτὸ ἐς τοὺς πολεμίους, πρὸς D πύργον ἐξεπίτηδες προσέπηξε. καὶ ὁ μὲν Κικέρων οὕτω τὴν πρόσοδον τοῦ Καίσαρος μαθών, ἀνεθάρσησε, καὶ προθυμότερον διεκαρτέρησεν. οἱ δὲ δὴ βάρβαροι ἐπὶ πολὺ μὲν τὴν ἐπικουρίαν αὐτοῦ ἠγνόησαν· (νυκτοπορῶν γάρ, ἔπειτα τὰς ἡμέρας ἐν ἀφανεστάτοις χωρίοις ηὐλίζετο, ὅπως ἀπροσδοκήτοις ὅτι μάλιστα αὐτοῖς προσμίξῃ) ὀψὲ δέ ποτε ἐκ τῆς τῶν πολιορκουμένων περιχαρείας ὑποτοπήσαντες αὐτήν, προσκόπους ἔπεμψαν· καὶ μαθόντες παρ' αὐτῶν πλησιάζοντα ἤδη τὸν Καίσαρα, ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν, ὡς καὶ ἀνελπίστῳ οἱ προσπεσούμενοι. προμαθὼν οὖν τοῦτ' ἐκεῖνος, τήν τε νύκτα κατὰ χώραν ἔμεινε, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω χωρίον τι ἐρυμνὸν προκαταλαβών, ἐνταῦθα ὡς ἐν βραχυτάτῳ ἐστρατο-

A seruum quendam nuntium ei obtulit: is habitu linguáque cum hostibus eadem vtens, quum in eos incidisset, facilè eos suum institutum celabat, vnúsque ex ipsis habebatur: deinde ab illis recedebat. Ita Cæsar, quum nondum Italiam attigisset, adhuc in itinere comperta re, assum ptis militibus ex hybernis per quæ ibat, magnis ad suos liberandos itineribus contendit. Interim veritus ne auxilio desperato Cicero aut extrema pateretur, aut cum hoste pa- B ciscceretur, equitem quendam ex sociis (neque verò fidendum amplius Neruii seruo putabat, quanquam eius animum re ipsa perspexisset, veritus ne is misericordia suorum gentilium adductus, magnum Romanis malum daret) qui & lingua & vestitu hostium vteretur, delegit. Ei verbis nihil mandauit, ne vel consultò vel imprudens enũtiare quicquam posset, sed Græcas ad Ciceronem literas dedit: vt si vel intercipe- C rentur eæ à barbaris, tamen ab iis non intellectæ, consilium suum hosti nõ proderent. Consueuerat alioquin siquid secreti per literas cuiquam significaret, quartum semper elementum in scribendo pro eo quod scribi debebat, sumere, ne obuia literarum lectio cuiuis esset. Is igitur eques ad castra Romanorum venit: ac quum propius accedere nõ posset, literis iaculo alligatis, id tanquam in hostes conjecturus, dedita opera turri infixit. Eo pacto de ad- D uentu Cæsaris Cicero certior redditus, animum resumpsit, maiorique cũ alacritate perseuerauit. Barbaros Cæsar ad auxilium suis ferendum adueniens, diu fefellit: nam & noctu iter faciebat, & interdiu in obscuris omnino locis subsidebat, quo vel maximè inopinantibus hostibus superueniret: tandem re ex summo obsessorum gaudio per cõiecturam deprehensa, exploratoribus emissis, quũ iam appropinquare Cæsarem intelligerent, aduersus E eum ire instituerunt, vt inopinatò eum aggrederentur. Cæsar maturè eo cognito, noctẽ in quo loco tum erat, exegit, summo mane alio quodam sua natura tuto castra posuit, quàm potuit maximè in angustum

Cæsaris ad Q. Ciceronem Græcæ literæ.

Occultè scribendi ratio Cæsaris.

contracta, vt & paucos secum habere hostibus putaretur, & ex itinere fessus, & vereri ne ab ipsis inuaderetur, itáque eos ad editum suorum castrorum locum pertraheret. Neque aliter quidem accidit. Etenim Galli, Cæsare has ipsas ob causas cōtempto, impetum in sublime fecerunt: tantáque sunt affecti clade, vt rebellandum in posterum sibi nunquam putarent. Ita & Neruii & alii populi debellati sunt. neque tamen vt bene Romanæ rei vellent, effectum est. Nam Treuiri, quū Cæsar in autores defectionis singulos ad se accersitos supplicia statueret, veriti ne à sese quoque pœnæ exigerentur, ab Induciomaro persuasi, denuo contra Romanos bellum susceperunt: pertractísque ad defectionis societatem nonnullis etiam aliis ciuitatibus, quæ idem metuebant, aduersus Titum Labienum, qui in Rhemis tum erat, profecti, à Romanis subitò erumpentibus cæsi sunt. His rebus in Gallia peractis, Cęsar vt pacare omnia rectius posset, ibidem in hybernis permansit.

Treuirorum sub Induciomaro rebellio.

T. Labienus.

Bellum Crassi Parthicum.

Crassus autem, quum & ipse aliquid agere cuperet quod gloriæ sibi iuxtà atque lucro esset futurū, posteaquam in Syria nihil huiusmodi esse præ manibus videt (nam & Syri quieti erant, & qui prius Syriam bellis vexarant, tum potentia Crassi perterriti, nihil mouebant) in Parthos expeditionem suscepit, quum neque vllam belli causam contra ipsos afferret, neque id à senatu decretum esset. enimuero & Parthos prædiuites esse acceperat: & Orodem, qui nuper rex factus esset, superatu facilem sperabat. Tum igitur Euphrate fluuio trāsmisso, magnam Mesopotamiæ partem populando peragrauit, nemine resistente, quòd eius transitus inexpectatò barbaris acciderat: itaque nulla exquisita regni sui custodia vtebantur. Ac Talymenus Ilaces quidam, eius tum regionis præfectus regius, paucis equitibus ad Ichniā (id castello cuidam nomen est) congressus, victúsque, accepto vulnere ipse ad regem sese recepit, eūq; de expeditione hac certiorē fecit. Interim Crassus & castella & vrbes recepit, Gręcas potissi-

Crassus Orodis præfectum profligat.

A προσεδύσατο· τοῦ καὶ μετ' ὀλίγων εἶναι δοκεῖν, καὶ ἐκ τῆς πορείας πεπονηκέναι, τήν τε ἔφοδον σφῶν δεδιέναι, κἀκ τούτου καὶ ἐς αὐτὸ τὸ μετέωρον αὐτοὺς ἀπαγαγέσθαι. καὶ ἔσχεν οὕτω· καταφρονήσαντες γὰρ αὐτοῦ διὰ ταῦτα, πρός τε τὸ ὄρθιον προσέβαλον, καὶ μεγάλως ἐσφάλησαν, ὥστε μηκέτ' ἀντιπολεμῆσαι. οὕτω μὲν οὖν πότε καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐχειρώθησαν· οὐ μέντοι καὶ δι' εὐνοίας τοῖς Ῥωμαίοις ἦσαν.

B οἱ οὖν Τρηούηροι φοβηθέντες, ἐπειδὴ πρὸς τῶν παρ' ἑκάστοις ὁ Καῖσαρ μεταπέμπων ἐκόλαζε, μὴ καὶ αὐτοὶ δίκην δῶσιν, ἐξεπολεμώθησαν αὖθις αὐτοὺς, Ἰνδουτιομάροις σφᾶς 80 ἀναπείσαντος. καὶ συναποστάντες καὶ ἄλλοις τινὰς τῶν τὰ αὐτὰ δεδιότων, ἐπεστράτευσαν ἐπὶ τὸν Λαβιῆνον τὸν Τίτον ἐν Ῥημοῖς ὄντα· καὶ ἐπεξελθόντων σφίσι παρὰ δόξαν τῶν Ῥωμαίων, ἐφθάρησαν. ταῦτα μὲν ἐν τῇ Γαλατίᾳ ἐγένετο· καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ὁ Καῖσαρ

C ἐχείμασεν, ὡς καὶ ἀκριβῶς σφᾶς καταστήσασθαι δυνησόμενος.

Ὁ δὲ δὴ Κράσσος, ἐπιθυμήσας τι καὶ αὐτὸς δόξης τε ἅμα καὶ κέρδους ἐχόμενον πρᾶξαι, ἔπειτ' ἐπειδὴ μηδὲν ἐν τῇ Συρίᾳ τοιοῦτόν τι εἶδεν ὄν, (αὐτοί τε γὰρ ἡσύχαζον, καὶ οἱ πρόσθεν προσπολεμήσαντες σφίσιν, οὐδὲν ὑπὸ δυναστείας ἐκείνου) ἐπὶ τοὺς Πάρθους ἐπεστράτευσε, μήτε ἔγκλημά τι αὐτοῖς ἐπιφέρων, μήτε τοῦ

D πολέμου οἱ ἐψηφισμένου. αὐτούς τε γὰρ παμπλουσίους ἤκουεν ὄντας, καὶ τὸν Ὀρώδην εὐάλωτον, ἅτε καὶ νεοκατάστατον, εἶναι προσεδόκησε. τόν τε οὖν Εὐφράτην ἐπεραιώθη, καὶ προῆλθεν ἐπὶ πολὺ τῆς Μεσοποταμίας, φέρων τε αὐτὴν καὶ πορθῶν. τῆς γὰρ διαβάσεως αὐτοῦ ἀδοκήτου τοῖς βαρβάροις γενομένης, οὐδεμία ἀκριβὴς φυλακὴ αὐτῆς καθειστήκει. ὥστε Ταλύμενος Εἰλάκης, ὁ τότε τῆς χώρας ἐκείνης σατρα-

E πεύων, ἡττήθη τε περὶ Ἰχνίας, τεῖχός τι οὕτω καλούμενον, ἱππεῦσιν ὀλίγοις μαχεσάμενος, καὶ τρωθεὶς, ἀπεχώρησεν, αὐτὸς ἄγγελος τῷ βασιλεῖ τῆς ἐπιστρατείας αὐτοῦ γενησόμενος. ταχὺ δὲ καὶ ὁ Κράσσος τά τε φρούρια καὶ τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας μάλιστα,

τάς τε ἄλλας καὶ τὸ Νικηφόριον ὠνομασμένον προσεποιήσατο. τῶν γὰρ Μακεδόνων καὶ τῶν ἄλλων τῶν συστρατευσαμένων σφίσιν Ἑλλήνων ἄποικοι πολλοὶ, βίᾳ ἀχθόμενοι, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίους, ὡς καὶ φιλέλληνας, πολλὰ ἐλπίζοντες, οὐκ ἀκουσίως μετέστησαν. πλὴν οἵ τε Ζηνοδοτίου οἰκήτορες μετεπέμψαντο τινὰς αὐτῶν, ὡς καὶ μεταστησόμενοι· ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἐγένοντο, ἀπέλαβόν τε αὐτοὺς καὶ διέφθειραν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀνέστησαν. οὐδὲν ἄλλο δεινὸν οὔτε ἔπραξε τότε Κράσσος, οὔτε ἔπαθε. πάντως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ χωρία τὰ ἐντὸς τοῦ Τίγριδος ὄντα ἐκεχείρωτο, εἴ τῇ τε αὐτοῦ ὁρμῇ καὶ τῇ τῶν βαρβάρων ἐκπλήξει πρὸς πάντα ὁμοίως ἐκέχρητο, καὶ προσέτι καὶ κατὰ χώραν χειμάσας, ἐν φρουρᾷ αὐτὰ ἀκριβεῖ ἐπεποίητο· νῦν δὲ, ἑλὼν ὅσα ἐξ ἐπιδρομῆς ἠδυνήθη λαβεῖν, οὔτε τι τῶν λοιπῶν οὔτ' αὐτῶν ἐκείνων ἐφρόντισεν, ἀλλὰ τῇ τε ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ διατριβῇ ἀχθεσθεὶς, καὶ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ῥᾳστώνης ἐπιθυμήσας, παρέσχε τε τοῖς Πάρθοις καιρὸν παρασκευάσασθαι, καὶ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν τῇ χώρᾳ στρατιώτας κακῶσαι. αὕτη μὲν ἡ ἀρχὴ τοῖς Ῥωμαίοις τοῦ πρὸς αὐτοὺς πολέμου ἐγένετο.

Οἰκοῦσι δ' ὑπὲρ Τίγριδος, τὸ μὲν πολὺ, τείχη καὶ φρούρια, ἤδη δὲ καὶ πόλεις, ἄλλας τε καὶ Κτησιφῶντα· ἐν ᾗ καὶ βασίλεια ἔχουσι. τὸ γὰρ γένος σφῶν ἦν μέν που καὶ παρὰ τοῖς πάλαι βαρβάροις, καὶ τό γε ὄνομα τοῦτο καὶ ὑπὸ τὴν Περσικὴν βασιλείαν εἶχον· ἀλλὰ τότε μὲν αὐτοί τε ἐν μέρει χώρας βραχεῖ ᾤκουν, καὶ δυναστείαν ὑπερόριον οὐκ ἐκέκτηντο· ἐπεὶ ἥ τε τῶν Περσῶν ἀρχὴ κατελύθη, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων ἤκμασεν, οἵ τε τοῦ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι στασιάσαντες, ἄλλοις ἄλλοι ἀπετέμοντο, καὶ βασιλείας ἰδίας κατεσκευάσαντο, ἔς τε τὸ μέσον τότε πρῶτον ὑπ' Ἀρσάκου τινὸς ἀφίκοντο (ὅθενπερ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν, Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν) καὶ εὐτυχήσαντες, τήν τε πλησιόχωρον ἐκτήσαντο πᾶσαν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σατραπείαις κατέσχον. τελευτῶντες δ', ἐπὶ τοσοῦτο καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς δυνάμεως

A mū, atque in his Nicephoriū. Nam quia Macedonū, aliorúmque Græcorum qui militiæ Romanis adfuerant, coloni erant, vim Parthorum grauiter ferentes, atque in Romanis, à quibus Græcos amari sciebāt, multum spei collocantes, haud grauatim ad eos defecerunt. Soli Zenodotiæ ciues accersitis Romanis aliquot militibus, quasi se in fidem eorum daturi, eos, quum intra muros accepissent, obtruncauerunt: quæ ipsis causa vt vrbs euerteretur, fuit. B Præter hoc vnum nihil neque fecit neque passus est hostile Crassus. Ac profectò omnia quæ intra Tigrim sunt posita castella cepisset, si eodem impetu barbarorúmque terrore vsus fuisset: ac præterea hybernis suis in ea regione habitis, omnia diligenti custodia continuisset: nūc, captis iis locis quos primo incursu capere poterat, neque reliquorum, neque horum ipsorum quæ ceperat vllam rationem habendo, dum in C Mesopotamia commorari grauatur, Syriæque amœnitatem desiderat: Parthis se ad bellum parandi spatium, relictósque in Mesopotamia Romanos milites opprimendi occasionē præbuit. Hoc initiū belli Romanorū aduersum Parthos fuit.

Nicephorium. Zenodotia. Crassi ignauia.

Habitant autem trās Tigrim fluuium, in arcibus ac castellis, adeóque vrbibus etiam, cùm aliis tum Ctesiphonte: quæ regia eorum est. Etiam inter antiquos barbaros genus eorum fuit. nam nomen Par- D thorum etiam sub Persico regno gesserant. Cæterùm eo tempore & regionem haud magnam obtinuerant, neque extra fines suos imperium suum extulerant. posteaquam autem & Persicum regnum euersum est, & Macedonum res floruerunt, successorésque Alexandri inter sese dissidentes, aliíque aliis regiones certas vi adimentes, regna sibi singuli constituerunt, tum primùm sub Arsace quodam Parthi E quoque innotuerunt: vnde & posteri eorum reges Arsacidarum cognomentum habuere. Deinde rebus secundis vsi, omnes circum se positas regiones occupauerūt: Mesopotamiámque quæ prius à præfecto regebatur, sui iuris fecerūt. Tādem ad id gloriæ ac potentiæ euecti sunt,

De Parthorū regione, & quando primùm innotuerint. Ctesipho, regia Parthorū. Arsaces. Arsacidæ. Mesopotamia. Parthorum potentia.

vt & tum tẽporis contra Romanos belligerarent, & in hunc vsque diem aduersarii iis habeantur. Sanè bello multum possunt, nomen tamen re ipsa maius adepti sunt: non quòd Romanis ipsi quicquam ademerint (nam de suis quoque finibus nonnihil concesserunt) sed quia in seruitutem redacti nondum sunt: atque etiamnum in bello cum nostris cõgressi, superiores euadere solent. Ac de populo quidem isto, regionéque, tum quæ propria ipsorum vitæ instituta sint, multi scripserunt: neque mihi ea persequi consilium est.

Parthorum armatura, & vsus armorum.

Armatura eorum, vsúsque armorũ (huius enim rei expositio sermoni nostro coniũctior est, ísque ea opus habet) talis est. Scuto nihil tribuunt, sed sagittis iaculísq; ipsi equites vtũtur, armatiq; maiori ex parte. Pedites inter eos pauci sunt, iique infirmiores: sed & ipsi sagittarii, ad quod à pueritia exercentur, cœlo ipsis suo ac regione ad vtrunque conducente. Regio enim plana vt plurimum est, & cùm ad alendos equos tum ad equitandum aptissima.

Parthi in bello subinde mutant equos.

Itaque armenta tota equorum in bellis ducunt, vt subinde mutatis equis, subitò ex longinquo adequitare, rursúsque repẽtè procul referre pedem possint. Iam aer apud ipsos est siccissimus, humorémque ne minimum quidem continet: itaque sagittarum vsum ipsis intentissimum præbet, excepto eo tempore quo summa est hyems: ideóque ea tempestate nusquam in bellum proficiscuntur. Reliquis anni partibus si vel in sua vel in similis naturæ terra bellum gerant, pugna superari vix possunt. Consuetudine enim hoc habent vt solis æstum acerrimum ferant. Aduersum potus defectum multa remedia inuenta ipsis sunt: quæ res ipsis ad propulsandã vim, si quis fines eorum ingrediatur, haud parũ prodest. Extra suos fines trans Euphratem aliquando pugnis atque excursionibus repentinis nonnihil quidem egerunt, tamen iustum bellum gerere nisi domi suæ non valent: quippe qui in alienam sibi & terræ & aeris constitutionem deueniant, ac commeatui impedimentísque militum ferẽdis sarcinas nullas vsurpent. Ita Parthorum res ha-

A ἐχώρησαν, ὥστε καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τότε ἀντι-
πολεμῆσαι, καὶ δεῦρο ἀεὶ ἀντίπαλοι νομίζε-
σθαι. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἰσχυροὶ τὰ πο-
λέμια, μεῖζον δ᾽ ὅμως ὄνομα (καίτοι μήτε τῶν
Ῥωμαίων τι παρῃρημένοι, καὶ προσέτι καὶ τῆς 81
ἑαυτῶν ἃ προέμενοι) ἔχουσιν, ὅτι μηδέπω
δεδούλωνται. ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπὶ τοὺς πολέμους
τοὺς πρὸς ἡμᾶς ὁσάκις ἂν συνενεχθῶσι, δια-
φέρουσι. περὶ μὲν οὖν τοῦ τε γένους καὶ τῆς χώ-
ρας, τῆς τε ἰδιότητος τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐ-
B τῶν, πολλοῖς τε εἴρηται, καὶ ἐγὼ οὐκ ἐν γνώ-
μῃ ποιοῦμαι συγγράψαι. τῇ δὲ δὴ ὁπλίσει,
καὶ τῇ τῶν πολέμων διαχειρίσει (τούτων γὰρ
ὁ ἐξετασμὸς τῷδε τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἐς χρείαν
αὐτῶν ἀφικνεῖται, προσήκει) τοιᾷδε χρῶν-
ται· ἀσπίδι μὲν οὐδὲν νομίζουσιν· ἱπποτοξό-
ται δὲ καὶ ἀκοντοφόροι, τὰ πολλὰ κατάφρα-
κτοι στρατεύονται. πεζοί τε, ὀλίγοι μέν, καὶ τὸ
ἀσθενέστεροι· τοξόται δ᾽ οὖν καὶ ἐκεῖνοι πάντες
εἰσίν. ἔκ τε γὰρ παίδων ἀσκοῦνται, καὶ ὁ οὐ-
C ρανὸς ἥ τε χώρα αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἀμ-
φότερα. αὕτη τε γὰρ πεδιὰς ὡς πλήθει οὖσα,
ῥᾴστη τε ἵππους τρέφειν ἐστί, καὶ ἐπιτηδειοτάτη
καθιππεύεσθαι. ἀγέλας γοῦν ὅλας καὶ ἐν
τοῖς πολέμοις, ὥστ᾽ ἄλλοτε ἄλλοις ἵπποις
χρῆσθαι, καὶ πόρρωθέν τε ἐξαπιναίως ἐπε-
λαύνειν, καὶ μακρὰν ποι ἐξ αἰφνιδίου ἀποχω-
ρεῖν, ἐπάγονται. καὶ ὁ οὐρανὸς ὁ ὑπὲρ αὐτῶν,
ξηρότατός τε ὤν, καὶ ἰκμάδα οὐδὲ ἐλαχί-
στην ἔχων, ἐντονώτατα σφίσι τὰς τοξείας, πλὴν
D τοῦ πάνυ χειμῶνος, παρέχεται· καὶ διὰ τοῦτο
τὴν ὥραν ἐκείνην οὐδαμῆ στρατεύονται. τῷ δὲ
δὴ λοιπῷ ἔτει δυσμαχώτατοι ἔν τε τῇ σφετέ-
ρᾳ καὶ ἐν τῇ ὁμοιοτρόπῳ εἰσί. τόν τε γὰρ ἥλιον
φλογωδέστατον ὄντα ἀνέχονται τῇ συνηθείᾳ,
καὶ τῆς ὀλιγότητος τῆς τε δυσχερείας τοῦ ποτοῦ
πολλὰ ἀλεξιφάρμακα εὑρήκασιν· ὥστε καὶ
ἐκ τούτου μὴ χαλεπῶς τοὺς ἐς τὴν χώραν
αὐτῶν ἐσβάλλοντας ἀμύνεσθαι. ἔξω γὰρ ἐ-
κείνης ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην, μάχαις μέν τισὶ
E καὶ καταδρομαῖς αἰφνιδίοις ἤδη ποτὲ ἴσχυσάν
τι, πολεμῆσαι δέ τισιν ἀπαυτίκα διαρκῶς οὐ
δύνανται, καὶ ἐς ἀλλοτριωτάτην σφίσι καὶ
τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ κατάστασιν ἀπαρ-
τῶνται, καὶ μήτε σίτου μήτε μισθοφόρου
σκευὴν ποιούμενοι. τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν Πάρθων

ἐστίν. ἐσβαλόντος δὲ ἐς τὴν Μεσοποταμίαν τοῦ Κράσσου, ὥσπερ εἴρηται, ὁ Ὀρώδης ἔπεμψε μὲν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐς τὴν Συρίαν πρέσβεις, τῆς τε ἐσβολῆς αἰτιώμενος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου πυνθανόμενος· ἔπεμψε πρός τε ἑαλωκότα τά τε μεθεστηκότα Σουρήναν σὺν στρατῷ. αὐτὸς γὰρ τῇ Ἀρμενίᾳ τῇ τοῦ Τιγράνου ποτὲ γενομένῃ διενοεῖτο ἐπιστρατεῦσαι, ὅπως ὁ Ἀρταβάζης ὁ τοῦ Τιγράνου παῖς, ὁ τότε αὐτῆς βασιλεύων, μηδεμίαν τοῖς Ῥωμαίοις, ἅτε καὶ περὶ τῇ οἰκείᾳ δεδιώς, βοήθειαν πέμψῃ. ὁ οὖν Κράσσος ἐκείνῳ τε ἐν Σελευκείᾳ (ἔστι δὲ πόλις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πλεῖστον τὸ Ἑλληνικὸν καὶ νῦν ἔχουσα) τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ἐρεῖν ἔφη. καὶ αὐτῷ τῶν Πάρθων τις ἐς τὴν χεῖρα τὴν ἀριστερὰν τοῖς τῆς ἑτέρας δακτύλοις
» κρούσας, εἶπεν ὅτι, Θᾶσσον ἐνθένδε τρίχες
» ἀναφύσουσιν, ἢ σὺ ἐν Σελευκείᾳ γενήσῃ.

Καὶ ἐπὶ μὲν ὁ χειμὼν, ἐν ᾧ Γναῖός τε Καλουῖνος καὶ Οὐαλέριος Μεσσάλας ὑπάτευσαν, πολλὰ μὲν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ τέρατα τότε ἐγένετο. ὅ τε γὰρ βύας καὶ λύκοι ὤφθησαν, οἵ τε κύνες περιφοιτῶντες ἐκνύζοντο. καὶ ἀγάλματα τὰ μὲν ἵδρωσε, τὰ δὲ ἐκεραυνώθη. τάς τε ἀρχὰς τὸ μὲν τι φιλονεικίαι, τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ ὑπὸ διοσημειῶν μόλις ποτὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ ἀπέδειξαν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν οὐδὲν σαφὲς ἐδήλου ἐς ὅ,τι τελευτήσοι· τά τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἐταράττετο, καὶ οἱ Γαλάται ἐκινήθησαν αὖθις· πρός τε τοὺς Πάρθους, οὐδ' εἰδότες πῶς, συνερρώγεσαν. τῷ δὲ δὴ Κράσσῳ τὸν Εὐφράτην κατὰ τὸ Ζεῦγμα (οὕτω γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατείας τὸ χωρίον ἐκεῖνο, ὅτι ταύτῃ ἐπεραιώθη, κέκληται) διαβαίνοντι καὶ προφανῆ καὶ δύσμβολα
82 συνηνέχθη. ὁ γὰρ ἀετὸς ὠνομασμένος, (ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται· καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ οὐδαμόσε ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἴποι σύμπας ὁ στρατὸς ἐξίοι, κινεῖται· καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἐς ὀξὺ τὸν σύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρει. τούτων οὖν τῶν ἀετῶν εἷς οὐκ ἠθέλησε τὸν Εὐφράτην αὐτῷ τότε συνδιαβῆναι, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ ἐνέσχετο, ὥσπερ ἐμ-

A bent. Quum Crassus in Mesopotamiam ingressus fuisset, quemadmodum memorauimus, in Syriam ad eum legatos Orodes misit, qui & expostularent cum eo quòd eam regionem inuasisset, & causas belli exquirerent. misit præterea Surenam cum exercitu ad recipienda ea quæ vel capta fuerant, vel defecerant: ipse expeditionē in Armeniam, quę Tigranis quondam fuerat, instituit, ne Artabazes Tigranis filius, qui tū ibi regnabat, ipse de suo regno sollici- B tus, vllum Romanis auxiliū mittere posset. Crassus legatis respondit, Seleuciæ se (vrbs est Mesopotamiæ, in qua nostro quoque tempore multi Græci sunt) causas belli editurum. Tum quidam ex Parthis sinistram manū dextræ digitis percutiens, Antè, inquit, hinc pili enascētur quàm tu Seleuciā peruenias.

Orodis ad Crassum legatio, & in Armeniam expeditio.

Seleucia.

Ea hyeme qua Cn. Caluinus & Valerius Messala consules extiterunt, multa ad ipsam quoque vrbē Romam prodigia euenerunt. Bubo C enim lupíque apparuerunt, canésque oberrantes vlulauerunt: simulacra, alia sudauerunt, alia de cœlo tacta sunt: magistratúsque nonnihil quidem propter contentiones, magis tamē etiam auspiciorum atque ostentorum causa, vix tandem septimo mēse creati sunt. Cæterùm hæc quidem quid portenderent, palam non fiebat: quia & ad vrbem tumultus, & in Gallia noui motus existebant: & cum Parthis bellum D contractum erat, incertum Romanis quo euentu. Crasso autem Euphratem apud Zeugma (ita loco isti nomen est ab expeditione Alexandri, quòd ibi trans fluuium profectus est) transeunti, manifesta, ac quæ quid designarēt intelligi facilè posset, signa euenerunt. Aquila, exigua quędam est sacelli effigies, inque ea, aquila aurea est collocata: constituitur autem in omnibus legionibus Romanis: neque prius hybernaculis effertur quàm vniuersus exerci- E tus egrediatur. Eam aquilam hastæ impositam vnus quidam vir portat, cuius hastæ pars infima præacuta est, vt in solum defigi possit. Huiusmodi ex aquilis vna noluit cum Crasso Euphratem transire, sed perinde acsi terræ adnata esset, ita infi-

Anno V.C. 701.

Prodigia.

Crasso Euphratem transeunti quæ signa euenerunt.

Aquila.

xa hæsit, donec tandem à multis circumstantibus vi euulsa fuit, inuitáque comitata est suos. Vexillum præterea quoddam ex eorum numero quæ magna velorúmque similia sunt, inscriptum puniceis literis, ad notitiam exercitus imperatorísque faciendam, inuersum vi vehementis venti, à ponte in flumen decidit. At Crassus, reliquis vexillis quæ eiusdem erant longitudinis, præcisis, vt breuiora atque ad ferendum aptiora essent, numerum prodigiorum auxit. Tanta enim in ipso fluminis transitu coorta est nebula, vt & ipsi inuicem impingentes corruerent: nec prius terram hostilem cernerent, quam in ea pedem posuissent. Itaque & transgressi Euphratem sunt summa cum difficultate, & de ponte in terram perquam difficulter descenderunt. Sub hæc ventus incubuit validus, fulmináque deciderũt: pónsque, antequam omnes transiuissent, disiectus est. Quæ quum ita euenissent vt facilè stupidum etiam atque imperitum quemque docere possent, calamitatem ipsis prædici, reditúmque abnui, metus ac mœstitia ingens militum animos occupauêre. Quos vt consolaretur Crassus, exercitum allocutus, non perterreri eos debere dixit propterea quòd pons deiectus esset, neque id pro portento accipiẽdum: iuramentóque confirmauit, statuisse se per Armeniam copias reducere. His dictis quum animum suis reddidisset, addidit, magna voce exclamans, Bono animo este milites: hac enim nemo nostrûm reuertetur. Quo audito dicto milites, ídque non minorem reliquis vim ominis habere arbitrati, in maiorem prolapsi sunt tristitiam: vt iam neque cæteris eius cohortationibus animum aduerterent, barbaros verbis eleuantis, rémque Romanam prædicantis, adhæc pecuniam exercitui distribuentis, præmiáque promittentis. Nihilominus sequebãtur: neque aut verbo aut re quispiam resistebat, siue (vt videri potest) legi in hoc parentes, siue quòd iam animis consternati, neque consilium suę salutis capere, neque agere quicquam salutare poterant: itaque deinceps omnia quæ vel animo vel

Crassi vox in omen vertitur.

A πεφυκώς· πρὶν δὴ πολλοὶ περιστάντες βίᾳ αὐτὸ ἀνέσπασαν. καὶ ὁ μὲν καὶ ἄκων ἐπηκολούθησε· σημεῖον δέ τι τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτῆς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας περιτραπὲν ἐνέπεσε. καὶ τοῦτο μὲν ὑπὸ πνεύματος ὄντος σφοδροῦ ἐγένετο· ὁ δὲ δὴ Κράσσος καὶ τἆλλα τὰ ἰσομήκη οἱ συντεμὼν, ὅπως βραχύτερα καὶ ἐκ

B τούτου καὶ βεβαιότερα φέρειν εἴη, προσεπηύξησε τὰ τέρατα. καὶ γὰρ ὁμίχλη ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ ποταμοῦ διαβάσει τοσαύτη τοῖς στρατιώταις περιεχύθη, ὥστε περί τε ἀλλήλοις αὐτοὺς σφάλλεσθαι, καὶ μηδὲν τῆς πολεμίας, πρὶν ἐπιβῆναι αὐτῆς, ἰδεῖν. καὶ τὰ διαβατήρια τά τε ἀποβάθρα σφίσι δυσχερέστατα ἐγένετο. κἀν τούτῳ ἄνεμός τε πολὺς ἐπέπεσε, καὶ κεραυνοὶ κατέσκηψαν· ἥ τε γέφυρα, πρὶν πάντας αὐτοὺς διελθεῖν, διελύθη. καὶ (ἐξῆν γὰρ

C τὰ γιγνόμενά οἱ πάντα τινὰ καὶ τῶν πάνυ ἀγνωμόνων τε καὶ ἀσυνέτων ἐκδιδάξαι ὅτι κακῶς ἀπαλλάξουσι, καὶ οὐκ ἀνακομισθήσονται) φόβος καὶ κατήφεια ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐγένετο δεινή. ὁ οὖν Κράσσος, παραμυθούμενος αὐτοὺς, εἶπεν ὅτι, Μὴ καταπλήττεσθε ἄνδρες στρατιῶται, εἰ ἡ γέφυρα διέφθαρται· μηδὲ οἴεσθε ἐκ τούτου χαλεπόν τι ἐπισημαίνεσθαι. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν αὐτὸς ἐπομνὺς λέγω ὅτι δι' Ἀρμενίας τὴν ἐπάνοδον ποιήσασθαι

D ἔγνωκα. ἐκ μὲν δὴ οὖν τούτου ἐθάρσυνε. νῦν δὲ προσεπειπών τινα, ἔφη, μέγα ἀναβοήσας, θαρσεῖτε. οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἐνθένδεν ἐπανήξει. ἀκούσαντες γὰρ τοῦτ' οἱ στρατιῶται, οἰωνόν τε σφίσιν οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἧττω γεγονέναι ἐνόμισαν, καὶ ἐς ἀθυμίαν πλείω κατέπεσον· ὥστε μηδὲν ἔτι μηδὲ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παραινέσεων φροντίσαι, δι' ὧν τόν τε βάρβαρον ἐφαύλιζε, καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐνεγκωμίαζε, χρήματά τε αὐτοῖς ἐδίδου, καὶ γέρα

E ἐπηγγέλλετο. ἅμα δὲ καὶ ὡς εἵποντο, καὶ οὔτε ἀντεῖπεν οἱ οὐδεὶς, οὔτε ἀντέπραξε· τάχα μὲν καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου, ἤδη δὲ καὶ ἐκπεπληγμένοι, καὶ μήτε τι βουλεῦσαι μήτε πρᾶξαι σωτήριον δυνάμενοι. πάντα γοῦν καὶ τὰ ἄλλα, καθάπερ ὑπὸ δαιμο-

ὑπὸ δαιμονίου τινὸς κατακεκριμένοι, καὶ ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς σώμασιν ἐσφάλλοντο. μέγιστον δὲ ὅμως αὐτοὺς ὁ Αὔγαρος ὁ Ὀρροηνὸς ἐλυμήνατο. ἔνσπονδος γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ τοῦ Πομπηίου γενόμενος ἀνθείλετο τὰ τῶν βαρβάρων. καὶ τοῦτο μὲν καὶ ὁ Ἀλχαυδόνιος ὁ Ἀράβιος ἐποίησε· πρὸς γὰρ τὸ ἰσχύον ἀεὶ μεθίστατο· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀπέστη, καὶ κατὰ τοῦτο οὐ δυσφύλακτος ἦν· ὁ δ' Αὔγαρος ἐφρόνει μὲν τὰ τοῦ Πάρθου, ἐπλάττετο δὲ τῷ Κράσσῳ φιλικῶς ἔχειν· καὶ χρήματά τε ἀφειδῶς αὐτῷ ἀνήλισκε, καὶ τά τε βουλεύματα αὐτοῦ πάντα καὶ ἐμάνθανε καὶ ἐκείνῳ διήγγελλε· καὶ προσέτι εἰ μέν τι χρηστὸν σφίσιν ἦν, ἀπέτρεπεν αὐτόν· εἰ δ' ἀσύμφορον, ἐπέσπερχε. καὶ δὴ καὶ τοιόνδε τι τελευτῶν ἔπραξε. τοῦ γὰρ Κράσσου πρὸς Σελεύκειαν ὁρμῆσαι διανοουμένου, ὥστε ἐκεῖσέ τε ἀσφαλῶς παρά τε τὸν Εὐφράτην καὶ δι' αὐτοῦ τῷ τε στρατῷ καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις κομισθῆναι, καὶ μετ' αὐτῶν (προσποιήσεσθαι γὰρ σφᾶς, ἅτε καὶ Ἕλλη-
83 νας, ῥᾳδίως ἤλπιζεν) ἐπὶ Κτησιφῶντα μὴ χαλεπῶς περαιωθῆναι· τούτου μὲν, ὡς καὶ χρονίου ἐσομένου, ἀμελῆσαι αὐτὸν ἐποίησε, τῷ δὲ δὴ Σουρήνᾳ, ὡς καὶ ἐγγὺς καὶ μετ' ὀλίγων ὄντι, συμμῖξαι ἔπεισε. καὶ μετὰ τοῦτο παρασκευάσας τὸν μὲν, ὅπως ἀπόληται, τὸν δ', ὅπως κρατήσῃ (συνεχῶς γὰρ προφάσει κατασκοπῆς τῷ Σουρήνᾳ συνεγίγνετο) ἐξήγαγε τοὺς Ῥωμαίους ἀφροντιστοῦντας ὡς ἐπὶ νίκην ἑτοίμην, καὶ αὐτοῖς ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ συνεπέθετο. ἐπράχθη δὲ ὧδε. οἱ Πάρθοι τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ σφῶν ἀποκρύψαντες (ἥ τε χώρα ἀνώμαλός τέ πη ἦν καὶ δένδρα εἶχεν) ἀπήντησαν τοῖς Ῥωμαίοις. ἰδὼν οὖν αὐτοὺς ὁ Κράσσος, οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ὁ νεώτερος (πρὸς γὰρ τὸν πατέρα ἐκ τῆς Γαλατίας ἀφῖκτο) καὶ καταφρονήσας σφῶν ὡς καὶ μόνων, ἀντεξήγαγε τὸ ἱππικόν· καὶ τραπομένους ἐξεπίτηδες αὐτοὺς ἐπιδιώκων, ὡς καὶ κρατῶν, ὑπήχθη πολὺ ἀπὸ τῆς φάλαγγος· κἀνταῦθα περισχεθεὶς κατεκόπη. γενομένου δὲ τούτου, οἱ πεζοὶ τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἐτράποντο μὲν,

A corpore moliebātur, ad perniciem ipsis spectabant, quasi iam tum ab aduerso fato damnatis. Maximam autem calamitatis partem Augarus ipsis Osroenus attulit. Is Romanis antè fœdere iunctus sub Pompeio, barbarorum partes tum potiores habuit. quod idem Alchaudonius quoque Arabs fecit, semper potentiori se solitus adiungere. Cæterùm hic, quia manifestò defecerat à Romanis, caueri facilè potuit: Augarus autem, quum Partho studeret, simu-

Augarus Osroenus sub amicitiæ specie Romanos in perniciem abducit.
Alchaudonius.

B lauit se Crassi amicum, liberalitérque ei pecuniam suam impendens, & explorauit omnia eius consilia, & Partho enuntiauit. Idem, siquod vtile consilium Crassus cepisset, dehortatus hominem est: sin damnosum, confirmauit, ac tandem huiusmodi rem confecit. Crassus Seleuciam cōtendere decreuerat, quò se tutò cum exercitu ac commeatu præter Euphratem ac trans eundem peruenire posse cogitabat: à Seleu-

Crassi consilia.

C cia (quam, vt à Græcis hominibus habitatam, facilè sperabat in suam potestatem venturam) ad Ctesiphōtem vrbem haud difficulter se traiecturum. Id consilium, tanquam multo tempore opus habiturum, vt repudiaret, ac potius aduersū Surenam, qui propè cum parua manu esset, iret, Augarus persuasit. Quibus constitutis, quum Crassum, vt periret, Surenam (cum quo sub speculandi prætextu frequenter congrediebatur) vt superare posset, para-

Augari perfidum cōsilium.

D uisset, Romanos nihil solicitos, ac tanquam ad certam iam victoriam proficiscentes, eduxit, in eísque tum per insidias opprimendis Parthum adiuuit. Res tota ita acta est. Parthi maiore suarum copiarum parte abscondita (erat enim regio aliquibus locis inæqualis, arboribúsque consita) Romanis occurrerunt. Quos quum Crassus, imperatoris filius, qui ex Gallia ad patrem peruenerat, conspicatus esset, atque eos solos hostes esse

Prælium inter Romanos & Parthos.

E putaret, cum equitatu iis obuiam venit: fugáque sese dedita opera mandantes, victos ratus, insecutus tantisper est, dum procul à suorum acie subductus, deinde circumuentus ab hostibus interiit. Hoc facto, in fugā tamē pedites Romani dati nequaquā,

P. Crassus perit.

sed Craſſi vlciſcendi cauſa acriter cum Parthis congreſſi ſunt: verùm nihil ſuo nomine dignum efficere potuerunt, cùm ob multitudinem hoſtium, tum ob genus pugnę: præſertim inſidiis inſuper Augari circumuenti. Nam ſicubi orbem voluere intendebant, vt propter denſitatem ordinum ſagittas hoſtium euitarent, Parthorum haſtati equites, magno impetu irruẽtes, aut cõfodiebant Romanum peditem, aut agmen vtique diſſipabant: ſin eius vitandi cauſa ſeſe diſiungebant, ſagittis Parthorum expoſiti erant. Ita multi ipſo haſtatorum incurſu conſternati peribant, alii ab equitibus deprehenſi interficiebãtur, alii contis protùrbabantur configebantúrue. Quòd ſi qui denuo pugnam tentarent, iacula quamplurima vndiquaque incidẽtia pleroſque eorum letali vulnere ſternebant, reliquos pugnæ inutiles reddebant. Denique omnibus ſagittæ iaculáque negotium faceſſebant, in oculos manúſque & vniuerſum omnino corpus aduolantia, pérque ipſa arma tranſeuntia: eadémque nec caueri à Romanis poterant, & inermes eos crebros ictus expectare cogebant. Nam dum quis aut à iaculo adueniente ſibi cauebat, aut infixum corpori ſuo euellebat, aliis ſuper alia vulnerib. ſauciabatur. Itaque nec locóne ſeſe mouerent Romani ſatis ſcire poterãt, an fixo potius veſtigio quiſque perſiſteret. quorum neutrũ ſatis tutum ipſis relinquebatur, ſed vtrũque cum pernicie ipſorum coniunctum erat: quorum alterum non licebat per hoſtes, alterum, vt vulneribus opportuniores eſſent, efficiebat. Hoc modo pugnam aduerſus hoſtes apertè congreſſos Romani ſuſtinebant. Poſtquã Augarus quoque (nam is aliquandiu ſe continuerat) ex inſidiis eos aggreſſus eſt, ibi & Oſroeni conuerſos in Parthum à tergo ceciderũt, & vt à Parthis facilius cædi poſſent fecerunt. Romani enim coacti aciem conuertere in Oſroenos, à tergo ſibi Parthos habuerunt: rurſum in Parthos conuerſi, atque iterum in alteros, tũ denuo alteris ſeſe opponẽtes, crebris conuerſionibus maiorẽ ſuis quàm antè perturbationẽ attulerũt:

Parthi de Romanis varias ſtrages edunt.

Augarus Romanos ex inſidiis adortus.

Oſroeni Romanos à tergo cædunt.

A ἀλλὰ καὶ προθύμως τοῖς Πάρθοις, ὡς καὶ τιμωρήσοντες αὐτῷ, συνέμιξαν· οὐ μέντοι καὶ ἄξιον σφῶν οὐδὲν ἔκ τε τοῦ πλήθους καὶ ἐκ τοῦ τρόπου τῆς μάχης αὐτῶν, ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγάρου ἐπιβουλευθέντες, ἐποίησαν. εἴτε γὰρ συνασπίσαι ἔγνωσαν, ὡς καὶ τῇ πυκνότητι τῆς τάξεως σφῶν τὰ τοξεύματα αὐτῶν ἐκφυλαξόμενοι, προσπίπτοντες σφίσιν οἱ κοντοφόροι ῥύμῃ τοὺς μὲν κατέβαλλον, τοὺς δὲ πάντως γοῦν ἐσκεδάννυσαν·
B εἴτε καὶ διασταῖεν, ὅπως τοῦτό γε ἐκκλίνοιεν, ἐτοξεύοντο. κἀν τούτῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προσελάσεως τῶν κοντοφόρων ἐκπληττόμενοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐγκαταλαμβανόμενοι ἐφθείροντο· ἄλλοι τοῖς κοντοῖς ἀνετρέποντο, ἢ καὶ ἀναπειρόμενοι ἐφέροντο. τά τε βέλη καὶ πυκνὰ, καὶ πανταχόθεν ἅμα αὐτοῖς ἐμπίπτοντα, συχνοὺς μὲν καιρίᾳ πληγῇ ἀπέβαλλε, συχνοὺς δὲ ἀπομάχους εἰργά-
C ζετο· πᾶσι δ' ἀηδίαν ἐνεποίει, ἔς τε τοὺς ὀφθαλμοὺς σφῶν ἐσπετόμενα, καὶ πρὸς τὰς χεῖρας, τό,τε ἄλλο σῶμα πᾶν· καὶ διὰ τῶν ὅπλων χωροῦντα, τήν τε προφυλακὴν αὐτῶν ἀφῃρεῖτο, καὶ γυμνούς τε σφᾶς πρὸς τὸ ἀεὶ τιτρωσκόμενον ἠνάγκαζεν. ὥστε ἐν ᾧ τις τόξευμα ἐφυλάττετο, ἢ καὶ ἐμπαγὲν ἥρειτο, πλείω τραύματα ἄλλα ἐν πολλοῖς ἐλάμβανε. κἀκ τούτου ἄπορον μὲν σφίσι κινηθῆναι, ἄπορον δὲ καὶ ἀτρε-
D μίζειν ἦν. οὔτε γὰρ ἀσφάλειαν οὐδ' ἕτερον αὐτοῖς εἶχε, καὶ τὸν ὄλεθρον ἀμφότερα ἐπέφερε· τὸ μὲν, ὅτι οὐκ ἠδύναντο, τὸ δὲ, ὅτι ῥᾷον ἐτιτρώσκοντο. καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ πρὸς μόνους τοὺς ἐμφανεῖς πολεμίους ἐμάχοντο, ἔπασχον. ὁ γὰρ Αὔγαρος οὐκ εὐθὺς αὐτοῖς ἐπεχείρησεν· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκεῖνος ἐπέθετο, ἐνταῦθα οἱ Ὀρροηνοὶ, αὐτοί τε ὄπισθεν ἐς τὰ ἐπεστραμμένους αὐτοὺς ἔπαιον, καὶ τοῖς ἄλλοις ῥᾷον φονεύεσθαι παρεῖχον. τὴν γὰρ τάξιν, ὅ-
E πως ἀντιπρόσωποι αὐτοῖς γένωνται, ἐξελίξαντες, ὄπισθεν σφῶν τοὺς Πάρθους ἐποιήσαντο. αὖθίς τε οὖν πρὸς αὐτοὺς μετεστράφησαν, καὶ πάλιν αὖθις πρὸς ἐκείνους, εἶτα πρὸς τούτους. κἀκ τούτου μᾶλλον ἐπιταραχθέντες, ἅτε καὶ συνεχῶς δεῦρο κἀκεῖσε μεθιστάμενοι,

καὶ πρὸς τὸ ἀεὶ τιτρῶσκον ἀποβλέπειν ἀναγκα-
ζόμενοι, τοῖς τε ξίφεσι τοῖς σφετέροις περιέ-
πιπτον, καὶ πολλοὶ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλλυν-
το. τέλος δὲ ἐς στενὸν οὕτω κατεκλείσθησαν, ἀ-
ναγκαζόμενοι, τῶν πολεμίων ἀεὶ σφίσι πάντα-
χόθεν ἅμα προσπιπτόντων, τὰ τῶν παραστατῶν
ἀσπίσι τὰς γυμνώσεις σφῶν προστέλλειν, ὥστε
μηδὲ κινηθῆναι ἔτι δυνηθῆναι. οὐ μὴν οὐδὲ
τὴν στάσιν βεβαίαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν νεκρῶν
εἶχον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐκείνοις ἀνετρέποντο. τό, τε
καῦμα καὶ τὸ δίψος (μεσοῦντός τε γὰρ τοῦ θέ-
84 ρους καὶ ἐν μεσημβρίᾳ ταῦτ' ἐγίγνετο) καὶ ὁ
κονιορτὸς (ὅπως γὰρ ὅτι πλεῖστος αἴροιτο, πάντα
σφᾶς οἱ βάρβαροι περιίππευον) δεινῶς τοὺς
λοιποὺς συνήρει. καὶ συχνοὶ καὶ ὑπὸ τούτων ἄ-
τρωτοι ἔπεσον. κἂν πάντες ἀπώλοντο, εἰ μὴ οἵ
τε κοντοὶ τῶν βαρβάρων, οἱ μὲν ἀπεστράφησαν,
οἱ δὲ ἐκλάσθησαν, καὶ αἱ νευραὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς
βολῆς ἐρράγησαν· τά τε βέλη ἐξετοξεύθη, καὶ
τὰ ξίφη πάντα ἀπημβλύνθη· τό, τε μέγιστον,
οἱ ἄνδρες αὐτοὶ φονεύοντες ἐξέκαμον. οὕτω γὰρ
δὴ καὶ νὺξ ἐγίγνετο, καὶ πόρρω που ἀφιππεῦσαι
αὐτοὺς ἐχρῆν, ἀπεχώρησαν. οὐδέποτε γὰρ πλη-
σίοι οὐδὲ τοῖς ἀσθενεστάτοις στρατοπεδεύονται,
διά τε τὸ μηδεμιᾷ ταφρείᾳ χρῆσθαι· καὶ διὰ
τὸ, ἄν τις ἐπέλθῃ σφίσιν ἐν τῷ σκότῳ, ἀδύ-
νατοι μὲν τῇ ἵππῳ, ἀδύνατοι δὲ καὶ τῇ τοξείᾳ
ἰσχυρίσασθαι εἶναι). οὐ μέντοι καὶ ζῶντά τινα τῶν
Ῥωμαίων τότ' εἷλον. ἑστῶτάς τε γὰρ αὐτοὺς ἐν
τοῖς ὅπλοις ὁρῶντες, καὶ μήτε τινὰ ἐκεῖνα ἀπορ-
ριπτοῦντα, μήτ' αὖ τὸν φεύγοντα αἰσθανόμενοι,
ἰσχύειν τε ἔτι σφᾶς ἐνόμισαν, καὶ ἐφοβήθησαν
αὐτῶν ἐπιλαβέσθαι. οὕτως ὅ, τε Κράσσος καὶ
ἄλλοι ὅσοιγε ἠδυνήθησαν, ἐς τὰς ἄκρας ὥρμη-
σαν, βεβαίους σφίσιν ὑπὸ τῶν καταμεινάν-
των ἔνδον Ῥωμαίων τηρηθείσας. πολλοὶ γὰρ δὴ
τῶν τετρωμένων, μήτε βαδίσαι οἷοί τε ὄντες,
μήτ' ὀχημάτων εὐποροῦντες, ἢ καὶ ποδηγέτας ἔ-
χοντες (ἀγαπητῶς γὰρ οἱ λοιποὶ ἑαυτοὺς ἀνέ-
φερον) κατὰ χώραν ἔμειναν. καὶ ἐκείνων τε οἱ μὲν
ἀπέθανον ἐκ τῶν τραυμάτων, ἢ καὶ ἑαυτοὺς κατα-
χρησάμενοι· οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ. καὶ τῶν ἑα-
λωκότων συχνοὶ μὲν ἐν τῇ ὁδῷ παρεξέλιπον
σφᾶς τῶν σωμάτων, συχνοὶ δὲ καὶ μετὰ τοῦτ' ἐφθάρησαν,

ac quia ſemper ad eam partem vnde tela ingruebant, ſeſe obuertere neceſſe habebant, propriis ſe gladiis confixerunt, multique inuicem ſeſe occiderunt. Denique adeo in arctũ ab hoſte vndiquaque irrumpente coacti ſunt, vt quiſque quod inerme in ſuo corpore erat, ſcuto proximè aſſiſtentis tegendo, in vniuerſum ne mouere quidem iam ſeſe poſſet. Sed ob tantam cadauerum multitudinem fiebat vt ne ſtare quidem firmis veſtigiis poſſent, ac collaberentur: tum æſtus ſitíſque (quippe media æſtate atque in meridie pugnabatur) puluíſque quem vndique circumequitando barbari immenſum concitauerant, reliquos affligebat ita vt multi his confecti ſine vulnere caderent. Ac procul dubio occidione omnes occiſi tum eſſent, niſi barbarorum haſtæ partim retuſæ, partim fractæ, neruíque arcuum continenti iaculatione rupti, ſagittæ conſumptæ, omnéſque gladii hebetati, & (quod erat maximum) ipſi viri cædendo defatigati fuiſſent. Ita, quum nox ſuperueniſſet, Parthi, quia procul ipſis ab hoſte recedendum erat, equis aucti ſunt. ita enim mos eorum fert, vt prope hoſtem ne maximè quidem imbecillum caſtra ponant, quòd nec munitione caſtrorum vtuntur: &, ſi quis eos in tenebris adoriatur, neque equis neque ſagittis quicquã præſtare poſſunt. Nemo ea pugna Romanus ab hoſtibus captus eſt: ſed quum omnes eos Parthi ſtantes in armis conſpicarentur, neque vllum aut ea proiicientem, aut fugæ ſe committentem: adeſſe iis adhuc roboris aliquid putauerunt, neque aggredi auſi ſunt. Poſt hanc cladem Craſſus cum cæteris quicunque poterant, Carras ſeſe receperunt: quæ vrbs tuta ipſis à relictis in ea Romanis aſſeruata fuerat: multi ex iis qui vulnerati fuerant, quum neque pedibus viam carpere poſſent, neque vehicula iis præſto eſſent, neque ductores (optimè enim reliqui contenti erant, ſi ſemetipſos hinc auferre poſſent) in ipſo pugnæ loco remanſerũt. Eorũ pars ex vulneribus mortui ſũt, pars ſibiipſis mortẽ cõſciuerũt, reliqui poſtridie capti ſunt: quorũ magna pars in via ſeſe vita exuerũt: multi deinceps quoque ſauciorũ perierũt,

Parthi prope hoſtem caſtra non ponunt.

Craſſus Carras perfugit: ac rurſum inde aufugere tentat.

quũ ab initio qui ipsos curaret diligenter, haberent neminem. Crassus animo deiectus, ne in oppido quidem diutius manere se posse existimans, statim, quomodo inde fuga se eriperet, rationes inibat. Quia impossibile erat vt interdiu discedens lateret, noctem ad id delegit: sed proditus à luna, quæ tum plena luce fulgebat, non fefellit. Itaque eas noctes opertus in quibus luna non luceret, cum suis profectus est: tum eos in tenebris, atque aliena in regione iter facientes, eadémque hostili, ingens metus disiecit: ac pars capti sub diem, perierunt: pars in

C. Cassius.

Syriam cum Cassio Longino quæstore incolumes peruenerunt. Crassus cum reliquis in montes euasit: ibique ita se parauerunt tanquam per eos in Armeniam aufugituri. Surenas, eo cognito, metuens ne si id successisset, bellum contra Parthos deinde renouarent, quum Romanos in sublimi loco & equitatui alieno aggredi non auderet (armati enim erant, pugnaturique ex loco edito, tum quòd ex desperatione ad insaniam iam aliquam redacti essent, haud citra periculum videbat

M. Crassus à Surena deceptus perit.

se eos aggressurum) misit ad eos ex suis qui conditiones pacis offerrent, si omni intra Euphratem posita terra excederent. Crassus nihil in dubium vocatam rem credidit. nam in summo metu cõstitutus, ac tum suæ tum publicæ calamitatis terrore animo perturbato, ad hæc milites iter longum asperúmque reformidare, & ab Orode sibi timere sentiens, nihil eorum quæ opus erant præuidere poterat. Quem vbi ad transactionem paratum Surenas animaduertit, quum nollet id negotium per alios confici, sed ipsum Crassum cum paucis in suam potestatem accipere: ostendit, se cum eo ipso velle in colloquium venire. Conuenit igitur vt in medio inter vtriusque statione loco cum æquali virorum numero vtrinque, cógrederentur. Ita Crassus in planiciẽ descendit, eíque à Surena, quò celerius ad eum perueniret, equus dono missus est. Dum hæsitat Crassus, secúmque quidnam ageret deliberat, correptus à barbaris, vi in equum im-

A θεραπείας παραχρῆμα ἀκριβοῦς μὴ δυνηθέντες τυχεῖν. ὁ γὰρ Κράσσος ἀθυμήσας, οὐδὲ ἐν τῇ πόλει ἀσφαλῶς ἔθ' ὑπομεῖναι δυνήσεσθαι ἐνόμισεν, ἀλλὰ δρασμὸν εὐθὺς ἐβουλεύσατο. καὶ ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτῷ μεθ' ἡμέραν ἐξιόντι μὴ οὐ καταφώρῳ γενέσθαι, ἐπεχείρησε μὲν νυκτὸς ἀποδρᾶναι· προδοθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς σελήνης πανσελήνου οὔσης, οὐκ ἔλαθε. προσέμειναί τε οὖν μέχρι τῶν ἀσελήνων νυκτῶν, καὶ οὕτως ἄραντες δέ, οἷα ἐν
B σκότῳ, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ προσέτι καὶ πολεμίᾳ γῇ, φόβῳ τε ἰσχυρῷ, ἐσκεδάσθησαν. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἁλόντες, ἡμέρας γενομένης ἀπώλοντο· οἱ δὲ ἐς τὴν Συρίαν μετὰ Κασσίου Λογγίνου τοῦ ταμίου διεσώθησαν. ἄλλοι τῶν ὀρῶν μετ' αὐτοῦ τοῦ Κράσσου λαβόμενοι, παρεσκευάζοντο ὡς καὶ δι' ἐκείνων ἐς τὴν Ἀρμενίαν φευξούμενοι. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ Σουρήνας, καὶ φοβηθεὶς μὴ μεταστάντες ποι, αὖθις σφίσι προσπολεμῶσι, προσβαλεῖν μὲν πρὸς
C τὰ μετέωρα ἄφιππα ὄντα οὐκ ἠθέλησεν· (ὁπλῖταί τε γὰρ ὄντες, καὶ ἐξ ὑπερδεξίων μαχόμενοι, καί τι καὶ δι' ἀπονοίας ὑπ' ἀπογνώσεως ἔχοντες, οὐ ῥᾴδιοι προσμῖξαι οἱ ἐγίνοντο) πέμπει δὲ πρὸς αὐτούς, ἐς σπονδὰς δῆθεν σφᾶς προσκαλούμενος, ἐφ' ᾧ τὴν ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου πᾶσαν ἐκλείπωσι. καὶ αὐτῷ ὁ Κράσσος, οὐδὲν ἐνδοιάσας, ἐπίστευσεν. ἔν τε γὰρ ἀκμῇ τοῦ δέους ὤν, καὶ ὑπ' ἐκπλήξεως τῆς τε ἰδίας ἅμα καὶ τῆς δημοσίας συμφο-
D ρᾶς τεθολωμένος, καὶ προσέτι καὶ τοὺς στρατιώτας τήν τε ὁδόν, ὡς πολλὴν καὶ τραχεῖαν, ὀκνοῦντας, καὶ τὸν Ὀρώδην φοβουμένους ὁρῶν, οὐδὲν τῶν δεόντων προϊδέσθαι ἠδυνήθη. ἑτοίμου οὖν αὐτοῦ πρὸς τὰς σπονδὰς γενομένου, ὁ Σουρήνας οὐκ ἠθέλησε δι' ἑτέρων σπείσασθαι, ἀλλ' ὅπως αὐτὸν μετ' ὀλίγων ἀπολαβὼν συλλάβῃ, αὐτῷ ἐκείνῳ ἔφη βούλεσθαι ἐς λόγους ἐλθεῖν. κἀκ τούτου δόξαν σφίσιν ἐν τῷ μεταίχμῳ, μετ' ἴσων ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν,
E συμβαλεῖν ἀλλήλοις, ὅ,τε Κράσσος ἐς τὸ ὁμαλὸν ὑποκατέβη, καὶ ὁ Σουρήνας ἵππον αὐτῷ δῶρον, ἵνα δὴ θᾶσσον πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, ἔπεμψε. καὶ οὕτω διαμέλλοντα τὸν 85
Κράσσον καὶ βουλευόμενον ὅ,τι ποιήσῃ, συναρπάσαντες οἱ βάρβαροι βίᾳ ἐπὶ τὸν ἵππον

ἀνελάβοι. καὶ ὅς τῳ ἀντιλαμβανομένων αὐτοῦ τῶν Ῥωμαίων, ἐς τὰς χεῖρας σφίσιν ἦλθον· καὶ τέως μὲν ἰσοπαλεῖς ἐγίγνοντο, ἔπειτα δὲ προσβοηθησάντων τινῶν αὖθις, ἐπεκράτησαν. οἵ τε γὰρ βάρβαροι ἔν τε τῷ πεδίῳ ὄντες, καὶ προπαρεσκευασμένοι, ἔφθησαν τοὺς ἄνω Ῥωμαίους ἀμύναντες σφίσι· καὶ οἵ τε ἄλλοι ἔπεσον, καὶ ὁ Κράσσος· εἴτ' οὖν ὑπὸ τῶν σφετέρων τινός, ὅπως μὴ ζωγρηθῇ, εἴτε καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπεὶ κακῶς ἐτέτρωτο, ἐσφάγη. καὶ ἐκείνῳ μὲν τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο· καὶ αὐτοῦ χρυσὸν ἐς τὸ στόμα οἱ Πάρθοι (ὥς γέ τινές λέγουσιν) ἐνέτηξαν, ἐπισκώπτοντες. οὕτω γὰρ δὴ περὶ τὰ χρήματα, καίτοι πολυχρήματος ὤν, ἐσπουδάκει, ὡς πένητας οἰκτείρειν τοὺς μὴ δυναμένους στρατόπεδον καταλόγου οἴκοθεν θρέψαι. τῶν δ' οὖν στρατιωτῶν τὸ μὲν πλεῖον διὰ τῶν ὀρῶν ἐς τὴν φιλίαν ἀπέφυγε, τὸ δέ τι καὶ ἐς τοὺς πολεμίους ἑάλω.

Οἱ δὲ δὴ Πάρθοι τότε μὲν οὐ περαιτέρω τοῦ Εὐφράτου προεχώρησαν, ἀλλὰ τὴν ἐντὸς πᾶσαν ἀνεκτήσαντο· μετὰ δὲ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Συρίαν, οὐ μέντοι καὶ ἐν πλήθει τινί, ὡς μήτε στρατηγὸν μήτε στρατιώτας ἐχούσαν, ἐνέβαλον· ἀφ' οὗπερ Κάσσιος ῥᾳδίως αὐτούς, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπεώσατο. τούτου γὰρ ἐν μὲν ταῖς Κάρραις τῶν τε στρατιωτῶν τὴν αὐτοκράτορα αὐτῶν ἡγεμονίαν, μίσει τοῦ Κράσσου, διδόντων, καὶ προσέτι καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου ἐθέλοντι, διὰ τὸ τῆς συμφορᾶς μέγεθος, ἐπιτρέποντος, οὐκ ἐδέξατο· τότε δὲ καὶ ἀνάγκῃ τῆς Συρίας ἔν τε τῷ παρόντι καὶ μετὰ ταῦτα προέστη. οἱ γὰρ βάρβαροι οὐκ ἀπέσχοντο αὐτῆς, ἀλλὰ χειρὶ αὖθις μείζονι, Πακόρου μὲν ὀνόματι, τοῦ υἱέος τοῦ Ὀρώδου, ἔργῳ δὲ (παῖς γὰρ ἔτι ἐκεῖνος ἦν) Ὠσάκου ἡγουμένου σφίσιν, ἐστράτευσαν· καὶ μέχρι τῆς Ἀντιοχείας ἦλθον, πᾶσαν τὴν ἐν ποσὶ χειρούμενοι. καὶ ἐλπίδα εἶχον καὶ τὰ λοιπὰ καταστρέψασθαι, μήτε τῶν Ῥωμαίων ἀξιομάχῳ τινὶ δυνάμει παρόντων, καὶ τῶν δήμων τῇ τ' ἐκείνων δεσποτείᾳ ἀχθομένων, καὶ πρὸς αὐτούς, ἅτε καὶ γείτονας καὶ συνήθεις σφίσιν ὄντας, ἀποκλινόντων. ἀμαρτόντες δὲ τῆς Ἀντιοχείας (ὅ, τε γὰρ Κάσσιος ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἀπεκρούσατο, καὶ ἐκεῖνοι ἀδύνατοι πολιορκῆσαί τι ἦσαν)

A positus est. Ad hoc repugnantibus Romanis, res ad manus peruenit: quo in certamine quum aliquandiu pares fuissent Romani, tandem succurrentibus alteri parti nonnullis (nam & in plano loco barbari erat, & ad eam rem se composuerant, atque ita Romanos suis auxilio venientes anteuertebāt) superati sunt. Ibi quum nonnulli suorum cecidissent, Crassus quoque (neque constat an à suorum aliquo post graue acceptū vulnus, ne viuus in hostium B manus veniret, an verò ab hostibus) occisus est. Hic ei vitæ exitus fuit: in eiúsque os, vt quidam referunt, Parthi aurum liquefactum verbis insuper insultantes infuderunt. Tantum enim fuerat in eo homine pecuniæ acquirendæ studium, quanquam esset ditissimus, vt quasi pauperem eum miseraretur, qui non ex suis facultatibus exercitum alere posset. Militū plerique per montes in amicorum fines perfugerunt, nōnulli ab hostibus capti sunt.

C Cæterùm Parthi eo tempore omni ditione intra Euphratē recuperata, eum transgressi non sunt. postmodo Syriam quoque inuaserunt, non magno tamen exercitu, quòd in ea neque milites neque imperatorem ab Romanis esse putabant: itaque Cassius eos nō magno negotio repulit. Huic Cassio quum Carris à militibus odio Crassi adductis imperium esset delatum, atque ipse etiam Crassus ob magnitudinē calamitatis vltro id concederet, nō D acceperat: tunc autem, necessitate rerum adductus, Syriam administrauit, idque deinde etiam. Barbari enim ab incepto non destiterunt, sed maiori cum manu, nomē ducis Pacoro Orodis filio gerente, re vera autem Osace (nondū enim ex ephebis Pacorus excesserat) duce, iterū in Syriā profecti, atque in itinere positis locis omnibus in suā potestatem redactis, ad Antiochiā vsq; progressi sunt, cum spe reliquorū etiam potiūdorum. nā neque Romani iu-E stis copiis eā prouinciam tenebant: & populi, Romanorū dominationē molestè ferentes, ad Parthos, tanquam vicinos cognatósque suos, inclinabant. Verùmenimuero quū Antiochiæ capiendæ spe deiecti essent, Cassio magna vi eos repellente (ipsi autē ad oppugnationē locorū ineptissimi erant)

Crassi interitus, aurúmque in os eius infusum.

Crassi quantum pecuniæ acquirendæ studium.

C. Cassius Parthos à Syria repellit.

Pacorus Orodis filius. O saces dux Parthorum à Cassio victus perit.

Antigoniam contenderunt: cuius A vrbis ſuburbana quũ eſſent arboribus conſita, atque eò ipſi accedere neque auderent neque poſſent, arbores ſuccidere, locúmque ſylua deſpoliare inſtituerunt, vt audacter tutóque vrbem ea aggredi poſſent. Quum ne hoc ſuccederet, quia & magni laboris negotium erat, & tempus incaſſum terebatur, & Caſſius palantes ab ipſis affligebat, aliò arma verſũri, Antigonia diſceſſerũt. Interea Caſſius collocatis in via, qua tranſituri erant, inſidiis, ſe iis cum B paucis oſtendit, atque ad inſequendum pertraxit: tum ſuos circumiecit, Parthorúmque cùm alios tum ipſum Oſacen occidit. Eo interfecto, Pacorus tota Syria exceſſit, neque ab eo tempore vnquam in eam intrauit. Pacoro regreſſo, Bibulus in Syriã, vt ei regioni præeſſet, aduenit: quanquam ſenatuſconſulto cautum fuerat nequis conſul, néve quis prætor, neque ſtatim, neque ante quintum annum in prouin- C cias exteras exiret: ne videlicet à prouincias ambientibus turbæ exiſterent. Bibulus quietè ea quæ Romanis parebãt adminiſtrauit: ipſos autem Parthos contra ſeſe inuicem concitauit, Ornodapante quodam præfecto, qui Orodi infenſus erat, ſibi adiuncto, perſuaſóque per internuntios, vt Pacorum regem conſtitueret, atque eius auxilio Orodi bellum faceret. Eo modo bellum Romanorum cõtra Parthos, quarto quàm inceperat anno, deſiit, M. D Marcello & Sulpicio Ruffo conſulibus.

Bibulus Syriæ præfectus.

Senatuſcõſultum de prouinciis.

Ornodapantes.

Parthici belli tempore Cæſar Galliæ partes nouis motibus concitatas armis recepit, multa ipſe per ſe, multa per ſuos legatos gerendo. ex iis ea tantùm quæ memoratu mihi maximè digna videbuntur, referam. Ambiorix, Treuiris, qui mortem Induciomari moleſtè etiamnum ferebant, adſcitis, magnã ſibi manum in iis locis parauerat, à E Germanis quoque milites ſtipendio cõductos acceſſiuerat. Cum eo Labienus vt antequam iis copiis augeretur, dimicaret, Treuirorum fines ingredi occupauit. Quum ad defendendam regionem Treuiri nõ exirẽt, quia adhuc auxilia expectabant,

Labienus Ambiorigem & Treuiros vincit.

A ἐπ᾽ Ἀντιγονίαν ἐτράποντο. καὶ ἐπειδὴ τό, τε προάστειον αὐτῆς σύμφυτον ἦν, καὶ οὐκ ἐθάρσησαν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐδυνήθησαν ἐς αὐτὸ ἐσελάσαι, ἐνενόησαν μὲν τά τε δένδρα κόψαι, καὶ τὸ χωρίον πᾶν ψιλῶσαι, ὅπως καὶ θαρσούντως καὶ ἀσφαλῶς τῇ πόλει προσμίξωσι· μὴ δυνηθέντες δὲ (ὅ, τε γὰρ πόνος πολὺς ἐγίγνετο, καὶ ὁ χρόνος ἄλλως ἀνηλοῦτο, ὅ, τε Κάσσιος τοὺς ἀποσκεδαννυμένους σφῶν ἐλύπει) ἀπανέστησαν, ὡς καὶ ἐπ᾽ ἄλλο τι ἐπιστρατεύσοντες. B κἀν τούτῳ ὁ Κάσσιος ἔς τε τὴν ὁδὸν δι᾽ ἧς ἀποπορεύεσθαι ἔμελλον, ἐλόχισε· κἀνταῦθα ἐπιφανεὶς σφίσι μετ᾽ ὀλίγων, ἔς τε δίωξιν αὐτοὺς ὑπηγάγετο, καὶ περιστοιχισάμενος, ἄλλους τε καὶ τὸν Ὀσάκην ἀπέκτεινε. τελευτήσαντος δὴ ἐκείνου, πᾶσαν τὴν Συρίαν ὁ Πάκορος ἐξέλιπε, καὶ οὐδ᾽ αὖθις ποτὲ ἐς αὐτὴν ἐσέβαλεν. ἅμα δὲ οὗτος ἀνακεχωρήκει, καὶ ὁ Βίβουλος ἄρξων τῆς Συρίας ἀφίκετο· καίπερ ἐψηφισμένου, μηδένα μήτε C στρατηγὸν, μήθ᾽ ὕπατον, μήτε εὐθὺς, μήτε πρὸ πέμπτου ἔτους ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας ἐξιέναι· ἵνα μὴ διὰ τοῦτο σπουδαρχιῶντες στασιάζωσι. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν ἡσυχίᾳ τὸ ὑπήκοον διῆγε, τοὺς δὲ δὴ Πάρθους ἐπ᾽ ἀλλήλους ἔτρεψεν. Ὀρνοδαπάντῃ γάρ τινα σατράπην, ἀχθόμενον τῷ Ὀρώδῃ, προσποιησάμενος, ἀνέπεισε δι᾽ ἀγγέλων τόν τε Πάκορον βασιλέα στήσασθαι, καὶ ἐπ᾽ ἐκεῖνον μετ᾽ αὐτοῦ στρατεῦσαι. ὁ μὲν οὖν πόλεμος οὗτος ὅ, τε Ῥωμαίων D καὶ ὁ τῶν Πάρθων, τῷ τετάρτῳ ἔτει ἀφ᾽ οὗ ἤρξαντο, ἐπί τε Μάρκου Μαρκελλίνου καὶ ἐπὶ Σουλπικίου Ῥούφου ὑπάτων ἐπαύσατο. 86

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ χρόνῳ καὶ ὁ Καῖσαρ τὰ ἐν τῇ Γαλατίᾳ ταραχθέντα αὖθις μάχαις κατέλαβε, πολλὰ πάνυ, τὰ μὲν αὐτὸς, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ὑποστρατήγων πράξας· ὧν ἐγὼ τὰ ἀξιολογώτατα διηγήσομαι μόνα. ὁ γὰρ Ἀμβιόριξ τοὺς Τριουήροις χαλεπῶς ἔτι καὶ τότε ἐπὶ τῷ τοῦ Ἰνδουτιομάρου θανάτῳ ἔχοντας παραλαβὼν, τά τε αὐτόθεν ἐπὶ πλεῖον συνέστησε, E καὶ παρὰ τῶν Κελτῶν μισθοφορικὸν μετεπέμψατο. βουληθεὶς οὖν ὁ Λαβιῆνος, πρὶν ἐκείνοις ἐπελθεῖν, συμμίξαι σφίσι, προσενέβαλεν ἐς τὴν τῶν Τελουήρων χώραν. καὶ ἐπειδὴ μὴ ἠμύνοντο, τὴν ἐπικουρίαν ἀναμένοντες,

ἀλλὰ ποταμόν τινα διὰ μέσου ποιησάμενοι A ἡσύχαζον, συνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ ἐδημηγόρησε τοιάδε, ἀφ' ὧν τούς τε σφετέρους καταπλήξειν καὶ ἐκείνους ἔμελλε. χρῆναί τε σφᾶς ἔλεγε, πρὶν τοὺς Κελτοὺς αὖθις ἐπαμῦναι, πρός τε τὸν Καίσαρα καὶ ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι, σημῆναί τε εὐθὺς συσκευάσασθαι. καὶ ἐξανέστη οὐ πολλῷ ὕστερον, προσδοκήσας ἔσεσθαι τοῦτο ὃ καὶ ἐγένετο. οἱ γὰρ βάρβαροι ἀκούσαντες ταῦτα (ἦν γὰρ αὖθις ἐπιμελὲς, καὶ δι' αὐτό γε τοῦτο καὶ φα- B νερῶς ἐλέχθη) διϊέναι τε αὐτὸν ὄντως, καὶ φυγὴν ὡς ἀληθῶς ποιεῖσθαι ἐπίστευσαν. καὶ τὸν ποταμὸν σπουδῇ διαβαίνοντες, θυμῷ ἐπ' αὐτοὺς ἐχώρουν, ὡς τάχους ἕκαστος εἶχε. καὶ οὕτως ὁ Λαβιῆνος ὑπέστη τε σφᾶς ἐσκεδασμένους, καὶ τοὺς πρώτους ἐκπλήξας, ῥᾳδίως καὶ τοὺς λοιποὺς δι' αὐτῶν ἐκείνων ἐτρέψατο. κἀκ τούτου φευγόντων τε σφῶν τεταραγμένων, καὶ ἀλλήλοις ἐμπιπτόντων, καὶ πρὸς τὸν ποταμὸν ὠθουμένων, πολλοὺς ἀπέκτεινε. διαφυ- C γόντων τε καὶ ὡς συχνῶν, ὁ Καῖσαρ τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα λόγον ἐποιεῖτο, τὸν δὲ Ἀμβιόριγα, διαδιδράσκοντα ἄλλοτε ἄλλῃ, καὶ πολλὰ κακουργοῦντα, καὶ ζητῶν καὶ διώκων, πράγματα εἶχε. καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδένα τρόπον λαβεῖν ἠδυνήθη· ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Κελτοὺς, ὡς καὶ τοῖς Τρηουήροις βοηθῆσαι ἐθελήσαντας, ἐστράτευσε· καὶ ἔπραξε μὲν οὐδὲ τότε οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ ταχέων φόβῳ τῶν Σουήβων ἐπανεχώρησεν. ἔδοξεν οὖν αὖθις τὸν Ῥῆνον D διαβεβηκέναι, καὶ τῆς τε γεφύρας μόνα τὰ προσεχῆ τοῖς βαρβάροις ἔλυσε, καὶ φρούριον ἐπ' αὐτῆς, ὡς καὶ ἀεὶ διαβασείων, ᾠκοδόμησε. καὶ μετὰ τοῦτο ὀργῇ τὴν τοῦ Ἀμβιόριγος διαφυγὴν φέρων, τὴν πατρίδα αὐτοῦ, καίτοι μηδὲν νεωτερισάντων, διαρπάσαι τοῖς βουλομένοις ἐπέτρεψε, προεπαγγείλας σφίσιν αὐτὸ τοῦθ', ὅπως ὅτι πλεῖστοι συνέλθωσιν. ὅθεν περ πολλοὶ μὲν Γαλάται, πολλοὶ δὲ καὶ Συγάμβροι πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ἦλθον. οὐ E μέντοι καὶ ἀπέχρησε τοῖς Συγάμβροις τὰ ἐκείνων λῄσασθαι, ἀλλὰ καὶ αὖθις τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέθεντο. τηρήσαντες γὰρ σφᾶς πρὸς σίτου κομιδὴν ἀπιόντας, ἐπεχείρησαν τῷ στρατοπέδῳ αὐτῶν· κἂν τούτῳ προσβοηθησάντων σφῶν, ἐπειδή περ ᾔσθοντο, συχνοὺς ἐφό-

sed præsidio fluminis, quod inter ipsos ac Romanos labebatur, cōtenti quiescerent, Labienus conuocato exercitu concionem habuit; qua hostibus terroris de se ac suis opinionem præbuit: priusquam Germanorum auxilia Treuiris aduenirent, ad Cæsarem & in tuta loca recedendum esse sibi videri: statimque se signum vasa colligendi daturum. Nec multa interiecta mora, castra mouit, id quod accidit, fore suspicatus. Barbari enim eo percepto (quibus Romanorum consilia cognoscendi multa cura erat, atque eo fine palam Labienus id dixerat) seriò ipsum abire fugámque capere crediderunt: itaque è vestigio flumen transgressi, quanta maxima potuerunt celeritate Romanos insecuti sunt. In eos palantes Labienus conuersus, primis perterritis totum agmen in fugam dedit: fugientésque sparsim, ac sese inuicem impedientes, compulsósque ad fluuium, consectatus, magnum eorum numerū interfecit. complures fuga sese eripuerunt. De iis Cæsar nihil solicitus, in Ambiorige, qui multorum maleficiorum autor erat, modò hac modò illac diffugiente, insequendo, negotium habuit. Postquam eum nulla ratione comprehendi posse vidit, in Germanos, quòd Treuiris suppetias ferre voluissent, arma conuertit: inde quoque maturè metu Sueuorum se recepit, nulla re perfecta, quàm quòd gloriam Rheni altera vice traiecti reportauit: ponti, ea parte quæ ab barbaros pertinebat rescissa, castellum imposuit, vt crebrò ea transiturus videretur. Secundum hæc, ira effugii Ambiorigis permotus, eius patriam, quanquam nihil tum mouisset, omnibus qui vellent diripiendam palam proposuit, eo consilio vt quamplurimi ad hoc cōuenirēt: itaque multi cùm Galli, tum Sicambri ad prædam cōfluxêre. Cæterùm Sicambris non satis fuit ex Eburonibus prædam egisse, sed ipsos quoque Romanos petierunt: quos quum frumentatū digressos animaduertissent, castra eorū aggressi sunt: Romanorúmque re percepta ad defendendum castra concurrentium multos oc-

Stratagema.

Cæsar Rhenū denuo transit.

Eburonia depredanda barbaris concessa.

Sicambri Romanorum castra inuadunt.

ciderunt: ab hoc facto Cæsarem timentes, summa cum festinatione domum redierunt. Cæsar, quia & hyems propè, & Romæ tumultus erāt, nullam vindictam exigere quū posset, milites in hyberna dimisit, ipse in Italiam profectus est: verbo quidem, vt Galliæ citerioris curam haberet, re ipsa autem, vt haud procul ab vrbe remotus, intētus iis quæ ibi agebantur esse posset.

Aruerni duce Vercingentorige bellum mouent.

Interim noui Gallorum motus coorti sunt. Aruerni duce Vercingentorige defecerunt: omnésque Romanos, quos in oppidis finibúsque suis inuenissent, trucidauerunt: profectíque in regiones Romanis amicas, quoscunque ad societatem defectionis pertrahere potuerunt, iis pepercerunt, cæteros maleficiis infestauêre. Quibus cognitis, Cæsar in Galliam regressus, quum hostes in Biturigum fines intrasse deprehenderet, neque eis opitulari posset, (nondum enim omnis ad eum exercitus conuenerat) in Aruernorum ipse contrà profectus est regionē, atque ita hostes domum retraxit: ipse tamen, quòd satis virium sibi ad pugnam non adesset, ante aduentum eorum discessit. Aruerni denuo in Bituriges profecti, Auarico oppido occupato, diu se in eo sustinuerunt.

Auaricum à Cæsare vt captum.

Difficulter murus adiri poterat, altera parte paludibus imperuiis, altera, flumine rapido cinctus. Itaque quū Romani oppugnarent, barbari, quorum immensus erat numerus, facilè eorum conatus repellebant: factísque eruptionibus, crebrò molesti ipsis erant. Tandem non agris modò vicísque, sed oppidis quoque, vnde Romanos commeatus auxilia posse habere existimabant, incensis, omnem rem frumentariam, quæ Romanis à sociis supportabatur, diripiebant: ita vt Romani obsidentes, ipsi iis incommodis premerentur quibus obsessi solent. Accidit vt, Romanis muro succedentibus, effusus imber cum magna venti vi cooriretur, (hæc enim hyeme iam instante gerebantur) ac primùm ipsos ab oppugnatione in castra compelleret, deinde Gallos quoque intra domos suas coerceret.

A νόσησαν. καὶ οἱ μὲν, φοβηθέντες διὰ τοῦτο τὸν Καίσαρα, οἴκαδε σπουδῇ ἀνεχώρησαν· ἐκείνοις δὲ τούτων μὲν οὐδὲν, διά τε τὸν χειμῶνα καὶ διὰ τὸ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ στασιάζεσθαι, οὐδεμίαν τιμωρίαν ἐποιήσατο. τοὺς δὲ δὴ στρατιώτας πρὸς τὰ χειμάδια πέμψας, αὐτός τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, πρόφασιν μὲν, τῆς ἐκεῖ Γαλατίας ἕνεκα, τὸ δ' ἀληθὲς, ὅπως ἐγγύθεν τοῖς ἐν τῇ πόλει δρωμένοις ἐφεδρεύῃ, ἀπῆλθεν.

B Κἀν τούτῳ οἱ Γαλάται αὖθις ἐνεόχμωσαν. Ἀρουερνοὶ γὰρ, ἡγουμένου σφῶν Οὐερκιγγετόριγος, ἀπέστησαν, καὶ τούς γε Ῥωμαίους ὅσους ἔν τε ταῖς πόλεσιν ἔν τε τῇ χώρᾳ σφῶν εὗρον, πάντας ἀπέκτειναν· καὶ ἐπὶ τὴν συμμαχίδα αὐτῶν χωρήσαντες, τοὺς μὲν συναποστῆναι σφίσιν ἐθελήσαντας, περιεῖπον, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκακούργουν. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Καῖσαρ ἐκομίσθη, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς ἐς Γουρτούειγας ἐμβεβληκότας, ἐκείνοις 87
C μὲν (οὐ γάρ πω πάντες οἱ στρατιῶται αὐτῷ παρῆσαν) οὐκ ἐπήμυνεν· ἐς δὲ δὴ τὴν Ἀρουερνίδα ἀντεμβαλὼν, ἐπανήγαγεν οἴκαδε τοὺς πολεμίους· καὶ (οὐ γὰρ ἐδόκει πω ἀξιόμαχος αὐτοῖς εἶναι) προαπεχώρησεν. αὖθις οὖν ἐκεῖνοι πρός τε τοὺς Γουρτούειγας ἐπανῆλθον, καὶ πόλιν αὐτῶν Εὐαγκὸν ἑλόντες, ἐπὶ πλεῖστον ἐν αὐτῇ ἀντέσχον. ὕστερον δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πολιορκούμενοι (τό, τε γὰρ τεῖχος δυσπρόσοιτον ἦν, τῇ μὲν,
D ἑλῶν δυσδιαβάτων, τῇ δὲ, ποταμοῦ ῥοώδους αὐτὸ περιέχοντος) καὶ αὐτοὶ παμπληθεῖς ὄντες, τάς τε προσβολὰς σφῶν ῥᾳδίως ἀπεκρούοντο, καὶ ἐπεξιόντες, πολλὰ αὐτοὺς ἐλύπουν. καὶ τέλος τά τε πέριξ πάντα, οὐχ ὅπως ἀγρούς, ἢ κώμας, ἀλλὰ καὶ πόλεις ἀφ' ὧν ὠφέλειαν τινὰ ἔσεσθαι σφίσι προσεδόκων, κατέφλεξαν· εἴ τι παρὰ τῶν πόρρωθεν συμμάχων ἐκομίζετο αὐτοῖς, διήρπαζον· ὥστε πολιορκεῖν τὴν πόλιν τοὺς Ῥωμαίους δο-
E κοῦντας, τὰ τῶν πολιορκουμένων πάσχειν· πρὶν δὴ ὑετός τε λάβρος καὶ πνεῦμα μέγα προσβάλλουσί πη αὐτοῖς ἐπιγενόμενον (ὅ,τε γὰρ χειμὼν ἐνῆκει) πρὸς τοῦτοις μὲν ἐκείνοις ἀπήλασε, καὶ ἐς τὰς σκηνὰς ἐπανήγαγεν, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς βαρβάρους εἰς τὰς οἰκίας κατέκλεισεν.

ἀπελθόντων γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων, οἱ Ῥωμαῖοι προσέβαλον ἐξαίφνης αὐταῖς ἐρήμοις ἀνδρῶν οὔσαις· καὶ πύργον τινὰ παραχρῆμα, πρὶν καὶ αἰσθέσθαι τοὺς πολεμίους τῆς παρουσίας σφῶν, ἑλόντες, ἔπειτα καὶ τὰ λοιπὰ οὐ χαλεπῶς ἐχειρώσαντο· καὶ τήν τε πόλιν πᾶσαν διήρπασαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πάντας, ὀργῇ τῆς τε προσεδρείας καὶ τῆς ταλαιπωρίας, ἔσφαξαν. πράξας δὲ ταῦτα ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπεστράτευσε. καὶ ἐπειδὴ πολεμούμενοι τὰς γεφύρας οἱ λοιποὶ Ἀρουερνοὶ προεκεκρατήκεσαν, δι' ὧν διαβῆναι αὐτὸν ἐχρῆν, ἀπορήσας ὅπως περαιωθῇ, ἐπιπαρῆλθεν ἐπὶ πολὺ παρὰ τὴν ὄχθην, εἴπως ἐπιτηδείου τινὸς χωρίου, ὥστε πεζῇ δι' αὐτοῦ τοῦ ὕδατος διελθεῖν, λάβοιτο. κἀκ τούτου ἔν τε ὑλώδει τινὶ καὶ ἐν συσκίῳ τόπῳ γενόμενος, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ πλεῖον προέπεμψε, μακρὰ ἐκτεταμένῃ τάξει κελεύσας αὐτοὺς περιιέναι, ὥστε καὶ πάντας σφᾶς ἐνταῦθα εἶναι δοκεῖν· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων ὑπέμεινε, καὶ ξύλα τε ἔτεμε, καὶ σχεδίας ἐποίησε, καὶ ἐπ' αὐτῶν διέβη τὸ ῥεῦμα· τῶν βαρβάρων πρός τε τοὺς ἐν τῷ πρόσθεν πορευομένους τὸν νοῦν ἐχόντων, καὶ τὸν Καίσαρα μετ' αὐτῶν εἶναι λογιζομένων. κἀκ τούτου τούς τε προεληλυθότας νυκτὸς ἀνεκαλέσατο, καὶ διαβιβάσας αὐτοὺς ὁμοίως, τῆς μὲν χώρας ἐκράτησε, τῶν δ' ἀνθρώπων ἐς Γοργοβίαν συγκαταφυγόντων, καὶ ἐκεῖσε πάντα τὰ τιμιώτατα σφίσι συγκομισάντων, πλεῖστον πόνον μάτην αὐτοῖς προσεδρεύων εἶχε. τό, τε γὰρ φρούριον ἐπί τε λόφου καρτεροῦ ἦν, καὶ τείχεσιν ἰσχυρῶς ἐκεκράτυντο· καὶ οἱ βάρβαροι πέριξ αὐτὸ πάντα τὰ μετέωρα κατειληφότες προσεφρούρουν· ὥστε καὶ μένειν αὐτοῖς κατὰ χώραν ἀσφαλῶς ὑπάρχειν, καὶ ἐπικαταθέουσι πλεονεκτεῖν τὰ πλείω. ἔν τε γὰρ πεδίῳ ὁ Καῖσαρ ηὐλίζετο· οὐ γὰρ εὐπόρησεν ἐχυροῦ χωρίου. καὶ αὐτὸς μὲν οὔτε προσεπιγίγνωσκεν. οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ὑπερδέξιοι ὄντες, τό, τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθέοντο, καὶ ταῖς καταδρομαῖς ἐπιτυχεῖς ἐγίγνοντο· εἴ τέ πῃ περαιτέρω τοῦ καιροῦ προχωρήσαντες ἀνεχώρουν, δι' ὀλίγου αὖθις ἐντὸς τῆς ἐπικρατείας σφῶν ἐγίγνοντο. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐδένα τό-

A Quibus à propugnaculis digressis, Romani confestim ea viris nudata aggressi, turrim, priusquam de eorum aduentu quisquam cognouisset, ceperunt: reliquísque iam partibus quoque haud magno labore occupatis, totam vrbem diripuerunt: atque ira oppugnationis, toleratorúmque in ea laborum concitati, omnes in ea homines occiderunt. Secundum hanc rem gestam Cæsar in Aruernorum fines cum exercitu profectus, quum ab hostibus
B omnes pontes qua trãseundum ipsi erat, præoccupati essent, dubius, ad ripam fluminis aliquandiu itinere facto, vadum qua pedibus exercitus traduci posset, quærebat. postquam in syluestrem atque vmbrosum locum peruenit, præmissis impedimentis cum copiarum maiori parte, iussísque in longum quammaxime explicato ordine proficisci, vt totius exercitus speciem præberet, ipse cum robustissimis substitit, ligna
C cecidit, ratésque compegit: iis ipse fluuium transiuit, dum barbari progressis intenti, ipsum quoque vnà iis adesse Cæsarem existimant. Hoc facto, reliquos qui progressi erant, noctu reuocatos, eadem traduxit, totam regionem occupauit. sed Aruerni Gergobiã sese vniuersi, collatis eodem iis quæ chara habebant omnibus, contulerant. In eo oppido obsidendo plurimùm frustra Cæsar laborauit. erat enim sitũ in egregiè munito colle, murísque
D defendebatur validis. Galli quoque omnia circum edita loca præoccupauerant, præsidiísque tenebant: ita vt & ipsi in suis locis essent, & decurrentibus plerũque superiora omnia euenirent. Cæsar enim castra loco plano habebat, quum editum nihil ad manum esset: itaque oppugnandi ne cogitationem quidem vllam habebat: contrà barbari, vt qui loco sublimiori consisterent, in eius castra cum impetu deferebantur, eæque decursiones ipsis opportunæ
E erant: ac, siquando vlterius quàm expediret, procurrebant, paruo momento in tutum se recipiebant. neque enim Romani ad castra eorum intra tantum spatium quantum la-

Cæsar in Aruernos deuenit.

Gergobiæ obsidio.

pide aut iaculo penetrari potest, ac-
cedere tutò poterant. Itaque Cæsar,
quum tempus sine fructu absume-
retur, ac tametsi ipsum collem cui
oppidum impositum erat, sæpenu-
mero aggressus, aliqua eius parte po-
titus esset, vt iam eo communito fa-
cilius oppugnare cætera posset: quia
tamen in vniuersum repellebatur,
non sine plurimorum iactura mili-
tum: postquam vrbem capi non
posse videt, Heduíque interim no-
uos motus excitauerant, ad quos
sedādos ipso profecto, in summum
periculum ad Gergobiam relictus e-
xercitus ab hostibus adductus erat:
iis omnibus causis permotus, castra
ab oppido mouere statuit. Porro
Hedui, quum ab initio fidem seruas-
sent, Cæsaríque auxilia misissent, eo
tempore contra animi suam sentē-
tiam ad rebellionem faciēdam per-
tracti sunt, fraude cùm aliorū, tum
Litauici in primis. Nam is quum
nullis eos rationibus ad fidem vio-
lādā impellere posset, id obtinuit vt
quos Hedui auxilio Cæsari tū mitte-
bant, ipse ad eū perduceret. Ea occa
sione profectus, præmisso equitatu,
quibusdā ex iis iussit vt reuersi dice-
rent, cæteris secū præmissis, ac iis qui
præterea ex Heduorū ciuitate apud
Cæsarem fuissent, Romanos ma-
nus iniecisse, atque interfecisse. His
ita annuntiatis concionem ad mi-
lites huiusmodi nuntio conuenien-
ter habuit: qua effecit vt & ipsi à
Romanis deficerent, & cæteros ad
idem faciendum permouerent. Si-
mulatque id Cæsar resciuit, Heduos
quos secum habebat, quíque inter-
fecti ab eo crediti erant, ad Heduos
præmisit, vt viui ab omnibus con-
spicerentur: ipse cum equitatu sub-
secutus est. Ita euenit vt Hedui pœ-
nitentia admissi correpti, cum eo in
gratiam tum redierint. Haud mul-
to pòst, quum Romani Cæsare ab-
sente ad Gergobiam malè accepti
essent, ac secundum id detrimen-
tum acceptum ab obsidione omni-
no recederent, veriti ii qui defe-
ctionis autores fuerant, alíque qui
nouis semper rebus studebant, ne
pœnas admissorum penderent, no-
uos motus excitauerunt. Quod vbi ii qui cum Cæsare militabant cognouerunt,
petierunt ab eo vt sibi domum eundi potestatem faceret, polliciti omnia sese compo-
situros. Impetrato commeatu, Nouiodunum, quo in oppido pecuniam, frumētum,

Heduorum rebellio facta fraude Litauici.

Aliæ Heduorū defectio.

A πον ἐφ' ὅσον οὔτε λίθοι καὶ τὰ ἀκόντια ἐξικνεῖτο,
πελάσαι τοῖς χωρίοις ἐδύναντο. ὁ οὖν Και- 88
σαρ, ἐπειδὴ ὅ,τε χρόνος ἄλλως ἀνηλοῦτο, καὶ
πολλάκις καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄρθιον, ἐφ' οὗ τὸ
πόλισμα ἦν, προσβαλὼν, μέρους μέν τινος
ἐκράτησεν αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐντειχίσασθαί τι,
ῥᾷόν τε ἐκεῖθεν τὴν ἐπὶ τἄλλα ἔφοδον ποιή-
σασθαι· τὸ δ' ὅλον ἀπεκρούετο, καὶ τῶν γε στρα-
τιωτῶν συχνοὺς ἀπέβαλλε, καὶ ἐκείνους ἀλύ-
πτους ἑώρα ὄντας· τά τε τῶν Αἰδούων ἐν τού-
B τῳ ἐκινήθη, καὶ προσέτι καὶ πρὸς τούτους ἀ-
πελθόντος αὐτοῦ, κακῶς οἱ καταλειφθέντες
ἀπήλλαξαν· ἀνέστη. οἱ γὰρ Αἴδουοι κατ' ἀρ-
χὰς μὲν ταῖς τε ὁμολογίαις ἐνέμειναν, καὶ
ἐπικουρίας αὐτῷ ἔπεμπον· ἔπειτα δὲ καὶ ἀ-
κοντες ἐπολέμησαν, ἀπατηθέντων σφᾶς
ἄλλων τε καὶ Λιταουίκου. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔπει-
θεν αὐτοὺς ἄλλως τοῦτο ποιῆσαι, διεπράξατο
προσταχθῆναί οἱ, πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπα-
γαγεῖν τινὰς ἐπὶ συμμαχίᾳ δῆθεν αὐτοῦ· καὶ
C ὥρμησε μὲν ὡς καὶ τοῦτο ποιήσων· προπέμ-
ψας δὲ ἱππέας, καὶ κελεύσας τισὶν αὐτῶν ἐ-
πανελθοῦσιν εἰπεῖν, ὅτι συμπεμφθέντες σφί-
σι καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις σφῶν
ὄντες, συνειλημμένοι τε ὑπ' αὐτῶν εἰσὶ, καὶ
ἀπολώλασι, προσπαρώξυνε τοὺς στρατιώ-
τας, δημηγορήσας ἀκόλουθα τοῖς ἀγγέλοις.
καὶ οὕτως αὐτοί τε ἐπανέστησαν, καὶ τοὺς ἄλ-
λους συμμετέστησαν. καὶ τότε μὲν (ὁ γὰρ Και-
σαρ ὡς τάχιστα τοῦτ' ᾔσθετο, τούς τε Αἰδούους
D οὓς εἶχε καὶ ἐδόκει πεφονευκέναι, ἔπεμψεν αὐ-
τοῖς, ὥστε φανεροὺς πᾶσι ζῶντας γενέσθαι, καὶ
τοῖς ἱππικοῖς ἐφέπετο) μετενόησαν, καὶ συνηλ-
λάγησαν. αὖθις δὲ τῶν Ῥωμαίων πρός τε τῇ
Καίσαρος ἀπουσίᾳ πταισάντων, καὶ μετὰ τοῦτο
παντάπασιν ἀπ' αὐτῆς ἀποχωρησάντων, ἐ-
φοβήθησαν οἵ τε τὴν ἐπανάστασιν πράξαν-
τες, καὶ νεωτέρων ἀεὶ πραγμάτων ἐφιεμέ-
νοις σχολάζοντες * ποιήσωνται, καὶ ἐνεόχμω-
σαν. μαθόντες δὲ τοῦθ' οἱ στρατεύοντες αὐτῶν
E τῷ Καίσαρι, ᾐτήσαντο ἐπιτραπῆναι σφίσιν
οἴκαδε ἀπελθεῖν, ὑπισχνούμενοι πάντα κα-
ταστήσειν. καὶ οὕτως ἀφεθέντες, πρός τε Νοούι-
δουνον, ἔνθα τά τε χρήματα καὶ τὸν σῖτον,

ὁμήρους τε πολλοὺς οἱ Ῥωμαῖοι κατέθεντο, A ἦλθον, καὶ τούς τε φρουροὺς αὐτῶν, συναιρομένων σφίσι τῶν ἐπιχωρίων, μὴ προσδεχομένους ἔφθειραν, καὶ ἐν κράτει πάντων αὐτῶν ἐγένοντο. καὶ ἐκείνην τε τὴν πόλιν, ἐπικαίρως οὖσαν, κατέπρησαν, ὅπως μὴ οἱ Ῥωμαῖοι ὁρμητήριον αὐτὴν τοῦ πολέμου ποιήσωνται· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Αἰδούων προσαπέστησαν. ὁ οὖν Καῖσαρ ἐπεχείρησε μὲν παραχρῆμα ἐπ' αὐτοὺς στρατεῦσαι· μὴ δυνηθεὶς δέ, διὰ τὸν ποταμὸν τὸν Αἴγερον, ἐτράπετο. B καὶ ὁ μὲν οὐδὲ ἐκεῖνα κατώρθωσεν. ὁ δὲ δὴ Λαβιῆνος τὴν νῆσον τὴν ἐν τῷ Σηκουάνῳ ποταμῷ οὖσαν, τούς τε προσκινδυνεύσαντας τῇ ἠπείρῳ κρατήσας, καὶ τὴν διάβασιν πολλαχῇ ἅμα κατά τε τὸν ῥοῦν, καὶ ἀνάπαλιν, ὅπως μὴ καθ' ἓν περαιούμενος κωλυθῇ, ποιησάμενος, κατέσχε.

Πρὶν δὲ τοῦτο γενέσθαι, καταφρονήσας ὁ Οὐερκιγγετόριξ τοῦ Καίσαρος, ἐξ ὧν ἐπταίκει, ἐπ' Ἀλλόβριγας ἐστράτευσε. κἀν τούτῳ ὁρμήσαντα C αὐτὸν ὡς καὶ βοηθήσοντα σφίσιν, ἀπέλαβεν ἐν Σηκουανοῖς γενόμενον, καὶ ἐνεκυκλώσατο. οὐ μέντοι κακόν τι εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον, τούς τε Ῥωμαίους ἠνάγκασεν ἀγαθοὺς εἶναι, ἀπογνώσει τῆς σωτηρίας, καὶ αὐτὸς ὑπό τε τοῦ πλήθους καὶ ὑπὸ τοῦ θράσους ἔπταισε· καί τι καὶ ὑπὸ τῶν Κελτῶν τῶν τοῖς Ῥωμαίοις συμμαχούντων ἐσφάλη. ταῖς τε γὰρ ὁρμαῖς ἀπλήστοις σώμασι τὴν τόλμαν προσεπισχυρίσαντες, δι- D έρρηξαν τὴν περίσχεσιν. εὑρὼν δὲ δὴ τὸ εὕρημα τοῦτο ὁ Καῖσαρ, οὐκ ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐς Σαλεσίαν τοὺς διαφυγόντας αὐτῶν κατακλείσας, ἐπολιόρκει. κἀν τούτῳ ὁ Οὐερκιγγετόριξ τὸ μὲν πρῶτον τοὺς ἱππέας, πρὶν παντελῶς ἀποτειχισθῆναι, ἐξέπεμψε, τῆς τε τροφῆς
89 τῶν ἵππων ἕνεκα (οὐ γὰρ ἦν) καὶ ὅπως ἐς τὰς πατρίδας ἕκαστοι σφῶν κομισθέντες, τά τε ἐπιτήδεια καὶ ἐπικουρίαν αὐτῷ ἀγάγωσιν. ἐπεὶ δ' οὗτοί τε ἐχρόνιζον, καὶ τὰ σιτία σφᾶς ἐπιλεί- E πειν ἤρξατο, τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας, τῶν ἄλλων τοὺς ἀχρειοτάτους ἐξέβαλεν, ἐλπίσας μάτην ὅτι ἢ καὶ ἐκεῖνοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων τῆς λείας ἕνεκα σωθήσονται, ἢ οἵ γε λοιποὶ ταῖς τροφαῖς αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον χρησάμενοι περιγενήσονται.

obſidéſque pleroſque Romani depoſuerant, venerunt: vſique auxilio Nouiodunenſium, cuſtodibus de improuiſo necatis, omnia obtinuerunt: ipſum oppidum loco opportuno ſitum, ne id Romani receptaculum belli haberent, incenderunt: ac reliquam Heduorum partem in rebellionis ſocietatem pertraxerũt. Cæſar confeſtim in Heduos ſuſcepta expeditione, fluuio Ligeri obſtante, ab incepto hoc quoque deſiſtere coactus eſt, nulla re perfecta. Sed Labienus inſulam in Sequana flumine occupauit, deuictis iis qui in terra ad arcendum ab ea ipſum confluxerant: traductíſque variè cùm ſecundo tum aduerſo flumine copiis, ne, ſi vno loco id conaretur, prohiberi ab hoſtibus poſſet.

Labienus inſulam in Sequana capit.

Id priuſquam fieret, Vercingetorix, Cæſare deſpecto ob detrimenta quæ is acceperat, Allobrogibus bellum inferre intendit: Cæſarem iis auxilio proficiſcentem in Sequanis deprehenſum circundat. Verùm id Vercingetorigi longè ſecus quàm inſtituerat cecidit. Nam non modò cladem Romanis nullam intulit, verùm eos deſperatione ſalutis ad fortitudinem compulit: ipſéque temeritate ſua, quia multitudini ſuorum fidebat, ſuccubuit. Haud parũ ad eam victoriam Germani, quos Cæſar ad auxilium euocauerat, Romanis contulerunt: qui audaciam ſuam ingenti corporum mole ac robore confirmantes, circumiectorum hoſtium ordinem perruperãt. Ab ea victoria ſibi oblata Cæſar nihil remittendum ratus, hoſtes Alexiam perfugientes, oppido incluſit, ac in obſidione habuit. Vercingetorix, antequam munitiones Cæſaris omni ex parte abſoluerentur, equitatum à ſe dimiſit, quia pabulum equis non ſuppetebat, vtque in ſuas quique ciuitates profecti, commeatus ſuppetiaſque Alexiam adferrẽt. Quum ea res extraheretur, ac iam res frumentaria ipſos deficere inciperet, liberos atque mulieres, atque reliquos bello inutiles oppido expulit: fruſtra ſperans alterutrum fore, vt aut hæc multitudo à Romanis prædæ cauſa recepta ſeruaretur: aut ipſi certè diutius victum, vnde vitam tolerarent, haberent.

Vercingetorix in Sequanis à Cæſare vincitur.

Germanorum opera Cæſar vincit.

Alexiam Cæſar obſidet.

Cæſar enim, qui non adeo re frumentaria affluebat, vt aliis quoque alendis ſufficeret, quòd eam multitudinem ad ſuos reuerſam haud dubiè receptam iri putabat, atque ita hoſtes ad maiorem peruenturos penuriam, omnino repulit. Itaque ea turba in medio vrbis caſtrorúmque, neutris ipſam accipientibus, miſerrima more periit. Cæterùm auxilia equitum reliquáque à barbaris non multo pòſt quum aduenirent, equeſtri prælio à Romanis repulſi ſunt, maximè Germanis auxiliaribus tum quoque victoriam adiuuantibus. Deinde conati noctu per munitiones Romanorum in vrbem peruenire, magnum detrimentum paſſi ſunt. In iis enim locis quæ equitatu accedi poterant, occultas foſſas Romani duxerant: defixíſque in eas ſtipitibus, ſuperficie tenus texerāt, vt æquales reliquo circumpoſito ſolo eſſent: in eas foſſas equi viríque imprudentes delapſi peribant. Neque tamen antè Galli quicquam de inſtituto remiſerūt, quàm ad ipſas munitiones commiſſo prælio, quum & ipſi & qui vrbem tenebant, Romanos aggrederentur, ſuccubuerunt. Ea clade accepta, Vercingetorix, quum integro etiamnum corpore effugere poſſet, ſperans, quia aliquando Cæſaris amicitia vſus eſſet, poſſe ſe veniam ab eo impetrare, ad eum non implorata antè per vllum internuntium pace, ſe contulit, ſedentíque pro tribunali repentè in cōſpectum venit. quæ res animos quoque nonnullorum terruit. Erat enim Vercingetorix ſtaturæ procerę, magnāque armorum gloriam habebat. Facto ſilentio, nihil locutus, in genua concidit, manúſque tendens ſupplicis geſtum exhibuit. Erant quibus ea res miſericordiam moueret, priſtinam hominis fortunam cogitantibus, præſentémque calamitatem ante oculos cernentibus. At Cæſar, id quod maximè ad ſuam ſalutem ille facturum ſperauerat, amicitiæ prioris coniunctionem, cum bello illato contulit: oſtenſóque quibus eum meritis affeciſſet, quęque ab eo accipere ipſum par fuiſſet, delicti grauitatē auxit: eámque cauſā habuit cur neque miſericordia tū proſequeretur Vercingetorigem, & ſtatim in vincula conderet: quē pòſt in triūpho ductū necauit. Porro

Vercingetorigem ſe dedentem Cæſar vt acceperit.

A ὁ γὰρ Καῖσαρ ἄλλως μὲν οὐδ᾽ αὐτὸς τῶν ἐπιτηδείων, ὥστε καὶ ἑτέρους τρέφειν, εὐπόρει· τοῖς γοῦν πολεμίοις ἰσχυροτέραν τὴν ἔνδειαν, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἐλπίδι τοῦ πάντως σφᾶς καταδεχθήσεσθαι, ποιήσειν νομίσας, πάντας αὐτοὺς ἀπεώσατο. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐν τῷ μέσῳ τῆς πόλεως καὶ τοῦ στρατοπέδου, μηδ᾽ ἑτέρων σφᾶς δεχομένων, οἰκτρότατα ἀπώλοντο. ἡ δὲ ἐπικουρία τῶν τε ἱππέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν ἀχθέντων, ἐπῆλθε μὲν οὐκ ἐς μακρὰν τοῖς βαρβάροις, ἱππομαχίᾳ B δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ. καὶ μετὰ τοῦτο πειράσαντες νυκτὸς διὰ τῶν ἐπιτειχισμάτων ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν, ἰσχυρῶς ἐπόνησαν. τάφρους τε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι κρυπτὰς ἐν τοῖς ἱππασίμοις ἐπεποιήκεσαν, καὶ σκόλοπας ἐς αὐτὰς ἐμπεπήχεσαν, πάντα ἐπιπολῆς τῷ ἄλλῳ τῷ πέριξ χωρίῳ ὁμοιώσαντες, ὥστε καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους ὅτι μάλιστα ἐς αὐτὰ ἀπερισκέπτως ἐμπεσόντας σφαλῆναι. C οὐ μέντοι καὶ ἐνέδοσαν, πρὶν ἐκ παρατάξεως ἀρθέντες πρὸς αὐτοῖς τοῖς τειχίσμασιν, αὐτοί τε ἅμα καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐπεξελθόντες, πταῖσαι. ὁ δ᾽ οὖν Οὐερκιγγετόριξ ἠδυνήθη μὲν ἐκφυγεῖν· (οὔτε γὰρ ἑάλω καὶ ἄτρωτος ἦν) ἐλπίσας δ᾽, ὅτι ἐν φιλίᾳ ποτὲ τῷ Καίσαρι ἐγεγόνει, συγγνώμης παρ᾽ αὐτοῦ τεύξεσθαι, ἦλθε πρὸς αὐτὸν μὴ ἐπικηρυκευσάμενος· καὶ καθημένῳ οἱ ἐπὶ βήματος ἐξαίφνης ὤφθη, ὥστε καὶ ταραχθῆναί τινας. ἄλλως γὰρ D περιμήκης ἦν, καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις δεινῶς ἐνέπρεπεν. ἡσυχίας δ᾽ οὖν γενομένης, εἶπε μὲν οὐδέν, πεσὼν δὲ ἐς γόνυ, τώ τε χεῖρε ποιήσας ἐδέετο. ταῦτα τοῖς μὲν ἄλλοις οἶκτον, τῆς τε προτέρας αὐτοῦ τύχης ἀναμνήσει, καὶ τῷ τῆς παρούσης ὄψεως περιπαθεῖ, ἐνέβαλεν· ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ αὐτό τε αὐτῷ τοῦτο, δι᾽ ὃ μάλιστα σωθήσεσθαι προσεδόκησεν, ἐπεκάλεσε. τῆς γὰρ φιλίας τὴν ἀντίταξιν ἀντιθείς, χαλεπωτέραν τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ ἀπέφηνε. καὶ διὰ E τοῦτο οὔτε ἐν τῷ παραχρῆμα αὐτὸν ἠλέησεν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐν δεσμοῖς ἔδησε, καὶ ἐς τὰ ἐπινίκια μετὰ τοῦτο πέμψας ἀπέκτεινε. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον

μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ τῶν λοιπῶν προσεποιήσατο, τοὺς δὲ καὶ μάχῃ κρατήσας ἐδουλώσατο. οἵ τε γὰρ Κελτικοὶ οἱ πλησιόχωροι, Κόμμιόν τινα Ἀτρέβαν προστησάμενοι σφῶν, ἐπὶ πλεῖστον ἀντέσχον, καὶ δύο τε ἱππομαχίαις ἀγχώμαλά τε ἠγωνίσαντο, καὶ τρίτῃ πεζομαχίᾳ ἰσοπάλως τὸ πρῶτον συνενεχθέντες, ἔπειτα ὑπὸ τοῦ ἱππικοῦ κατὰ νώτου σφίσιν ἀνελπίστως προσπεσόντος ἐτράπησαν. κἀκ τούτου τό τε στρατόπεδον τῆς νυκτὸς οἱ περιλιπεῖς ἐξέλιπον· καὶ διελθόντες ὕλην τινά, ἐκείνην τε ἐνέπρησαν, καὶ τὰς ἁμάξας μόνας ὑπελείποντο· ὅπως τῶν πολεμίων διά τε ταύτας καὶ διὰ τὸ πῦρ χρονισάντων, φθάσωσιν ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρήσαντες. οὐ μέντοι καὶ ἐπιτυχεῖς τῆς ἐλπίδος ἐγένοντο. καὶ γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι, ὡς τάχιστα τῆς φυγῆς αὐτῶν ᾔσθοντο, ἐπεδίωξαν σφᾶς, καὶ ἐντυχόντες τῷ πυρί, τὰ μὲν κατέσβεσαν, τὰ δὲ καὶ διέκοψαν. καί τινες καὶ διὰ μέσης τῆς φλογὸς δραμόντες, κατέλαβον αὐτοὺς ἀπροσδοκήτους, καὶ παμπληθεῖς ἐφόνευσαν. ἐκ δὲ τούτου τῶν μὲν ἄλλων τινὲς ὡμολόγησαν· ὁ δὲ Ἀτρέβας διαφυγών, οὐδὲ ὣς ἡσύχασεν, ἀλλὰ καὶ τὸν Λαβιηνὸν ἐπεχείρησεν ἐνεδρεῦσαί ποτε.
90 ἡττηθεὶς δὲ μάχῃ, ἀνεπείσθη μὲν ἐς λόγους αὐτῷ ἐλθεῖν· πρὶν δὲ ἢ ὁτιοῦν συμβῆναι, τρωθεὶς ὑπό τινος τῶν Ῥωμαίων, ἀπιστίᾳ τοῦ μὴ ἂν ἀκριβῶς εἰρηνῆσαι, διέφυγε, καὶ χαλεπὸς αὐτοῖς αὖθις ἐγένετο· μέχρις οὗ ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς συνιοῦσιν οἱ ἀκέραιον τὴν ἄδειαν ἐπὶ πᾶσι τοῖς σφετέροις ἔπραξεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ τὸ μηδέποτε, ὥς γέ τινες, ἐς ὄψιν μηδενὸς Ῥωμαίου ἐλθεῖν. ἐκεῖνοί τε οὖν οὕτω κατελύσαντο· καὶ οἱ λοιποὶ μετὰ τοῦτο, οἱ μὲν, ἑκούσιοι, οἱ δὲ, καὶ καταπολεμηθέντες, ἐχειρώθησαν. καὶ αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ καὶ φρουραῖς καὶ δικαιώσεσι, χρημάτων τε ἐσπράξεσι, καὶ φόρων ἐπιτάξεσι, τοὺς μὲν ἐταπείνωσε, τοὺς δὲ ἡμέρωσε. ταῦτα μὲν οὕτως ἐπί τε Λουκίου Παύλου καὶ ἐπὶ Γαΐου Μαρκέλλου ὑπάτων ἐτελεύτησεν.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, τῶν μὲν Γαλατῶν ἕνεκα καὶ τοῦ χρόνου τοῦ πρὸς τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ δοθέντος, ἔκ τε τῆς Γαλατίας ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανακομισθῆναι ὤφειλεν (εἰκός τε γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο·

reliquos Cæsar partim conditionibus pacis impositis recepit, partim prælio superatos subegit. Belgæ enim finitimi, ad Comium quēdam Atrebatem summa rerum delata, diu restiterunt, duobúsque equestribus præliis cum Romanis incerta victoria certauerunt. Tertiò pedestri prælio congressi, quū incerto adhuc euentu pugnaretur, inuadentibus ex improuiso terga ipsorum equitibus, fusi sunt. Ita victi, qui à pugna supererant, noctu desertis castris in syluam quandam se contulerunt: ea incensa, carrísque solis relictis, sperauerũt, se, dum hostibus ignis carríque moram iniicerent, in tuta loca posse euadere. verùm hæc spes frustra fuit. Nam Romani, vt primùm fugam hostiũ compererunt, insecuti sunt: quúmque ad ignem peruenissent, eo restincto, disiectísque carris, nonnullis etiam per medium ignem currentibus, hostes inopinatos assecuti, ingēti cæde affecerunt. Hoc factum deditio multorum excepit. Comius autem elapsus, ne sic quidem quieuit, quin Labienum per insidias aggredi institueret: atque tum superatus prælio in colloquium vt veniret persuasus est. Ibi à quodam Romano vulneratus, priusquam de vlla re conueniret, quòd nũquam certam pacem initurus videbatur, aufugit: iterúmque Romanis molestus fuit: tandem desperatis rebus, iis qui ipsum secuti erant, impunitatem actorum impetrauit: sibique, ne in Romani vllius cõspectum vnquam veniret. ita enim quidam referunt. Hoc pacto & hi, & siqui reliqui erãt, deinceps pars volentes, pars bello victi, in Romanorum potestatem redacti sunt. ac Cæsar præsidiis conditionibúsque impositis, pecuniáque & tributis annuis imperatis, alios fregit, alios mansuetos reddidit. Atq; hæc eo modo cõsummata sũt L. Paulo, & C. Marcello consulibus.

Comii Atrebatis & Belgarum contra Cæsarem bellum.

Cæsari iam ex Gallia Romam redeũdum erat, quòd & eam omnem subegerat, & temporis ad quod ei imperium concessum fuerat, ratio sic postulabat. Etenim quum id exiisset iam, bellúmque confectum

Cæſar cur bello confecto exercitum dimittere noluerit.

eſſet, nullam prætcrea honeſtam cauſam cur exercitum non dimitteret, priuatúſque depoſito imperio viueret, habebat. Enimuero quandoquidẽ & Romæ ſeditiones erant, & Craſſus interierat, Pompeius autem rurſus ad potentiam priſtinam peruenerat (quippe & cõſul tertium fuerat, & in quinque alios annos vt ſibi Hiſpania decerneretur, effecerat) animóque iam à Cæſare alieniore (mortua præſertim iam filia, quæ ſola eorum amicitiam continuerat) eſſe incipiebat: ea Cæſarem, veritum ne legionibus nudatus in Pompeii inimicorúmque poteſtate eſſet, mouerunt vt exercitum retineret. Proinde his iiſdem annis multi tumultus in vrbe graſſati fuerant, potiſſimùm verò in comitiis: ita vt Caluinus atque Meſſala conſules vix ſeptimo tandem menſe creati ſint. ac ne tum quidem id confectum fuiſſet, niſi Q. Pompeius Rufus tribunuſplebis, Syllæque ſororis filius, in carcerem à ſenatu coniectus eſſet. quæ eadem pœna omnibus qui mali alicuius facinoris exiſtere autores vellent, conſtituta, poteſtáſque in eos animaduertendi Pompeio mãdata eſt. Vſu veniebat quidem aliquoties, vt quia aues interregibus nõ addixiſſent, comitia auſpiciorum cauſa impedirentur: ſed maximè omnium tribuniplebis, ne magiſtratus crearentur, obſtabant: qui ita omnibus vrbanis rebus ſeſe admiſcebant, vt ludos quoque populi loco prætorũ ipſi peragerent: atque hanc ob cauſam Rufus in carcerem abductus fuerat. Idem pòſt Fauonium ædilem non magnæ rei cauſa in eũdem carcerem coniecit, vt ignominiæ nimirum conſortem aliquem haberet. Iniiciebant autem tribuni comitiis tum alia impedimenta, tum hoc agebant vt in locum conſulum tribuni militũ (quo per plures reſpublica regeretur, quemadmodum olim inſtitutum fuerat) ſubrogaretur: quum nemini id perſuaderent, Pompeium vtique dictatorem dicendum eſſe contenderunt, in eáque ſententia diu perſeuerauerunt. Nam & aberat Roma Pompeius, & nemo vel decernere ei hunc honorẽ (nam odio Syllanæ crudelitatis conſiliũ id omnibus inuiſũ erat) vel, metu potẽtiæ eius, denegare ſatis audebat. Tandem vbi ipſe aduenit, dictaturam,

Romæ tumultus.

Anno V.C. 701.

Q. Pompeius Rufus tribunuſplebis in carcerem poſitus.

Fauonius in carcerem coniectus.

Pompeiũ Dictatorem tribuniplebis facere volunt.

Ad hunc modum imperio in duas distracto partes, Pompeius quidem Thessalonicæ hyemabat, neque oræ maritimæ custodiæ diligenter intentus erat (quòd neque rediisse adhuc ex Hispania Cæsarem putabat: atque, vt maximè reuersus esset, minimè tamen suspicabatur eum hyeme Ionium mare traiicere ausurum) at Cæsar Brundusii veris aduentum præstolabatur: quúmque Pompeium lōgè abesse, parum accuratè oppositam continentem custodiri percepisset, occasione belli gerendi arrepta, cursum ibi expectauit: mediáque iam hyeme cum parte exercitus (neque enim satis nauium habebat ad vniuersas copias simul traiiciendas) vela dedit: ac non obseruatus à M. Bibulo, cui maris custodia mandata fuerat, ad promōtorium appulit, quæ Ceraunia vocantur, & ab Epiri extremis partibus ad fauces Ionii maris pertinent. Eò quum prius peruenisset quàm fama nauigaturum esse afferretur, naues Brundusium ad reliquos etiam transuehendos remisit: quibus in altum prouectis, Bibulus damnum intulit, ac nonnullas submersit: vt Cæsar ab euentu disceret, fortunam magis quàm consiliū suæ nauigationi adfuisse. In hac mora Cęsar Oricum Apolloniámque, & alia item eò loci oppida, à præsidiis Pompeii derelicta occupat. Apollonia, Corinthiorum colonia, loco peropportuno sita est: siue terram, siue mare, siue flumina respicias. Idque præ reliquis maximam mihi admirationem mouit, quòd ad fluuiū Anam ignis multus editur, qui tamē neque in adiacentē tellurem sese exerit, neque eam in qua existit, inflammat aut arefacit:

Pompeii Thessalonicæ hyemantis negligentia.

Cæsar in Macedoniam trāsmittit, Oricū & Apolloniam capit.

Apolloniæ descriptio.

Ana fluuius.

r. ii.

Nymphæum locus apud Apolloniã vnde nomen acceperit.
Oraculum ad Apolloniam quiddam sibi proprium habens.

ſed ea herbas arboréſque etiam ponè ignem germinantes edit, quæ imbribus ſuperfuſis adoleſcunt, & in altitudinem excreſcunt: vnde ei loco Nymphæũ nomen inditum. Ibi & oraculum editur, ídque hoc modo: Thure accepto, precibúſque eius rei ergo quã volũt factis, ipſum thus, vt ſecũ eas preces deferat, ad ignẽ proiiciunt: tum, ſi ratũ ſit futurum votum, ab igni thus e uestigio corripitur: ac, ſi thus extra ignem fortè deciderit, accurrens ignis id abripit & conſumit: ſin irritum erit votũ, neque accipitur ab igni thus: &, ſi in ipſam flammam coniiciatur, recedit ab ea, atque effugit. ita in vtranque partem ignis futura prædicit, morte nuptiiſque exceptis. de his enim non licet cuiquam oraculum id conſulere. Atque ea eſt iſtius oraculi ratio.

Cæſar quantum ſuæ fortunæ tribuerit.

Cæſar, Antonio, qui reliquis militibus à Brunduſio tranſuehendis præpoſitus erat, moras faciente, ac ne nuntio quidem ab illis, hyeme ac Bibulo prohibentibus, adueniente, ſuſpicatus eos medio inter vtranque partem ſeruato velle euentum rerum operiri, (quod in bellis ciuilibus ferè vſuvenit) ſtatuit vnicus ipſe in Italiam nauigare: itaque conſcenſo lembo, ſéque alium quẽdam à Cæſare miſſum prædicans, gubernatorem vt proueheretur, quanquam ventus incumberet, coegit. Poſtquam à terra prouectos ventus vehementer oppugnauit, procelláque admodum conturbauit, ita vt ne coactus quidem nauis magiſter vlterius nauigare auderet, ſed eo inuito retro vertere curſum aggrederetur: ibi Cæſar ſe cognoſcendum præbuit, quaſi ea re tempeſtatem ſedaturus, dixítque, Bono animo es: Cæſarem enim vehis. Tanti ſpiritus illi, tantáque ſpes erat, ſiue ea aliunde, ſiue ex oraculo concepta, vt certiſſimam ſibi ſalutis fiduciam, etiam quum contraria omnia apparerẽt, propoſitam teneret. Non tamen tranſmiſſum tunc ei mare eſt: ſed multo incaſſum exhauſto labore, ad terram rediit.

Caſtra Pompeii & Cæſaris oppoſita ad Apſum fluuium.

Secundum id factum Cæſar ad Apſum fluuium cõtra Pompeium caſtra poſuit. Is enim vbi primùm de aduentu Cæſaris certior eſt factus, nulla interpo-

A ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα καὶ πάνυ πλησίον θάλλοντα ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται. καὶ διὰ τοῦτο αὐτό τε Νυμφαῖον ὀνομάζεται· καὶ δὴ καὶ μαντεῖον τοιόνδε τι παρέχεται· λιβανωτὸν δὴ λαβών, καὶ προσευξάμενος ὅ,τι ποτὲ καὶ βούλει, ῥίπτεις αὐτὸν τὴν εὐχὴν φέροντα. κἂν τοῦτο τὸ πῦρ, ἂν μὲν τι ἐπιτελὲς εἴη ἐσόμενον, δέχεται αὐτὸν ἑτοιμότατα· κἂν ἄρα καὶ ἔξω που προσπέσῃ, προσδραμὸν ἥρπασε καὶ κα-
B τηνάλωσεν· ἂν δὲ ἀτέλεστον ᾖ, οὔτ᾽ ἄλλως αὐτῷ προσέρχεται, κἂν ἐς αὐτὴν τὴν φλόγα φέρηται, ἐξαναχωρεῖ τε καὶ ἐκφεύγει. καὶ ταῦθ᾽ οὕτως ἑκάτερα περὶ πάντων ὁμοίως, πλὴν θανάτου τε καὶ γάμου, ποιεῖ. περὶ γὰρ τούτων 113
οὐδὲ ἔξεστί τινι ἐρωτῆσαι αὐτό πυθέσθαι τι. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν.

Ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου, ᾧ τοὺς ὑπομείναντας ἐν τῷ Βρεντεσίῳ κομίσαι ἐπετέτακτο, καὶ οὐδὲ ἀγγελίας τινὸς
C περὶ αὐτῶν, διά τε τὸν χειμῶνα καὶ διὰ τὸν Βίβουλον, φοιτώσης, ὑπώπτευσέ σφας μεσεύειν τε καὶ ἐφεδρεύειν τοῖς πράγμασιν (οἷά που ἐν ταῖς στάσεσι φιλεῖ γίγνεσθαι) καὶ διὰ τοῦτο βουληθεὶς αὐτὸς καὶ μόνος γε ἐς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, ἐπέβη μὲν ἀκατίου τινός, ὥς τις ἄλλος λέγων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πεπέμφθαι, καὶ τὸν κυβερνήτην αὐτοῦ, καίπερ πνεύματος ὄντος, ἐξεβιάσατο ἀναχθῆναι· ὡς μέντοι ἀπὸ τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ,τε ἄνεμος ἰ-
D σχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξετάραττεν, ὥστε τὸν κυβερνήτην, μηδ᾽ ἀναγκαζόμενον, ἔτι τολμῆσαι περαιτέρω πλεῦσαι, ἀλλὰ καὶ ἄκοντος αὐτοῦ ἐπανιέναι ἐπιχειρῆσαι· ἐξέφηνεν ἑαυτόν, καθάπερ ἐκ τούτου καὶ τὸν χειμῶνα παύσων, καὶ ἔφη, Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις. τοιοῦτον μὲν δὴ φρόνημα καὶ τοιαύτην ἐλπίδα, ἢ τοιαύτην
* ἄλλως ἢ καὶ ἐκ μαντείας τινὸς εἶχεν, ὥστε καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας
E ἐχέγγυον ποιεῖσθαι. οὐ μέντοι καὶ ἐπεραιώθη· ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ πολὺ μάτην πονήσας ἀνέπλευσε. καὶ μετὰ τοῦτο τῷ Πομπηΐῳ περὶ τὸν Ἄψον ἀντεστρατοπεδεύσατο. ἐκεῖνος γάρ, ἐπεὶ πρῶτον τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ ᾔσθετο, οὐκ ἀνέ-

ἐβάλετο, ἀλλ' ἐλπίσας ῥᾳδίως αὐτόν, πρὶν A καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετὰ τοῦ Ἀντωνίου ὄντας προσλαβεῖν, κατεργάσασθαι, σπουδῇ πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν δυνάμει τινὶ ἤλασεν. ὁ οὖν Καῖσαρ μέχρι μὲν τοῦ ποταμοῦ ἀπήντησέν οἱ, νομίσας ἀξιόμαχος καὶ ὡς τοῖς τότε παροῦσι γενήσεσθαι· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι πολὺ τῷ πλήθει ἠλαττοῦτο, ἡσύχασε. καὶ ὅπως γε μηδ' ὑπὸ δέους τοῦτο ποιεῖν, μήτε ἐξάρχειν τοῦ πολέμου νομισθείη, λόγους τέ τινας συμβατηρίους σφίσι καθῆκε, καὶ κατὰ τοῦτο διῆγε. γνοὺς δὲ ταῦθ' ὁ Πομπήιος, συμ- B βαλεῖν μετ' αὐτοῦ ὡς ὅτι τάχιστα ἠθέλησε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ποταμὸν ἐπιδιαβῆναι ἐπεχείρησεν· ὡς δὲ ἡ γέφυρα βάρος λαβοῦσα διελύθη, καί τινες τῶν προδιαβεβηκότων μονωθέντες ἀπώλοντο, ἐπέσχεν, ἀθυμήσας ὅτι πρώτων τῶν τοῦ πολέμου ἔργων ἀπολόμενος ἐπταίκει. καὶ τούτῳ καὶ τοῦ Ἀντωνίου ἐπελθόντος, φοβηθείς, ἀπεχώρησε πρὸς τὸ Δυρράχιον. τέως μὲν γὰρ ὁ Βίβουλος ἔζη, οὐδ' ἀπᾶραι ἐκεῖνος ἐκ τοῦ Βρεντεσίου ἐτόλμησε (τοσαύτη που φυλακὴ αὐτοῦ C ἐγίγνετο) ἐπεὶ δὲ αὐτός τε ἐκ καμάτου ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας ἐτελεύτησε, καὶ τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο, κατεφρόνησεν αὐτοῦ, καὶ ἀνήγετο ὡς καὶ βιασόμενος τὸν ἔκπλουν. καταχθείς τε ἐς τὴν γῆν, ἠμύνατό τε αὐτόν, ἰσχυρῶς προσβάλλοντά οἱ, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπεκβῆναί ποι βουληθέντα, οὐδαμῇ τῆς ταύτῃ ἠπείρου προσορμισθῆναι εἴασεν. ἀπορήσας οὖν ὁ Λίβων καὶ ὅρμου καὶ ὕδατος (τὸ γὰρ νησίδιον τὸ πρὸ τοῦ λιμένος ὄν, ἐς ὅπερ μόνον προσέχειν ἠδύνα- D το, καὶ ἄνυδρον καὶ ἀλίμενόν ἐστιν) ἀπέπλευσε πόρρω ποι, ὅπου ἀμφοτέρων εὐπορήσειν ἔμελλε. καὶ οὕτως ὁ Ἀντώνιος ἐξαναχθεὶς ὕστερον, πρὸς μὲν ἐκείνου, καίπερ μετεώροις σφίσιν ἐπιχειρῆσαι θελήσαντος, οὐδὲν ἔπαθε (χειμὼν γὰρ σφοδρὸς ἐπιγενόμενος ἐκώλυσε τὴν ἐπίθεσιν) πρὸς δὲ δὴ αὐτοῦ τούτου ἀμφότεροι ἐκακοπαθήσαν. διασωθέντων οὖν τῶν στρατιωτῶν, ὅ, τε Πομπήιος ἐς τὸ Δυρράχιον (ὥσπερ εἶπον) ἀνεχώρησε, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπηκολούθησεν αὐτῷ, θαρσή- E σας ὅτι τῷ πλήθει τῶν τότε συνόντων οἱ πλείων ἐκ τῶν προεγκεχειρημένων. τὸ δὲ Δυρράχιον ἐν τῇ γῇ τῇ πρότερον μὲν Ἰλλυριῶν τῶν Παρθινῶν, νῦν δέ, καὶ τότε γε, ἤδη Μακεδονίᾳ νενομισμένῃ κεῖται· καὶ ἔστιν ἐπικαιρότατον,

sita cunctatione, quòd eo se facilè superiorem futurum, antequã is Antonianas copias acciperet, sperabat, magna festinatione cum exercitus parte ad Apolloniã profectus est. Ei Cæsar, quũ satis virium sibi esse aduersum eos qui tum aduenissent putaret, vsque ad fluuium obuiã iuit: ibíque quũ intellexisset se multitudine hostibus lõgè imparẽ esse, substitit: ac, ne vel timore adductus id agere, vel belli ipse initiũ velle facere existimari posset, de cõpositione ad Pompeiũ qui loquerentur misit: ipse interim tẽpus ei rei intẽtus extraxit. Quibus cognitis, Põpeius dimicandum quamprimum statuens, fluuiũ transire instituit: sed ponte sub pondere interrupto, amissis aliquot suorũ, qui præ cæteris quũ trãsiuissent, à suis defecti occidebantur, dolens primũ hunc sibi belli conatum malè cecidisse, restitit: territúsque interim aduentu Antonii, ad Dyrrhachiũ recessit. Etenim quandiu Bibulus in viuis fuit, ne Brundusio quidẽ auehi Antonius ausus erat: tantã ille in maritimo officio diligentiã adhibebat: postea verò quàm Bibulus tot laboribus miseriisq; absumptus obiit, reique naualis administratio ad Libonẽ deuenit, eo despecto Antonius, vel vi nauigationis sibi potestatẽ paraturus, prouectus est: quúmque terrã attigisset, Libonẽ se aggressum vi repulit: eũdémque, quum ex nauibus egredi deinde vellet, ea cõtinẽte quam tenuerat prohibuit. Ita Libo & portus & aquæ egens (insula enim exigua, quæ ante portũ sita erat, & ad quã vnicam ei nauesappellere licebat, aqua, portúque carebat) procul auectus est eò vbi vtrũque se habere posse nouerat. Post eũ Antonius quoque naues soluit, nihilque à Libone (quanquã is in alto eum adoriri instituerãt) detrimenti accepit. nam vehemens coorta tẽpestas & Libonis conatũ impediuit, & vtrique damnũ intulit. Militibus incolumibus in terrã aductis, quemadmodũ demõstratum est, Pompeius Dyrrhachiũ se recepit, cúmque Cæsar audacter insecutus est, quòd accessione ad suũ exercitũ tanta facta, multitudine Põpeiũ anteibat. Dyrrhachiũ in terra Illyriorum Parthinorũ (ita .n. primùm vocabatur, nũc, vt isto quoq; tẽpore, Macedoniæ annumeratur) positũ est, admodũ opportuno situ:

Antonius vt copias Cæsari adduxerit.

Dyrrhachium.

siue ea, Epidamnus, vrbsque Corcyrensium sit, siue alia quædam. Qui enim Dyrrhachium ab Epidamno diuersam faciunt vrbem, ii illã conditam, nomenque duxisse à Dyrrhacho quodam heroe asserunt: alii autores sunt, mutato nomine hanc vrbem à Romanis Dyrrhachium esse vocatam, quòd ibi difficilia sint littora (Rachia enim littus Græcis est) quia ipsis Epidamni vocabulũ, quum detrimentum adeóque damnum ipsorum lingua significet, eò traiicientibus sinistro omini fore visum sit. Ad eam igitur tum Pompeius vrbem confugiens, castra extra vrbem posuit, eáque actis fossis altis, defixísque trabibus præsepiit. Cæsar castris ei oppositis, postquam à castrorum Pompeianorum oppugnatione, quæ se ob multitudinem militum facilè expugnaturum confisus erat, reiectus est, ea operibus claudere instituit. Quo in opere dũ versatur, interim Pompeius alias partes trabibus præfixis firmauit, alias munitionibus fossísque cinxit, in locis editis turres & præsidia constituit, ita vt & circuitus operum infinitus esset, neque hostes, etiamsi viribus præualerent, irruere eò possent. Interim crebra prælia, ea tamen parua, fiebant, instabili ferè ac modò in hanc modò in illam partem inclinante victoria, ita vt propemodum idem militum numerus vtrinque desideraretur. Verùm vbi Cæsar ipsum Dyrrhachiũ, quà inter paludes atque mare positum est, spe eius per proditionem eorũ qui ibi præsidio relicti erant occupandi, aggressus est, atque in angustias locorum deuenit: ibi multis ex aduerso irruentibus hostibus, multis à tergo adorientibus, qui nauibus in hunc vsum subuecti erant, permultis suorum amissis, ipse quoque in summo periculo fuit. Qua re Pompeius animo confirmato, munitiones Cæsarianas contra se ædificatas noctu aggressus, partem earum inopinato aduentu occupauit, multis excubitorum eo loco occisis. Cæsar hoc euentu motus, quódque frumenti penuria laboraret (nam & mare vicinum, & terræ propinquæ à Cæsare alienæ erant) eiúsque rei causa nonnulli transfugissent:

Pompeij & Cæsaris ad Dyrrhachium castra.

Cæsar cladem apud Dyrrhachium accipit.

A εἴτ' οὖν ἡ Ἐπίδαμνος, καὶ ἡ τῶν Κερκυραίων, εἴτε καὶ ἑτέρα τις οὖσα. καὶ οἱ μὲν τοῦτο γράψαντες, τήν τε κτίσιν αὐτῆς καὶ τὸ ὄνομα ἐς Δυρράχιον ἥρωα ἀναφέρουσιν. οἱ δ' ἕτεροι Δυρράχιον ἀντονομασθῆναι τὸ χωρίον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὴν τῆς ῥαχίας δυσχέρειαν, ἔφασαν· ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου πρόσρησις ζημιώδη δήλωσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα, δυσοιώνιστος σφίσιν ἐν τῷ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν εἶναι. B πρὸς οὖν τοῦτο τὸ Δυρράχιον ὁ Πομπήιος καταφυγὼν, στρατόπεδόν τε ἔξω τῆς πόλεως ἐποιήσατο, καὶ τάφρους βαθείας σταυρώματά τε ἰσχυρὰ περιεβάλετο. καὶ αὐτῷ ὁ Καῖσαρ ἐπιστρατοπεδεύσας, προσέμιξε μὲν ὡς καὶ δι' ὀλίγου τὸ χαράκωμα τῷ πλήθει τῶν στρατιωτῶν αἱρήσων· ἐπεὶ δὲ ἀπεκρούσθη, ἐπεχείρησεν αὐτὸ ἀποτειχίσαι. καὶ ἐκεῖνός τε ἅμα τοῦτ' εἰργάζετο· καὶ ὁ Πομπήιος τὰ μὲν διεσταύρου, τὰ δὲ ὑπετείχιζε C καὶ διετάφρευε. πύργους τε ἐπὶ τῶν μετεώρων καὶ φυλακὰς ἐπικαθίστη, ὥς τήν τε περίοδον τοῦ περιτειχίσματος ἀπέραντον, καὶ τὴν ἔφοδον καὶ κρατοῦσι τοῖς ἐναντίοις ἄπορον ποιῆσαι. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ ἐν τούτῳ μάχαι αὐτῶν, βραχεῖαι δ' οὖν αὐτῶν ἐγίγνοντο· καὶ ἐν ταύταις ποτὲ μὲν οὗτοι, ποτὲ δὲ ἐκεῖνοι καὶ ἐνίκων καὶ ἐνικῶντο· ὥστε καὶ θνήσκειν τινὰς ἀμφοτέρων ὁμοίως. αὐτοῦ δὲ δὴ τοῦ Δυρραχίου ὁ Καῖσαρ, μεταξὺ τῶν τε D ἑλῶν καὶ τῆς θαλάσσης, νυκτὸς, ὡς καὶ προδοθησομένου, τῶν τε ἀμυνομένων πειράσας, εἴσω μὲν τῶν στενῶν παρῆλθε· προσπεσόντων δὲ οἱ ἐνταῦθα πολλῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, πολλῶν δὲ καὶ κατόπιν, τῶν πλοίοις περικομισθέντες, ἐξαίφνης αὐτῷ ἐπέθεντο· καὶ συχνοὺς ἀπέβαλε, καὶ ὀλίγου καὶ αὐτὸς ἐφθάρη. γενομένου δὲ τούτου ὁ Πομπήιος ἐπιθαρσήσας, ἐπεβούλευσε νυκτὸς τῷ περιτειχίσματι· καὶ ἐκείνου τέ τι ἀπροσδόκη-E τος προσπεσὼν εἷλε, καὶ φόνον τῶν αὐλιζομένων πρὸς αὐτῷ πολὺν εἰργάσατο. ὁ οὖν Καῖσαρ, ὡς ταῦτά τε συνεβεβήκει, καὶ ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπελελοίπει (ἥ τε γὰρ θάλασσα καὶ ἡ γῆ πᾶσα ἡ πλησία ἀλλοτρία αὐτῷ ἦν, καί τινες διὰ ταῦτα καὶ ἀπηυτομολήκεσαν)

δείσας μήτοι προσεδρεύων καταπολεμηθῇ, ἢ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐγκαταλειφθῇ, πάντα μὲν τὰ ᾠκοδομημένα κατέστρεψε, πάντα δὲ τὰ περιβεβλημένα προσδιέφθειρε. καὶ μετὰ τοῦτ᾽ ἐξαίφνης ἄρας ἐς Θεσσαλίαν ὥρμησεν. ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ τὸ Δυρράχιον ἐπολιορκεῖτο, Λούκιός τε Κάσσιος Λογγῖνος, καὶ Γναῖος Δομίτιος Καλουῖνος ἔς τε τὴν Μακεδονίαν καὶ ἐς τὴν Θεσσαλίαν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεμφθέντες· Λογγῖνος μὲν ἐνταῦθα ὑπό τε τοῦ Σκηπίωνος καὶ ὑπὸ Σαδάλου Θρακὸς ἰσχυρῶς ἐσφάλη· Καλουῖνος δὲ τῆς μὲν Μακεδονίας ὑπὸ τοῦ Φαύστου ἀπεώσθη· Λοκρῶν δὲ δὴ καὶ Αἰτωλῶν προσχωρησάντων οἱ, ἔς τε τὴν Θεσσαλίαν μετ᾽ αὐτῶν ἐσέβαλε, καὶ τὸν Σκηπίωνα μάχαις τῇ μὲν λοχισθεὶς, τῇ δ᾽ ἀντενεδρεύσας ἐνέδρευσε· καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ πόλεις τινὰς προσεποιήσατο. ἐνταῦθα οὖν ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ ῥᾷον σὺν ἐκείνοις τῆς τε τροφῆς εὐπορήσων, καὶ τὸν πόλεμον διοίσων, ἠπείχθη. καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς αὐτὸν, ἅτε κακῶς πεπραγότα, ἐδέχετο, τῶν μὲν ἄλλων καὶ ἄκων ἀπείχετο· Γόμφοις δὲ δὴ, πολίχνῃ τινὶ Θεσσαλικῇ, προσπεσὼν, καὶ κρατήσας, πολλούς τε ἔκτεινε, καὶ πάντα διήρπασεν· ὅπως καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ τούτου καταφοβήσῃ. αὐτίκα γοῦν Μητρόπολις, ἕτερόν τι πόλισμα, οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθεν, ἀλλ᾽ ἀμαχεὶ ὡμολόγησε· καὶ σφᾶς κακὸν οὐδὲν δράσας, ῥᾷον καὶ ἄλλους τινὰς ἀφ᾽ ἑκατέρου προσεποιήσατο. καὶ ὁ μὲν, ἰσχυρὸς αὖθις ἐγίγνετο· Πομπήιος δὲ οὐκ ἐπεδίωξε μὲν αὐτόν· (νυκτός τε γὰρ ἐξαπιναίως ἀπανέστη, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Γενουσὸν σπουδῇ διέβη) οὕτω
115 μέντοι τὴν γνώμην εἶχεν ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. κἀκ τούτου τὸ μὲν τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα ἔλαβεν, οὐ μέντοι καὶ ἐμεγαληγόρησέ τι, ἢ καὶ δάφνην τινὰ ταῖς ῥάβδοις περιέθηκε, δυσχεραίνων ἐπὶ πολίταις τοιοῦτόν τι ποιῆσαι. ἐκ δὲ δὴ τῆς αὐτῆς ταύτης διανοίας, οὐδὲ ἐς τὴν Ἰταλίαν οὔτ᾽ αὐτὸς ἐπέπλευσεν, οὔτ᾽ ἄλλους τινὰς ἔπεμψε, καίτοι ῥᾳδίως ἂν πᾶσαν αὐτὴν κατασχὼν, ὥστε πανταχόσε ἅμα καταραι· καὶ τὰ ἐκεῖ οὔτ᾽ ἄλλως αὐτῷ ἤχθετο, οὔτε, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἠλλοτρίωτο,

A metuens ne, ſe Pompeium obſidente debellaretur, aut ipſe ab aliis deſereretur, omnibus caſtellis quæ exædificauerat, deiectis, omnibus munitionibus euerſis, ſubitò vaſis conclamatis in Theſſaliam contendit. Nam quo tempore Dyrrhachium obſeſſum eſt, eodem L. Caſſius Lōginus, ac Cn. Domitius Caluinus, qui à Cæſare in Macedoniam & Theſſaliam miſſi fuerant, alter quidem à Scipione & Sadalo Thrace magna clade affectus erat: Calui-
B nus autem, quum eum Fauſtus Macedonia pepuliſſet, acceptis Locrenſibus AEtoliſque, eorum auxilio in Theſſaliam profectus eſt: Scipionéque duobus prœliis profligato, quorum altero eum per inſidias adortus fuerat, altero, eius inſidias vt vitaret, ipſe quoque occultè per dolum hoſtem petierat, vrbes nonnullas in ſuam poteſtatem redegerat. Eò Cæſar properauit, quòd & commeatū ſe facilius cum iis parare poſſe, & bel-
C lum gerere ſperabat. Quum ob aduerſam fortunam, quam ad Dyrrhachium expertus erat, à nemine reciperetur, omiſſis reliquis vrbibus, etiam contra animi ſui ſententiam, Gomphos oppidum Theſſaliæ oppugnauit: eóque vi potitus, magna edita cæde, omnia diripuit, vt & eo facto aliis quoque terrorem iniiceret. Itaque confeſtim Metropolis, oppidum & ipſum Theſſaliæ, antequam ad manus deueniretur, ſeſe ei dedidit: quibus quū nihil omnino
D nocuiſſet, vtroque exemplo plures ſibi adiunxit, viréſque ſuas reparauit. Pompeius Cæſarem, quia is & repentè de nocte diſceſſerat, & flumen Genuſum magna celeritate tranſiuerat, inſecutus non eſt: debellaſſe autem iam ſe perſuaſum habebat, imperatoriſque nomen ea ex re acceperat: quāuis neque orationem vllam inflatam habuit, neque faſces lauro inuoluit, de ciuibus vi-
E ctis hoc ferre indignum iudicās. Eadem cauſa ipſi fuit cur neque in Italiam ipſe nauigaret, neque alios eò mitteret: quamuis perfacile ei erat vniuerſam regionem occupare, quum ex omnibus locis eodē momento nauis eò appellere poſſet: quúmque alioquin is eſſet in Italia rerū ſtatus, vt animi hominum à Pōpeio nō eſſent alieni: atque, vt maximè fuiſſent,

Cæſar in Theſſaliam abit.

L. Caſſius Lōginus.

Cn. Domitij Caluini geſta in Macedonia.

Gomphos capit & diripit Cæſar.

Metropolis.

Pompeij conſilia.

tamen ad resistendum virium nequaquam satis habebant. Cæterùm Pompeius eò procul ab Italia abesse, vt pro ea bellum gerere videretur, neque vllum metũ iis qui tum Romæ erant, obiicere volebat. itaque Italiam tunc intentatam reliquit, ac ne literis quidem ad rempublicam missis de rebus à se gestis, Cæsarem in Thessaliã insecutus est.

Vt in Thessaliam Cæsarem insecutus fuerit.

Quum castra castris opposita essent, speciem ea res belli quandam exhibuit: vsus tamen armorum, perinde ac in pace, intermissus est. Vt cunctarentur, & magnitudo periculi expensa faciebat, & verecundia mouebantur, quòd eiusdem nationis, adeóque cognati, prælio dimicaturi essent. Interim de componenda amicitia per internuntios vtrinque actum est: nec defuerunt qui posse rem ad compositionem perduci opinarentur. sed ea spes ab re fuit. Quippe solus imperium obtinere summum vterque cupiebat: quúmque & cupiditate honorum naturali, & studio contẽdendi, quod sibi ipsi adsciuerãt (ægerrimè enim homines tolerant sibi à suis æqualibus ac familaribus anteiri) ambo ingenti flagrarent, neque concedere de vlla re alter alteri volebat, quũ vterque victoriam speraret: neque, si inter eos conuentum fuisset, persuadere sibi alter de altero poterat, cum non & plus iusto semper appetiturum, & denuo propter summam rerum dissidium erupturum. Hoc enim animorum inter eos discrimẽ extabat, vt neque posterior vllo mortalium Pompeius, & omnium primus Cæsar esse vellet. Pompeius id quærebat vt à volentibus in honore haberetur, vltróque parentibus præesset, atque à subditis diligeretur: Cæsar in nullo discrimine id ponebat, etiam si inuitos regeret, infensísque sibi imperaret, ipséque sibi honorum suorum autor esset. Cæterùm facta, quibus ea quæ affectarent, consecuturos se sperabant, necessariò eadem apud vtrunque edebantur. Vt enim quæ proposuerant sibi, efficerent, contra suos bellum gerere, extraneorum arma in gentiles suos excitare, multas pecunias iniquis rationibus cogere, multos suorum necessariorum iniustè interficere opus habebant. Ita in ea

Pompeij & Cæsaris ingenia.

A ἀξιόμαχά γε ἀντιπολεμῆσαι ἦν. πορρωτέρω γὰρ τῆς περὶ αὐτῆς δόξης πολεμεῖν ἀφεστηκέναι ἐβούλετο, καὶ φόβον οὐδένα τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε οὖσι παρασχεῖν ἠξίου. τῆς μὲν οὖν Ἰταλίας διὰ ταῦτ' οὐκ ἐπείρασεν· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπέστελλε τι κοινῷ περὶ τῶν πραχθέντων οὐδέν. ἐπὶ δὲ δὴ τὸν Καίσαρα μετὰ τοῦθ' ὁρμήσας, ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἀφίκετο.

Ἀντικαθημένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, ἡ μὲν ὄψις τῶν στρατοπέδων πολέμου τινὰ εἰκόνα ἔφερεν· ἡ δὲ δὴ χρεία τῶν ὅπλων ὡς ἐν εἰρήνῃ ἡσύχαζε. τό,τε γὰρ μέγεθος τοῦ κινδύνου διασκοποῦντες, καὶ τὸ ἄδηλον τό,τε ἀστάθμητον τῶν πραγμάτων προορώμενοι, καί τινα καὶ αἰδῶ τοῦ τε ὁμοφύλου καὶ τῆς συγγενείας ἔτι ποιούμενοι, διέμελλον. κἀν τούτῳ καὶ λόγους περὶ φιλίας σφίσιν ἀντέπεμπον, καί τισι καὶ συναλλαγήσεσθαι διακενῆς ἔδοξαν. αἴτιον δὲ, ὅτι τοῦ τε πάντος κράτους ἀμφότεροι ἐφιέμενοι, καὶ πολλῇ μὲν φιλοτιμίᾳ ἐμφύτῳ, πολλῇ δὲ καὶ φιλονεικίᾳ ἐπικτήτῳ χρώμενοι (πρός τε γὰρ τῶν ἴσων καὶ πρὸς τῶν οἰκειοτάτων ἥκιστα τινὲς ἐλαττούμενοι φέρουσιν) οὔτε τι συγχωρῆσαι ἀλλήλοις ἤθελον, ὥσπερ καὶ ἀμφότεροι κρατῆσαι δυνάμενοι· οὔτε πιστεῦσαι, κἂν συμβαθῇ τι, ἐδύναντο, μὴ οὐ τοῦ πλείονός τε ἀεὶ σφᾶς ὀριγνήσεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ πάντος αὖθις στασιάσειν. γνώμῃ μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀλλήλων διέφερον, ὅσον Πομπήιος μὲν, οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ, καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπεθύμει· καὶ ὁ μὲν, παρ' ἑκόντων τε τιμᾶσθαι, καὶ ἐθελόντων προστατεῖν, φιλεῖσθαί τε ἐσπούδαζε· τῷ δὲ οὐδὲν ἔμελεν εἰ καὶ ἀκόντων ἄρχοι, καὶ μισοῦσιν ἐπιτάσσοι, τάς τε τιμὰς αὐτὸς ἑαυτῷ διδοίη. τὰ μὲν δὴ ἔργα δι' ὧν ἤλπιζον πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο καταπράξειν ἀμφότεροι, ὁμοίως καὶ ἀνάγκῃ ἐποίουν. ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτῶν κατατυχεῖν τινὶ μὴ οὐ τοῖς τε οἰκείοις πολεμοῦντι, καὶ τοὺς ὀθνείους ἐπὶ τοὺς ὁμοφύλους ἄγοντι, καὶ πολλὰ μὲν χρήματα ἀδίκως συλῶντι, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν φιλτάτων ἀνόμως κτείναντι. ὥστε εἰ καὶ ταῖς

ἐπιθυμίαις διήλλαττον, ἀλλὰ ταῖς γε πράξεσι, A
δι' ὧν ἀποπληρώσειν αὐτὰς ἤλπιζον, ὡμοιοῦν-
το. καὶ διὰ τοῦθ' ὑφίεντο οὐδενὸς ἀλλήλοις, καίπερ
πολλὰς δικαιώσεις προτεινάμενοι, καὶ ἐς χεῖ-
ρας τελευτῶντες ἦλθον. ἐγένετο δὲ ὁ ἀγὼν μέ-
γας, καὶ οἷος οὐχ ἕτερος. αὐτοί τε γὰρ ἄριστοι
πρὸς πάντα τὰ πολέμια καὶ εὐδοκιμώτατοι
διαφανῶς, οὐχ ὅτι τῶν Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ
τῶν ἄλλων τῶν τότε ἀνθρώπων ἠξιοῦντο εἶναι.
ἔκ τε γὰρ παίδων τε ἐν αὐτοῖς ἠσκημένοι, καὶ
διὰ παντὸς αὐτοῖς ὡμιληκότες, ἔργα τε ἀ- B
ξιόλογα ἀποδεδειγμένοι καὶ πολλῇ μὲν ἀρε-
τῇ, πολλῇ δὲ καὶ τύχῃ κεχρημένοι, καὶ ἀξιο-
στρατηγικώτατοι καὶ ἀξιονικότατοι ἦσαν. καὶ
δυνάμεις Καῖσαρ μέν, τοῦ τε πολιτικοῦ τὸ πλεῖ-
στον καὶ καθαρώτατον, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἰτα-
λίας τῆς τε Ἰβηρίας καὶ τῆς Γαλατίας πά-
σης, τῶν τε νήσων ὧν ἐκράτει, τοὺς μαχιμω-
τάτους εἶχε· Πομπήιος δὲ συχνοὺς μὲν καὶ ἐκ
τῆς βουλῆς τῆς τε ἱππάδος, καὶ ἐκ τῶν κατα-
λόγων, ἐπήγετο· παμπληθεῖς δέ, παρά τε τῶν C
λοιπῶν ὑπηκόων, καὶ παρὰ τῶν ἐνσπόνδων καὶ
δήμων καὶ βασιλέων ἠθροίκει. ἄνευ γὰρ δὴ
τοῦ τε Φαρνάκου καὶ τοῦ Ὀρώδου (καὶ γὰρ τοῦ-
116 τον, καίτοι πολέμιον ἀφ' οὗ τοὺς Κράσσους ἀ-
πέκτεινεν, ὄντα, προσεταιρίσασθαι ἐπεχεί-
ρησε) πάντες οἱ ἄλλοι, οἱ καὶ ἐφ' ὁσονοῦν οἰ-
κειωθέντες ποτὲ αὐτῷ, καὶ χρήματα οἱ ἔδω-
καν· καὶ βοηθείας οἱ μὲν ἔπεμψαν, οἱ δὲ ἤγα-
γον. ὁ δὲ δὴ Πάρθος ὑπέσχετο μὲν αὐτῷ, ἂν τὴν
Συρίαν λάβῃ, συμμαχήσειν· μὴ τυχὼν δὲ αὐ- D
τῆς, οὐκ ἐπήμυνε. προύχοντος δ' οὖν πο-
λὺ τοῦ Πομπηίου τῷ πλήθει, ἐξισοῦντο σφί-
σιν οἱ τοῦ Καίσαρος τῇ ῥώμῃ· καὶ οὕτως ἀπ' ἀν-
τιπάλου πλεονεξίας, καὶ ἰσόρροποι ἀλλήλοις
καὶ ἰσοκίνδυνοι ἐγίγνοντο. ἔκ τε οὖν τούτων καὶ
ἐξ αὐτῆς τῆς αἰτίας τῆς τε ὑποθέσεως τοῦ
πολέμου, ἀξιολογώτατος ἀγὼν συνηνέχθη.
ἥ τε γὰρ πόλις ἡ τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἡ ἀρχὴ αὐ-
τῆς ἅπασα, καὶ πολλὴ καὶ μεγάλη ἤδη οὖσα,
ἆθλον σφίσι προύκειτο. εὔδηλον γάρ που E
πᾶσιν ἦν, ὅτι τῷ τότε κρατήσαντι δουλωθή-
σεται. τοῦτό τε οὖν ἐκλογιζόμενοι, καὶ προσέ-
τι καὶ τῶν προτέρων ἔργων, Πομπήιος μέν,

cupiditatum diuersitate, tamen actionibus quibus expleturi eas erãt, inter se cõueniebant. Vnde factum est vt quamuis multa inuicem postulata proponerent, neuter tamen neutri quicquam concederent, ac demum rem prælio committerent. Fuit ea pugna ita magna, cui comparari nulla alia posset. Primùm enim ipsi duces rei militaris vsu ac gloria longè non Romanis modò omnibus, sed vniuersis ea tempestate mortalibus præstabant. nimirum à puero in armis exercitatus vterque omnem ætatem militiæ impẽderat, res memorabiles gesserat: magna virtute multáque fortuna vsus, cùm imperio tum victoria erat dignissimus. Iam copias Cæsar habebat ex plurimis iisque optimis ciuibus constantes, tum ex reliqua Italia ac ex Hispania, omníque Gallia, insulísque vniuersis quibus imperabat, bellicosissimum quenque. In Pompeii castris erant complures senatorii equestrísque ordinis, quósque habitis delectibus secum adduxerat: adhæc magna multitudo ex iis qui Romano populo parent cõflata: itémque ex confœderatis populis ac regibus magnum numerum collegerat. Nam præter Pharnacem atque Orodem (hunc quoque etsi post Crassorum cædem hostium in numero habitum, ad societatem suam pertrahere tentauerat) omnes alii quos quocũque antè modo amicos habuisset, tum pecuniam ei suppeditauerant, auxilia partim miserant, partim ipsi adduxerant: Orodes si Syria sibi concederetur, auxilium promiserat, Syriam non adeptus, suppetias non tulit. Sed quum Pompeius multitudine longè superior esset, Cæsariani vt pares ei essent, robore suo effecerunt: ita quũ vtrinque esset quo altera pars alteram præstaret, quasi æquo libramento ad casum dimicationis descendebatur. Hæc, & ipsa præterea causa belli, finísque ei destinatus, pugnã memoratu dignissimam commiserunt: nimirum vbi ipsa vrbs Roma, cum suo vniuerso imperio, eo iam tempore longè latéque prorogato, victoriæ præmium proponebatur, seruitura haud dubiè victori. Id ambo duces tunc cum animis suis, ac præterea suas vterque res antè præclarè gestas, reputabant: Pompeius

Pugna Cæsaris & Pompeij quàm magna.

Copiæ Cęsaris.

Copiæ Pompeij.

Pompeius multitudine superior: sed Cęsarianos robur pares reddebat

Africam, Sertorium, Mithridatem, Tigranem, maréque pacatum memoria repetebat: Cæſar Gallias, Hiſpaniáſque, Rhenúmque & Britanniam reuocabat. Hæc eorum animos excitabant, cogitante vtroque ſe & hæc omnia ſua in periculum adducturum, & per victoriam alterius quoque gloriam ſuam effecturum. Nam cùm in aliorum victi bonorum poſſeſſionem victor venit, tum verò præſertim nominis eius ſplendorem in ſe transfert: quātóque potentiorem quis aduerſariū deiecerit, tanto altius ipſe ad faſtigium extollitur. Itaque ſuos vterque milites multis verbis cohortatus eſt, omnibus quæ ad præſentis pugnæ ſortem, ex eáque euentura attinebant, in medium adductis. Similis tamen vtriuſque fuit oratio: etenim idem vterque propoſitum ſibi habentes, ac de iiſdem rebus verba facientes, quòd vterque aduerſarium ſuum, tyrānum, ſe vindicem libertatis nominabat, nullam diuerſa differendi materiam habebant. Ergo ex altera parte mortem, captiuitatem, omnium rerū amiſſionem: ex altera, ſalutem, dominium, omnium rerum poſſeſſionem proponebant: denique extrema mala aut inferenda hoſtibus aut ab iis accipienda eſſe docebant. His dictis animos ciuium cohortati, ſubditis quoque & ſociis ſpe melioris, ac metu deterioris conditionis, oſtenſo: inter ſe prælio homines gentiles inuicem, contubernales, eodem victu iiſdémque fœderibus vſos commiſerunt. Quorſum verò attinet ſortem reliquorum deplorare, quū ipſi duces antè ſumma inter ſe neceſſitudine deuincti, quíque multa inter ſe arcana communicauerant, multas res communi conſilio confecerant, affinitatem olim contraxerant, eundémque infantem alter, vt pater, alter, vt auus, dilexerāt, tum pugnam nihilominus conſeruerunt: atque id vinculum cōſanguinitatis, quo eos natura adſtrinxerat, inexatiabili dominandi cupiditate diſſoluêre, diuulsêre, dirupêre. qua effectum eſt vt Roma de ſeipſa, ac contra ſeipſam pugnare, ac vincendo vinci cogeretur. Poſtquā directæ ſunt acies, non extéplo

Cæſar & Pompeius quomodo ſuos ad ſtrenuè pugnandū ſint cohortati.

A τῆς τε Ἀφρικῆς καὶ τοῦ Σερτωρίου, τοῦ τε Μιθριδάτου, καὶ τοῦ Τιγράνου, καὶ τῆς θαλάσσης· Καῖσαρ δὲ, τῆς τε Γαλατίας καὶ τῆς Ἰβηρίας, τοῦ τε Ῥήνου καὶ τῆς Βρεττανίας, ἀναμιμνησκόμενοι, καὶ κινδυνεύειν τε καὶ περὶ ἐκείνοις ἡγούμενοι, καὶ προσκτήσασθαι τὴν ἀλλήλων δόξαν σπουδὴν ποιούμενοι, ὤργων. τά τε γὰρ ἄλλα τῶν ἡττημένων τοῖς κρατοῦσι προσγίγνεται, καὶ ἡ εὔκλεια ὅτι μάλιστα. ὅσῳ γὰρ μείζω καὶ δυνατώτερον τις ἀντα-
B γωνιστὴν καθέλῃ, τοσούτῳ καὶ αὐτὸς ἐπὶ μεῖζον αἴρεται. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ μὲν, παραπλήσια δ᾽ οὖν ἀλλήλοις παρῄνεσαν· εἰπόντες πάνθ᾽ ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ πρός τε τὸ αὐτίκα τοῦ κινδύνου καὶ πρὸς τὸ ἔπειτα πρέπει λέγεσθαι. ἔκ τε γὰρ τῆς αὐτῆς πολιτείας ὁρμώμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν λόγους ποιούμενοι, καὶ ἀλλήλους τε τυράννους, καὶ αὐτοὺς ἐλευθερωτὰς αὐτῶν ὀνομάζοντες, οὐδὲν σφίσι διάφορον εἰ-
C πεῖν εἶχον. ἀλλ᾽ ὅτι τοῖς μὲν, ἀποθανεῖν, τοῖς δὲ, σωθῆναι, καὶ τοῖς μὲν, αἰχμαλώτοις, τοῖς δὲ, ἐν δεσπότου μοίρᾳ πάντα τε ἔχειν, ἢ πάντων στερηθῆναι, καὶ παθεῖν ἢ ποιῆσαι δεινότατα, ὑπάρξει. τοιαύτας οὖν δή τινας παραινέσεις τοῖς πολίταις ποιησάμενοι, καὶ προσέτι καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων, τά τε συμμάχων, πρός τε τὰς ἐλπίδας τῶν κρειττόνων καὶ πρὸς τοὺς φόβους τῶν χειρόνων προαγαγόντες, συνέβαλον ἀλλήλοις τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς συσκή-
D νους, τοὺς συσσίτους, τοὺς ὁμοσπόνδους. καὶ τί ἄν τις τὰ τῶν ἄλλων ὀδύροιτο, ὁπότε καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι πάντα τε ταῦτα ἀλλήλοις ὄντες, καὶ προσέτι πολλῶν μὲν λόγων ἀπορρήτων, πολλῶν δὲ καὶ ἔργων ὁμοίων κεκοινωνηκότες, κῆδός τε ποτὲ συναψάμενοι, καὶ τὸ αὐτὸ παιδίον, ὁ μὲν, ὡς πατὴρ, ὁ δὲ, ὡς πάππος, ἀγαπήσαντες, ὅμως ἐμάχοντο; ὅσα γὰρ ἡ φύσις τὸ αἷμα αὐτῶν μίξασα συνέδησε, τότε ταῦ-
E τα τῇ ἀπλήστῳ τῆς δυναστείας ἐπιθυμίᾳ διέλυον καὶ διέσπων καὶ διερρήγνυσαν. καὶ δι᾽ ἐκείνου καὶ ἡ Ῥώμη περί τε ἑαυτῇ καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἅμα κινδυνεύειν ἠναγκάζετο, ὥστε καὶ νικήσασα ἡττηθῆναι. τοιούτῳ μὲν ἀγῶνι συνηνέχθησαν· οὐ μέντοι καὶ εὐθὺς

συνέμιξαν, ἀλλ' οἷα ἔκ τε τῆς αὐτῆς πατρίδος καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑστίας ὁρμώμενοι, καὶ τά τε ὅπλα παραπλήσια καὶ τὰς τάξεις ὁμοίας ἔχοντες, ὤκνουν μὲν ἄρξαι τῆς μάχης, ὤκνουν δὲ καὶ φονεῦσαί τινας ἑκάτεροι. σιγή τε οὖν ἀμφοτέρων καὶ κατήφεια πολλὴ ἦν· καὶ οὔτε τις αὐτῶν ἐς τὰ πρόσω προῄει, οὔθ' ὅλως ἐκινεῖτο, ἀλλ' ἐγκύψαντες ἠρέμιζον, ὥσπερ ἄψυχοι. φοβηθέντες οὖν ὅ, τε Καῖσαρ καὶ ὁ Πομπήιος μὴ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἡσυχάσαντες, ἀμβλύτεροί πως γένωνται, ἢ καὶ συναλλαγῶσι, προσέταξαν σπουδῇ τοῖς τε σαλπιγκταῖς σημῆναι, καὶ ἐκείνοις συμβοῆσαι τὸ

117 πολέμιον. καὶ ἐπράχθη μὲν ἑκάτερον· τοσοῦτον δὲ ἐδέησαν ἐπιρρωσθῆναι, ὥστε καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἔκ τε τῆς τῶν σαλπιγκτῶν ἠχῆς ὁμοφωνούσης, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν βοῆς ὁμογλωσσούσης, τό, τε ὁμόφυλον σφῶν ἐξέφηναν, καὶ τὸ ὁμογενὲς ἐξήλεγξαν. κἀκ τούτου καὶ ἐς δάκρυα καὶ θρήνους ἔπεσον. ὀψὲ δ' οὖν ποτὲ τῶν συμμαχικῶν προκαταρξάντων, καὶ ἐκεῖνοι συνέμιξαν, ἔκφρονες ἐπ' αὐτοῖς γενόμενοι. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οἷς πόρρωθεν ἡ ἀλκὴ ἦν, ἧττον τὸ δεινὸν συνέβαινεν· (οὐδὲ γὰρ εἰδότες οὓς ἔβαλλον, ἐτόξευον, ἠκόντιζον, ἐσφενδόνων) οἱ δὲ δὴ ὁπλῖται οἵ τε ἱππεῖς χαλεπώτατα ἀπήλλασσον, ἅτε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ὄντες, καί τι καὶ λαλεῖν σφίσι δυνάμενοι. ἐγνώριζόν τε ἅμα τοὺς ἀντιπαρατεταγμένους, καὶ ἐτίτρωσκον, ἀνεκάλουν, καὶ ἐφόνευον· τῶν πατρίδων ἐμέμνηντο, καὶ ἐσκύλευον. ταῦτα μὲν οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας συστρατευόμενοι σφίσιν, ὅπου ποτὲ προστύχοιεν ἀλλήλοις, καὶ ἔπραττον καὶ ἔπασχον· καὶ πολλοὶ πολλὰ καὶ οἴκαδε δι' αὐτῶν τῶν σφαγέων ἐνετέλλοντο. τὸ δὲ ὑπήκοον καὶ προθύμως καὶ ἀφειδῶς ἐμάχετο, πολλὴν σπουδήν, ὥσπερ ποτὲ ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, οὕτω τότε κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων δουλείας ποιούμενοι, ἐπιθυμίᾳ ἅτε ἐν πᾶσιν αὐτῶν ἐλαττούμενοι, ὁμοδούλους σφᾶς ἔχειν. μεγίστη τε οὖν μάχη καὶ πολυτροπωτάτη διά τε ταῦτα καὶ διὰ τὸ πλῆθος, τό, τε πολυειδὲς τῆς παρασκευῆς, ἐγένετο. πάμπολλοι μὲν γὰρ ὁπλῖται, πάμπολλοι δὲ καὶ ἱππεῖς, τοξόται τε ἕτεροι, καὶ σφενδονῆται, ἄλλοι ὄντες, τό, τε πεδίον πᾶν κατέλαβον· καὶ σκεδασθέντες

A concursum est: sed quia eadem ex patria iisdémque à penatibus profecti essent, armaturáque & ordinibus similibus vterentur, initium pugnæ facere mutuásque cædes edere verebantur. Erat vtrinque altū silentium ingénsque mœstitia: neque aut progrediebatur quisquam, aut sese commouebat, sed exanimorum instar, oculis in terram defixis constiterant. Ibi Cæsar & Pompeius veriti ne, si diutius ea quies militum durasset, languidior eorum vis fie-
B ret, aut in gratiam copiæ inter se redirent, confestim classicum cani, clamorémque militarem tolli iusserunt. Tantum abfuit vt animos militum hoc accenderet, vt quum tubas eundem vtrinque cantum sonare, suósque clamore & lingua inter se conuenire audissent, eò magis se eiusdem gentis generísque esse cognoscerent. itaque lacrymæ luctúsque eos occupauêre. Tandem ab auxiliariis initio pugnæ facto, i-
C psi quoque cōgressi sunt. Qui eminus pugnabant, quia quos sagittis, iaculis, fundísque suis peterēt, ignorabant, minori malo conflictabantur: at legionarii milites equitésque pugnam acerbissimam depugnauere: quia comminus concurrentes, ita vt exaudiri etiam voces mutuæ possent, hostes agnitos vulnerare, nominatímque compellatos trucidare, intérque recordationem communis patriæ spolia legere opus habebant. Hæc conditio Romano-
D rum reliquorúmque Italorum erat, sicubi in se mutuò incidissent: multíque eorum suis percussoribus mādata domum perferenda iniungebant. Qui verò aliâs Romanæ reipublicæ subditi erant, ii magna cōtentione præliabantur, neque sanguini parcebant: vtque olim pro sua libertate, ita tunc aduersus seruitutem Romanam laborabant: id secum cogitantes, fore vt eandē cum victis seruitutem subirent. Fuit ea pugna & maxima, & perquam mul-
E tiplex, cùm ob multitudinem tum ob rei bellicæ apparatum varium. Vniuersus enim campus legionariis militibus, equitibus, sagittariis, funditoribúsque opplebatur: iíque passim diffusi, modò cum similis,

Acies cur aliquandiu cunctatæ concurrere.

Pugnę Pharsalicę descriptio.

Cur pugna illa & maxima & perquam multiplex fuerit.

Pompeiani equitatu & sagittariorum vsu priores.

modò cum diuersæ armaturæ hostibus promiscuè confligebant. Pōpeiani equitatu sagittariorúmque vsu priores erant: itaque si quibus se è longinquo circunfudissent, eos subitò inuadebant, perturbatísque iis recedebant, mox iterum iterúmque eosdem adoriebantur, in aliam subinde aliámque partem conuersi. Id vt cauerent Cæsariani, explicatis ordinibus hosti irruenti aduersam aciem opponere, in congressu viros equósque inuadere, acriter prælio contendere, pedites secum velites habere, qui inter equitatum præliari consueuerant. Hæc non vno sed multis simul in locis fiebant passim. Sic aliis eminus, comminus aliis pugnantibus: aliis ferientibus, aliis ictis: aliis fugientibus, aliis insectantibus, multa & pedestria & equestria certamina cernere erat: multáque insolita præter opinionem eueniebant. qui modò alium in fugam dederat, iam ipse tergum vertebat: qui modò fugerat insequentem, eundem conuersus impetebat: qui alii vulnus imposuerat, ipse sauciabatur: alius collapsus stātem interficiebat: alii nullo vulnere accepto peribant, alii semimortui cædes edebant: hi gaudebant, lætúmque clamorem tollebant, illi dolebant ac eiulabant: denique omnia clamoris erant gemitúsque plena. Hócque ipsum plurimorum animis perturbationem afferebat, quòd externorum atque lingua peregrina vtentium hominum voces ignotæ terrorem afferebant: si qui mutuò intelligerent, iis malū multipliciter augebatur. nā præter suas miserias, etiam proximorum ærumnas conspiciebāt, audiebántque. Quum diu admodum ancipiti esset euentu dimicatum, multíque vtrinque ex æquo cecidissent, aut vulnerati essent, demum Pompeius, cuius exercitus maiori parte ex Asianis, nullúmque belli vsum habentibus, constiterat, victus est: quod ei iam, antequam prælio decerneret, proditum fuerat. Fulmina enim in castra eius deciderant: ignis in aere supra vallum Cæsaris visus, in castra Pompeii decubuerat: signis e-

Pompeiūs vincitur.

Signa Pōpeio cladem denūtiantia.

A πολλαχῇ μὲν ἀλλήλοις, οἷα ὁμόσκευοι, πολλαχῇ δὲ καὶ ἑτέροις, ἀναμὶξ ἐμάχοντο. προεῖχον γὰρ οἱ Πομπήϊοι τῇ τε ἱππείᾳ καὶ τῇ τοξείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο πόῤῥωθέν τε ἐγκυκλούμενοί τινας, προσβολαῖς αἰφνιδίοις ἐχρῶντο, καὶ συνταράξαντες αὖθις ἐξανεχώρουν· εἶτ᾽ αὖθις καὶ μάλ᾽ αὖθις ἐπετίθεντο σφίσι, τοτὲ μὲν ἐνταῦθα, τοτὲ δὲ ἐκεῖσε μεθιστάμενοι. οἱ οὖν Καισάρειοι ταῦτά τε ἐφυλάσσοντο, καὶ τὰς τάξεις σφῶν ἐξελίσσοντες, ἀντιπρόσωποί τε B ἀεὶ τοῖς προσβάλλουσιν ἐγίγνοντο· καὶ ὁμόσε αὐτοῖς χωροῦντες, τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ἵππων ἀντελαμβάνοντο, προθύμως ἀγωνιζόμενοι. καὶ γὰρ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν αὐτῶν κοῦφοι ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο συνετετάχατο. καὶ ταῦτα οὐ καθ᾽ ἕνα (ὥσπερ εἶπον) ἀλλὰ πολλαχῇ ἅμα σποράδην ἐγίγνετο· ὥστε τῶν μὲν πόῤῥωθεν μαχομένων, τῶν δὲ, συσταδὸν ἀγωνιζομένων, καὶ τῶν μὲν, παιόντων τινὰς, τῶν δὲ, παιομένων, φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων C ἑτέρων, πολλὰς μὲν πεζομαχίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱππομαχίας ὁρᾶσθαι. κἀν τούτῳ καὶ παρὰ δόξαν τισὶ συχνὰ συνέβαινε. καὶ γὰρ τρέψας τίς τινα, ἐτρέπετο, καὶ ἄλλος ἐκκλίνας τινὰ, ἀντεπέθετο αὐτῷ· πλήξας τις ἕτερον, αὐτὸς ἐτιτρώσκετο, καὶ πεπτωκὼς ἄλλος, τὸν ἑστηκότα ἀπεκτείννυε. καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄτρωτοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες ἐφόνευον. καὶ οἱ μὲν ἔχαιρον καὶ ἐπαιώνιζον· οἱ δὲ ἐλυποῦντο καὶ ὠλοφύροντο· ὥστε βοῆς D καὶ στεναγμῶν πάντα πληρωθῆναι, καὶ τοῖς πλείοσι καὶ ἐκ τούτου ταραχὴν ἐγγενέσθαι. τὰ γὰρ λεγόμενα, ἄσημά σφισι διά τε τὸ ἀλλοεθνὲς καὶ διὰ τὸ ἀλλόθροον ὄντα, δεινῶς αὐτοὺς ἐξέπλησσε· τοῖς δὲ δὴ συνιεῖσιν ἀλλήλων, πολλαπλάσιον τὸ κακὸν συμβῆναι. πρὸς γὰρ τοῖς ἰδίοις σφῶν παθήμασι, καὶ τὰ τῶν πέλας καὶ ἑώρων ἅμα καὶ ἤκουον. τέλος δὲ, ἰσοῤῥόπως αὐτῶν ἐπὶ μακρότατον ἀγωνισαμένων, καὶ πολλῶν ἀμφοτέρωθεν ὁμοίως καὶ E πεσόντων καὶ τρωθέντων, ὁ Πομπήϊος, ἅτε καὶ Ἀσιανὸν καὶ ἀγύμναστον τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ ἔχων, ἡττήθη· ὥσπερ που καὶ πρὸ τοῦ ἔργου οἱ ἐδεδήλωτο. κεραυνοί τε γὰρ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσέπεσον, καὶ πῦρ ἀέριον ὑπὲρ τῆς τοῦ Καίσαρος 118
ταφρείας φανὲν, ἐς τὴν ἐκείνου κατέσκηψε. τά τε

σημεῖα αὐτοῦ

σημεῖα αὐτοῦ τὰ στρατιωτικὰ μέλισσαι περιέσχον· καὶ πολλὰ τῶν ἱερείων αὖθις ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα ἐξέδρα. καὶ οὕτω γε καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος ἔτεινεν, ὥστε πολλαχόθεν αὐτῇ τῇ τῆς μάχης ἡμέρᾳ, καὶ στρατοπέδων συνόδους καὶ ὅπλων κτύπους συμβῆναι· ἔν τε Περγάμῳ τυμπάνων τέ τινα καὶ κυμβάλων ψόφον ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀρθέντα, διὰ πάσης τῆς πόλεως χωρῆσαι· καὶ ἐν Τράλλεσι φοίνικά τε ἐν τῷ τῆς Νίκης ναῷ ἀναφῦναι, καὶ τὴν θεὸν αὐτὴν πρὸς εἰκόνα τοῦ Καίσαρος, ἐν πλαγίῳ που κειμένην, μεταστραφῆναι· τοῖς τε Σύροις δύο τινὰς νεανίσκους τὸ τέλος τῆς μάχης ἀγγείλαντας, ἀφανεῖς γενέσθαι· καὶ ἐν Παταουίῳ τῆς νῦν Ἰταλίας, τότε δὲ ἔτι Γαλατίας, ὄρνιθάς τινας οὐχ ὅτι διαγγεῖλαι αὐτήν, ἀλλὰ καὶ δεῖξαι τρόπον τινά. Γάιος γάρ τις Κορνήλιος πάντα τὰ γιγνόμενα ἀκριβῶς τε ἐξ αὐτῶν ἐτεκμήρατο, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐξηγήσατο. ταῦτα μὲν ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὡς ἥκιστα συνηνέχθη· καὶ τὸ παραχρῆμα μὲν ἠπιστεῖτο, (ὥσπερ εἰκὸς ἦν) ἀγγελθέντων δὲ τῶν πραχθέντων, ἐθαυμάζετο. Τῶν δὲ δὴ Πομπηιείων τῶν μὲν ἐν χερσὶ φθαρέντων, οἱ μὲν ἔφυγον ὅπῃ ποτὲ ἠδυνήθησαν, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοὺς μὲν ἐν ταῖς τεταγμένοις στρατευομένους, ἐς τὰ ἑαυτοῦ στρατόπεδα ἐσέγραψε, μηδὲν σφίσι μνησικακήσας· τῶν δὲ δὴ βουλευτῶν τῶν τε ἱππέων ὅσους μὲν καὶ πρότερον ποτὲ ᾑρηκὼς ἠλεήκει, ἀπέκτεινε· πλὴν εἴ τινας οἱ φίλοι αὐτοῦ ἐξητήσαντο (τούτοις γὰρ ἕνα ἑκάστῳ τότε σῶσαι συνεχώρησε) τοὺς δὲ λοιποὺς τοὺς τότε πρῶτον ἀντιπολεμήσαντας αὐτῷ ἀφῆκεν· εἰπὼν ὅτι, οὐδέν με ἠδικήκασιν οἱ τὰ τοῦ Πομπηίου φίλου σφίσιν ὄντος ἐσπουδακότες, μηδεμίαν εὐεργεσίαν παρ' ἐμοῦ ἔχοντες. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς δυνάστας, τούς τε δήμους τοὺς συναραμένους οἱ, ἐποίησε. πᾶσι γὰρ αὖθις συνέγνω, ἐννοῶν ὅτι αὐτὸς μὲν ἢ οὐδένα ἢ τινὰ αὐτῶν ἠπίστατο, παρ' ἐκείνου δὲ δὴ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προπεπόνθεσαν. καὶ πολύ γε τούτους μᾶλλον ἐπῄνει, τῶν εὐεργεσίαν μέν τινα παρὰ τοῦ Πομπηίου προλαβόντων, ἐν δὲ δὴ τοῖς κινδύνοις αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων.

A ius militaribus apes insederant: victimæ multæ, quum iam ad altaria adducerentur, aufugerant. Adeo se huius pugnæ prædictiones ad reliquos quoque homines extulerant, vt multis in locis eo ipso die quo ea commissa fuit, exercituum conflictus, armorúmque strepitus exauditi sint. Pergami tympanorum cymbalorúmque sonitus à fano Bacchi ortus, totam vrbẽ peragrauit. Trallibus in templo Victoriæ palma enata est, B ipsáque dea ad simulacrum Cæsaris, cui ex obliquo collocata fuerat, sese obuertit. Syris duo iuuenes pugnæ huius exitum annunciãtes, nusquam postea apparuere. Patauii, (quæ nunc Italiæ vrbs est, eo tempore Galliæ fuit) aues quædam non indicia modò huius eventi exhibuerunt, sed quodammodo rem ipsam demonstrauêre. nam C. Cornelius quidam, omnia quæ euenêre eo prælio, perfectè ab iis notauit, iísque qui cũ ipso erant exposuit. Hæc, & his plura, ipso adeo pugnæ die o- C stenta acciderunt: quúmque impræsentiarum fides eis non haberetur, rei gestæ nuntio allato, admirationi fuerunt. Cæterùm Pompeiani, pars in prælio occubuêre, pars fuga quò quisque valebat, dilapsi sunt: reliqui in potestatem Cæsaris post pugnam venerunt. Ex his Cæsar eos qui ex delectu militarant, condonatis omnibus iniuriis, inter suos milites adscripsit. Ex senatoribus verò equitibúsque, quos antè etiam captos mi- D sericordia prosecutus fuerat, omnes morte multauit: exceptis iis quos amici eius (singulis enim vnius salutem donauerat) à supplicio exemerunt. Reliquos, qui tum primùm contra ipsum arma tulissent, dimisit, nihil eos contra se deliquisse addens: qui nullo suo beneficio affecti, Pompeii, cuius amicitia vsi essent, rebus studuissent. Eundem se regulis etiam populísque, qui auxilia Põpeio tulerãt, exhibuit, omnibúsque delicti gratiã fecit. Etenim cogitabat E apud animũ suũ, nullã sibi aut certè exiguã cũiis intercessisse notitiã, quũ Põpeii multa magnáq; in eos cõstitissent merita. Itaq; lõgè plus laudis eis tribuebat, quàm illis qui quum à Pompeio beneficiis essent affecti, in periculo eundem destituissent:

Cæsaris in victos lenitas.

atque alteros quidem illos sibi quoque fidos fore sperabat: hos autem, vt maximam nunc sibi beneuolentiam ostentarent, quia suum tum amicum proiecissent, ne sui quidem olim rationem habituros. Argumento autem, huic quod diximus, est,

Venia data Sadalo, Deiotaro, Tarcondimoto.

quòd Sadalo Thraci, & Deiotaro Gallogræco, qui in ipso prælio adfuerant, ac Tarcondimoto, qui Ciliciæ partem sub se habuerat, re autem nauali Pompeium plurimum iuuerat, pepercit. Ne cæteros colligam, qui, quum Pompeio auxilia misissent, iis, tantùm imperata pecunia, neque vllo alio supplicio imposito, aut vlla alia re mulctatis, veniam dedit: quamuis eorum quidā multa ac magna præmia à Pompeio partim iam antè, partim tunc accepissent. Partē Armeniæ Cæsar, quæ Deiotaro parebat, Ariobarzani Cappadociæ regi attribuit. Qua in re nō modò damnum nullum Deiotaro dedit, sed beneficium adiecit. non enim ei partem regni ademit, sed omnem Armeniam, quæ sub Pharnacis imperio restabat, occupatam, partim Ariobarzani, partim Deiotaro donauit. Hac in eos clementia vsus, Pharnacem postmodo se purgantem, quia Pompeio non esset opitulatus, ideóque ignosci suis

Cæsar Pharnaci Pompeium destitutum exprobrat.

actionibus postulantem, non modò nulla humanitate prosecutus est, sed id quoque vitio ei dedit, quòd impius in benefactorem suum fuisset. Ea Cæsar mansuetudine atque virtute in omnes qui contra ipsum in bello steterant, deinde quoque vsus est. Quinetiam, quum secretæ literæ in scriniis Pompeii essent repertæ, ex quibus multorū animos, quomodo fuissent & erga Pōpeium

Arcanas literas Pompeij Cæsar combusit.

& contra se affecti, Cæsar deprehendere potuisset, neque legit eas, neque descripsit, sed extemplo cremauit: ne quid acerbius in quenquam statuere ex literis cogeretur. Itaq; meritò quis odio eos habere possit qui insidias deinde vitæ Cæsaris struxerunt. quod eo minus temere à me dictum accipiendum est, quando

M. Brutus Capio salute à Cæsare donatus.

M. quoque Brutus Capio, qui eum postea interfecit, ab eo tū & captus fuit & salute donatus.

A τοὺς μὲν γὰρ καὶ ἑαυτῷ δι᾽ εὔνοιαν ἔσεσθαι ἤλ-
πιζε· τοὺς δέ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐδόξάν τι οἱ
καὶ χαρίσασθαι, ἀλλὰ προδόντας γε τὸν νῦν
φίλον γενομένους, οὐδὲ ἑαυτοῦ ποτε φείσεσθαι
ἐνόμιζε. τεκμήριον δέ, ὅτι Σαδάλου μὲν τοῦ
Θρακός, καὶ Δηιοτάρου τοῦ Γαλάτου, καίτοι
καὶ ἐν τῇ μάχῃ γενομένων, Ταρκονδιμότου
τε ἐν μέρει μέν τινι τῆς Κιλικίας δυναστεύον-
τος, πλεῖστον δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ ναυτικὰ βοηθή-
σαντος, ἐφείσατο. τί γὰρ δεῖ τοὺς ἄλλους τοὺς
B τὰς συμμαχίας πέμψαντας καταλέγειν, οἷς
καὶ αὖθις συγγνώμην ἔνειμε, χρήματα μόνον
παρ᾽ αὐτῶν λαβών; ἄλλο γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔ-
δρασε σφᾶς, οὔτ᾽ ἀφείλατο· καίπερ πολλῶν
πολλὰ καὶ μεγάλα, τὰ μὲν πάλαι, τὰ δὲ καὶ
τότε, παρὰ τοῦ Πομπηίου εἰληφότων. μέρος
μὲν γάρ τι τῆς Ἀρμενίας τῆς τοῦ Δηιοτάρου γε-
νομένης, Ἀριοβαρζάνει τῷ τῆς Καππαδο-
κίας βασιλεῖ ἔδωκεν. οὐ μέντοι καὶ τὸν Δηιό-
ταρον ἐν τούτῳ τι ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ προσ-
C ευεργέτησεν. οὐ γὰρ ἐκείνου τὴν χώραν ἀπετέ-
μετο, ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ Φαρνάκου πᾶσαν τὴν
Ἀρμενίαν καταληφθεῖσαν καταλαβών, τὸ
μέν τι αὐτῆς τῷ Ἀριοβαρζάνει, τὸ δὲ δὴ τῷ
Δηιοτάρῳ ἐχαρίσατο. καὶ τούτοις μὲν οὕτως
ἐχρήσατο· τῷ δὲ δὴ Φαρνάκῃ, προβαλλομέ-
νῳ ὅτι μὴ προσαμύναι τῷ Πομπηίῳ, κἀκ
τούτου συγγνώμης, ἐφ᾽ οἷς ἐπεποιήκει, τυχεῖν
ἀξιοῦντι, οὔτε ἔνειμεν ἐπιεικὲς οὐδέν, καὶ
προσέτι καὶ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐνεκάλεσεν, ὅτι καὶ πο- 119
νηρὸς καὶ ἀνόσιος περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένετο.
D τοσαύτῃ μὲν καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἀρετῇ
πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀντιπολεμήσαντας αὐτῷ
ἔπειτα ἐχρῆτο. ἀμέλει καὶ τὰ γράμματα
ἀπόθετα τὰ ἐν τοῖς τοῦ Πομπηίου κιβωτίοις
εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔ-
νοιαν καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν,
οὔτ᾽ ἀνέγνω, οὔτ᾽ ἐξεγράψατο· ἀλλ᾽ εὐθὺς
κατέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν δεινὸν
ἀναγκασθῇ δρᾶσαι. ὥστε τινὰ καὶ διὰ ταῦ-
τα τοὺς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ μισῆσαι. τοῦτο
E δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὁ Καπίων ὁ
Βροῦτος ὁ Μάρκος, ὁ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἀποκτεί-
νας, καὶ ἑάλω ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἐσώθη.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QUADRAGESIMUSSECUNDUS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Πομπήϊος ἡττηθεὶς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἔφυγε, καὶ ἀπέθανεν ἐν Αἰγύπτῳ.
Ὡς Καῖσαρ, Πομπήϊον ἐπιδιώκων, εἰς Αἴγυπτον ἦλθεν.
Ὡς ἠγγέλθη τὰ κατὰ Καίσαρα καὶ Πομπήϊον εἰς Ῥώμην· καὶ ἃ ἐψηφίσαντο τῷ Καίσαρι.
Ὡς ἐστασίασαν οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀποδημίαν.
Ὡς Καῖσαρ Αἰγυπτίοις πολεμήσας, κατεστρέψατο αὐτούς, καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐχαρίσατο.
Ὡς Καῖσαρ Φαρνάκην ἐνίκησεν.
Ὡς Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατεστήσατο.
Ὡς Καῖσαρ ἐς Ἀφρικὴν ἐστράτευσεν.

HAEC INSVNT libro XLII Romanæ historiæ Dionis.

Vt Pompeius in Thessalia victus, fugerit, in AEgyptóque perierit.
Quomodo Cæsar Pompeium insequẽdo in AEgyptum venerit.
Quemadmodum Romæ res inter Cæsarem & Pompeium gestæ, annuntiatæ: ac quæ in honorem Cæsaris decreta sint.
De seditione Romanorum per absentiam Cęsaris.
Vt Cęsar AEgyptios bello subegerit, Cleopatręque gratificatus sit.
Vt Pharnacem idem deuicerit.
De Cæsaris reditu ad vrbẽ, ac quemadmodum res vrbanas constituerit.
De eiusdem expeditione in Africam.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ, ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΕΤΗ Γ, Ἰουλίου Καίσαρος τὸ β', καὶ Πουπλίου Σερουϊλίου Ἰσαυρικοῦ ὑπατείας. καὶ ἄλλο ἔτος α', ἐν ᾧ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο,

Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ, δικτάτωρ τὸ β', καὶ Μ. Ἀντώνιος, Μ. υἱ. ἵππαρχος.
ὕπατοι δὲ,
Κ. Φούφιος Κ. υἱ. Καλῆνος, καὶ Π. Οὐατίνιος, Π. υἱ.

HAEC GESTA SVNT PARTIM RELIqua eius anni parte, quo consules fuerunt Iulius Cæsar, II, & P. Seruilius Isauricus: partim insequenti anno, in quo Iulius C. F. Cæsar dictaturam iterum gessit, magistro equitum M. Antonio, M. F.

Consules autem fuerunt
Q. Fufius Q. F. Calenus, & P. Vatinius, P. filius.

Anno V.C. 707.

120

Ἡ ΜΕΝ οὖν μάχη τοιάδε τὶς ἐγένετο· καὶ ἀπ' αὐτῆς ὁ Πομπήϊος πάντων τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων παραχρῆμα ἀπέγνω· καὶ οὐκέτ' οὐδὲ τῆς ἰδίας ἀρετῆς, οὔτε τοῦ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν πλήθους, οὔθ' ὅτι πολλάκις ἡ τύχη



PRAELIO ad hunc quem exposui modũ confecto, Pompeius, neque suæ virtutis, neque multitudinis eorum qui pugnæ supererant militum memor, neque eo secum expenso, quòd sæpe leuissimo momento fortuna eos quorum res

Pompeij victi desperatio.

sunt afflictæ, in integrum restituit, omnem de rebus suis spem proiecit: quum prioribus tẽporibus summo animi robore constanter vsus fuisset, ac bene semper in rebus aduersis sperare consuesset. Enimuero in causa hoc fuit, quòd superioribus illis temporibus æquo Marte sibi cum aduersæ partis hominibus contendendum existimans, non præceperat certam animo victoriam, sed euentu in vtranque partem præuiso, priusquam vel fiducia efferretur, vel in terrorem perueniret, curam emendãdorum aduersorum (si qua accidissent) non omittebat: itaque neque cedere infortuniis opus habebat, & detrimentum acceptum sarcire facilè poterat: tũc verò, quòd multis partibus se Cæsare superiorem futurum persuasum haberet, nihil eiusmodi præuidit. nam neque idoneo loco castra posuit, neq; refugium sibi, si superatus foret, vllum comparauit: quúmque rem extrahere, atque ita victoriam sine prælio obtinere potuisset (nam & singulis diebus copiæ eius augebantur, & rerum necessariarum commeatu, vt in amica sibi ferè regione versans, ac classe præualens, abundabat) tamen, siue sponte sua, quasi haud dubia victoria, siue à suis coactus, signa contulit. Vnde factum est vt simulatque prælio victus est, mirum in modum attonitus, neque consilium commodum, neque spẽ firmam fortunæ denuò periclitandæ capere potuerit. Quæ enim hominibus præter expectationem ac quammaximè inopinatò accidunt, ea & animos horum deiiciunt, & rationem conturbant: vt ad ferendam de eo quod agendum sit sententiam minimè omnium valeant: Neque enim consiliis iuxta metum locus est: sed vbi animum consilia anteceperunt, strenuè admodum timores ea exturbant: sin anteueniãtur ab his, succumbunt. Sic Pópeius eo tempore, quia euentum cum animo suo non iam antè considerauerat, nudus inermísque inuentus est: quòd si futura præuidisset, videbatur facilè omnia potuisse recuperare. Nam & ex pugna permulti euaserant, & alias non exiguas copias etiamnum habebat: ac (quod præcipuum est) magnam vim pecuniæ possidebat, maréque vniuersum obtinebat: præterea vrbes

Subiti casus.

Consilium & timor simul locum non habent.

Sociis non modò oneri nõ fuit: sed quum eos infidelitatis nullius suspectos haberet, videretque ab hostibus detrimenta accipere, auxilio etiam iuuit. Hostes igitur, neque eos tantùm qui sociorũ erant vicini, sed alios omnes Galliam incolentes subegit: regionémque permagnam, vrbésque innumeras, antè ne nomine quidem nobis notas, ditioni nostræ adiecit. Hæc omnia, quamuis neque iustis copiis, neque sufficienti pecunia à nobis instructus, tanta celeritate confecit, vt prius eum vicisse quàm bellũ gerere, cõpererimus: tam verò tuta omnia constituit, vt in posterũ in Germaniam adeóque Britãniam, per Galliam transitus patuerit. Itaque nunc Gallia ista, quæ quondam Ambrones Cimbrósque nobis immisit, in seruitutem redacta, agriculturam, sicut ipsa Italia, exercet: Nauigatur non Rhodanus tãtùm, Ararísque, sed & Mosa, & Ligeris, & ipse Rhenus, ipséque adeo Oceanus. quorum enim prius vix nomina ad nos peruenerant, quæque an essent dubitabamus, hæc illa nobis ex ignotis accessa, ex inexploratis nauigabilia, sua altitudine animi magnificentiáque effecit. Ac, nisi quidem ei, aut nobis verius, hunc successum inuidentes, seditionibus motis eum ante constitutũ tempus huc redire coegissent, vtique totam

Britanniam cum omnibus circum iacentibus insulis, omnémque Germaniam, ad Oceanum vsque septentrionalem, subegisset: vt imperii nostri limites non amplius populi terræve, sed aer & mare exterius ambiens fuissent. Cuius rei causa vos, quum magnanimitatem eius, résque gestas, ac fortunam animaduerteretis, eum quàm diutissimè cum imperio esse iussistis, octo nimirum continuis annis: quod ab eo tempore quo per populum respublica geri cœpit, nulli vnquam concessum fuit. Sed non dubitabatis quin omnia ea vobis pararet: neque suspicabamini fore vnquam vti is aduersum vos cresceret. Quũ igitur cuperetis vt plurimo temporis spatio in iis regionibus abesset, ii qui sibi solis reipublicæ administrationem, quasi non amplius communem, vendicabant, neque eum reliqua conficere, neque vestrum sub dominium ea omnia venire passi, sed multa nefaria, abusi eius occupationibus, ausi sunt: ita vt Cæsaris vobis auxilio opus esset. Itaque Cæsar, institutis negotiis intermissis, celeriter vobis auxilium tulit, vniuersámque Italiam ab impendentibus periculis liberauit, Hispaniam abalienatam recuperauit. Quúmque videret Pompeium relicta patria proprium sibi in Macedonia regnũ parare, eò vestra bona transferre, subditos vestros cõtra vos armare, vestrísque vos pecuniis oppugnare: primùm priuatim publicéq; ad eũ legatis missis conatus est persuadere vt ab incepto desisteret, sententiámque mutaret: summáque ei se fide obstrinxit, velle se cũ eo iterũ pari cõditione vti: postquam nullo modo Põpeium à proposito deducere potuit, ísque nõ reliquo modò iure, sed affinitate etiam, quæ ipsi cum Cæsare intercedebat, violata, bellum contra vos suscepit, tum demum Cæsar coactus est bellum ciuile attingere. In quo qua audacia aduersus Pompeium hyberno tempore nauibus prouectus sit, quàm cõfidenter cum eo vniuersam quãtumuis regionem obtinente congressus sit, quàm fortiter eum mili-

Bellum contra Pompeium.

A Βρεττανίαν ὅλην μετὰ τῶν ἄλλων νήσων τῶν προκειμένων αὐτῇ, καὶ τὴν Κελτικὴν πᾶσαν μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ Ὠκεανοῦ ἐκεχείρωτο. ὥσθ' ἡμᾶς ὅρους, μὴ γῆν, μηδ' ἀνθρώπους τὸ λοιπὸν, ἀλλ' ἀέρα καὶ τὴν ἔξω θάλασσαν ἔχειν. διὰ γὰρ ταῦτα καὶ ὑμεῖς, ὁρῶντες τό, τε μέγεθος τῆς διανοίας αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὴν τύχην, ἐπὶ πλεῖστον ἄρξαι αὐτῷ προσετάξατε. ὅπερ ἀφ' οὗ ἐδημοκρατήθημεν, οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπῆρξε· λέγω δὲ τὸ ὀκτὼ B ἔτεσιν ὅλοις ἐφεξῆς ἡγεμονεῦσαι. οὕτως αὐτὸν πάντα ἐκεῖνα ὑμῖν ὄντως προσκτᾶσθαι ἐνομίσατε, καὶ οὐδὲ πώποτε ἐφ' ὑμᾶς αὐξηθήσεσθαι ὑπωπτεύσατε. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐπὶ μακρότατον αὐτὸν ἐγχρονίσαι τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐπεθυμήσατε· οὐ μέντοι καὶ ἐπέτρεψαν οἱ τὴν πολιτείαν οὐκέτι κοινὴν ἀλλ' ἰδίαν αὐτῶν νομίζοντες εἶναι, οὔτε τούτῳ τὰ λοιπὰ προσκαταστρέψασθαι, οὔθ' ὑμῖν πάντων αὐτῶν κυριεῦσαι· ἀλλὰ τῇ ἀσχολίᾳ αὐ- C τοῦ ἀποχρησάμενοι, καὶ πολλὰ ἀνόσια ἐτόλμησαν· ὥσθ' ὑμᾶς τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας δεηθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο καταλιπὼν τὰ προκείμενα, ταχέως ὑμῖν ἐπεκούρησε, καὶ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν ἐκ τῶν ἐπαρτηθέντων αὐτῇ κινδύνων ἠλευθέρωσε· καὶ προσέτι τήν τε Ἰβηρίαν ἀλλοτριουμένην ἐκομίσατο, καὶ τὸν Πομπήιον, τήν τε πατρίδα καταλιπόντα καὶ βασιλείαν ἰδίαν ἐν Μακεδονίᾳ κατασκευάζοντα, καὶ ἐκεῖσε πάντα τὰ ὑμέτερα D ἀγαθὰ μεταφέροντα, τούς τε ὑπηκόους ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς συσκευαζόμενον, καὶ τοῖς χρήμασιν ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς χρώμενον ἰδών, τὸ μὲν πρῶτον πεῖσαί πως ἠθέλησε, καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ προσπέμπων, παύσασθαι, καὶ μεταθέσθαι, πίστεις λαβόντα μεγίστας, ἦ μὴν ἐν τοῖς ἴσοις ὁμοίως αὖθις αὐτὸν γενήσεσθαι· ἐπεὶ δ' οὐδένα τρόπον ἠδυνήθη τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἐκεῖνος τά τε ἄλλα καὶ τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς τὸν Καίσαρα αὐτῷ ὑπάρξασαν ὑπερβὰς ἀντιπολεμεῖν ὑμῖν εἵλετο· E οὕτω δὴ καταναγκασθεὶς τοῦ ἐμφυλίου πολέμου προσάψασθαι, 174
τί μὲν δεῖ λέγειν ὡς εὐτόλμως ἐπ' αὐτὸν, καίπερ χειμῶνος ὄντος, ἔπλευσε; τί δὲ ὡς εὐθαρσῶς αὐτῷ, καίτοι πάντα τὰ ἐπιχώρια ἔχοντι, συνέμιξε; τί δὲ, ὡς ἀνδρικῶς αὐτοῦ, καίπερ πολὺ τῷ πλήθει τῶν στρατιω-

τῶν ἐλαττουμένων; ἐκράτησεν; ἂν γάρ τις καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπεξελθεῖν ἐθελήσῃ, παῖδα ἂν ἀποδείξειε τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν Πομπήιον· οὕτως ἐν πᾶσιν αὐτὸς κατεστρατηγήθη.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσω· (οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐσεμνύνετο ποτὲ ἐπ' αὐτοῖς, μισῶν αὐτὰ τῆς ἀνάγκης) ἐπεὶ δὲ τὸ δαιμόνιον δικαιότατα τὴν μάχην ἔκρινε, τίνα μὲν τῶν τότε πρῶτον ἁλόντων ἀπέκτεινε; τίνα δὲ οὐκ ἐτίμησεν, οὐχ ὅτι τῶν βουλευτῶν ἢ τῶν ἱππέων, ἢ καὶ ὅλως τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν συμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων; οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκείνων τὶς οὔτ' ἀπέθανε βιαίως, οὔτε αἰτίαν ἔλαβεν· οὐκ ἰδιώτης, οὐ βασιλεὺς, οὐκ ἔθνος, οὐ πόλις. ἀλλ' οἱ μὲν καὶ συνηπάσθησαν αὐτῷ, οἱ δὲ τὴν γοῦν ἄδειαν ἐντίμως ἔσχον, ὥστε δὴ τότε καὶ πάντας ὀδύρεσθαι τῶν ἀπολωλότων. τοσαύτῃ γὰρ περιουσίᾳ φιλανθρωπίας ἐχρήσατο, ὥστε τοὺς μὲν συναραμένους τῷ Πομπηίῳ ἐπαινέσαι, καὶ πάντα σφίσι τὰ δοθέντα ὑπ' αὐτοῦ φυλάξαι· τὸν δὲ δὴ Φαρνάκην καὶ τὸν Ὀρώδην μισῆσαι, ὅτι οὐκ ἐπεκούρησαν, φίλοι αὐτοῦ ὄντες. καὶ διὰ τοῦτό γε οὐχ ἥκιστα τῷ μὲν οὐκ ἐς μακρὰν ἐπολέμησε, τῷ δὲ ἐπιστρατεύσειν ἔμελλε· πάντως δ' ἂν καὶ ζῶντα εἰλήφει. τεκμήριον δὲ, ὅτι μήτε εὐθὺς αὐτὸν ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ κατὰ σχολὴν εἴασε φυγεῖν, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἀηδῶς ἤκουσε. τούς τε φονεύσαντας αὐτὸν οὐκ ἐπῄνεσεν, ἀλλὰ καὶ ἀνταπέκτεινεν οὐ πολλῷ ὕστερον. καὶ αὐτόν γε τὸν Πτολεμαῖον, ὅτι, καίτοι παῖς ὤν, τὸν εὐεργέτην ἀπολόμενον περιεῖδε, προσδιέφθειρε. μετὰ ταῦτα τοίνυν ὅπως μὲν τὴν Αἴγυπτον κατεστήσατο, καὶ ὅσα χρήματα ἐκεῖθεν ὑμῖν ἐκόμισε, περιττὸν ἂν εἴη λέγειν· στρατεύσας δὲ ἐπὶ τὸν Φαρνάκην, οὐκ ὀλίγα ἤδη τοῦ τε Πόντου καὶ τῆς Ἀρμενίας ἔχοντα, προσηγγέλθη τε ἅμα αὐτῷ προσιών, καὶ ὤφθη παρὼν καὶ συνέβαλεν αὐθημερὸν, καὶ ἐνίκησεν. ἀφ' ὧνπερ οὐχ ἥκιστα διέδειξεν ὅτι οὐδὲν χεῖρον ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐγένετο, οὐδ' ὑπὸ τρυφῆς ἐν αὐτῇ ἐνεχρόνισε. πῶς γὰρ ἂν ῥᾳδίως ἐκεῖνα ἔ-

tum numero longè superiorem vicerit, quid dicam? quæ si quis singulatim exponere velit, Pompeium illum, cuius tanta fuit admiratio, puerum fuisse ostendet, adeo artibus imperatoriis omnibus à Cæsare superatum.

M. Antonii Oratio Funebris in Caesarem.

Verùm hæc quidem missa facio, de quibus neque Cæsar ipse gloriari solebat, odióque necessitatem istam prosequebatur. Postquam iustissimo arbitrio belli cõtrouersia à diis immortalibus est diiudicata, quémnam ille tum, qui quidem tunc primùm in potestatem eius hostis venisset, occidit? quem senatorem, aut equitem, aut denique ciuem, quinimò quem etiam sociorum, subditorúmve P.R. non honore affecit? Certè horũ nemo necatus est, neq; culpatus ab eo: neque priuatus, neq; rex, neque populus, neq; vrbs: sed alii eius sunt deinde castra secuti, alii honestam impunitatẽ adepti, ita vt ab omnibus hi qui perierant, deplorati sint. Tantum enim Cæsaris clementia abundauit, vt nõ modò eos qui Pompeium adiuuissent, laudauerit, omniáque iis ab eo tributa conseruauerit: sed Pharnacem etiam Orodémque odio habuerit, quòd amico ipsorum Pompeio opem non tulissent: quorum alteri paulo pòst bellum intulit, in alterũ verò expeditionẽ cogitabat. Ipsum quidem Pompeium, si quidem voluisset, viuum capere facilè potuisset. quod ex eo constat, quia cum nõ statim insecutus est, sed aufugiendi liberum tempus cõcessit: mortémque eius non sine dolorẽ cognouit: tantúmque à laudando eius occisores abfuit, vt eorum paulo pòst cæde hanc necem compensarit. ipsum quoque Ptolemæum, quòd ad benefactoris sui interitum conniuere sustinuisset, quamuis puerũ adhuc, interemit. Quemadmodũ autem secũdum has res gestas AEgyptum constituerit, quantámque vim pecuniæ inde attulerit, superfluũ fuerit dicere. Pharnacen bello inuadẽs, qui iam haud exiguam Ponti Armeniæque partem occupauerat, simul & annuntiatus est venire, & visus est adesse, & collatis signis vicit, vna omnia die. Quod non minimo esse potuit argumento, nihilo ipsum Alexandriæ deteriorem redditum, neque luxuriæ causa ibi commoratum fuisse. nunquam enim eã rem

Clementia in victos.

AEgyptus.

M. ANTONII ORATIO FUNEBRIS IN CAESAREM.

nisi multa prouidentia multóque robore vsus, peregisset. Pharnace fugiête, quum se ad conuertêda confestim in Parthos arma comparasset, iterum in vrbe seditionibus coortis, contra animi sui sententiam huc aduenit: iésque ita omnes pacauit, vt nunquam côturbatæ fuisse videri potuerint. Nemo enim horum motuum causa, aut morte, aut exilio, aut ignominia vlla affectus fuit: non quòd non optimo iure multis pœnæ luendæ fuerint, sed quòd hostes affatim delendos, ciues autem, etiam siqui improbi sint, seruandos Cæsar existimabat. Ita fortitudine extraneos debellauit, humanitate autem salutem ciuibus tumultuantibus, quamuis sæpenumero indignis ea, côseruauit. Idem hoc in Africa quoque Hispaniáque egit, dimissis omnibus quos non antè quoque captos misericordia prosequutus fuerat, aduersariis. Sic enim statuebat, stultitiæ esse, non mansuetudinis, eos qui sæpius ipsi insidias struxissent, conseruare: primi verò delicti gratiam facere, neque iram implacabilem gerere, honoribúsque etiam huiusmodi homines afficere: sin autem in malitia sua perseuerassent, è medio eos tollere, id sui officii esse. Quanquam hoc quoque cur ego dixi? quũ multos etiam ex iis salute donauerit, amicis suis victoriæque sociis singulis vnius horum captiuorum supplicio eximendi potestate concessa. Quæ cum innata quadam bonitate, non simulata, aut spe emolumêti alicuius assumpta (qua complures alii in alios vsi sunt) fecisse, hoc ipsum satis testatur, quòd perpetuò talis fuit: neque eum vel ira exasperauit, neque res secundæ corruperunt, neque alium potentia fecit, neque licentia mutauit: quũ tamen difficillimũ sit, hominê in tot tâtisque, atque iis continêtibus, negotiis occupatum, quorũ partê côfecerit, partê præ manibus habeat, quędam adhuc expectet, eãdem semper bonitatem retinere, ac non aliquando durius grauiúsque aliquid statuere, si non vlciscendorũ præteritorum, at certè sibi in posterum cauêdi causa.

Seditio composita.

Quatenus ignoscendum.

A ἔπραξε, μὴ πολλῇ μὲν προσοχῇ διανοίας, πολλῇ δὲ καὶ ῥώμῃ χρώμενος; ὡς δ' οὖν καὶ ὁ Φαρνάκης ἔφυγε, παρεσκευάζετο μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὸν Πάρθον στρατεῦσαι· στασιασάντων δὲ αὖθις ἐνταῦθα τινῶν, ἐκομίσθη τε ἄκων, καὶ οὕτως αὖ καὶ ταῦτα διέθηκεν, ὥστε μηδ' ὅτι ἀρχὴν ἐταράχθη πιστευθῆναι. οὔτε γὰρ ἀπέθανεν, οὔτε ἔφυγεν, ἀλλ' οὐδ' ἠτιμώθη τὸ παράπαν ἐξ ἐκείνων τῶν πραγμάτων οὐδείς· οὐχ ὅτι οὐ δικαιότατα ἂν πολλοὶ ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν πολε-B μίους ἀφειδῶς ἀπολλύναι, τοὺς δὲ δὴ πολίτας σώζειν, κἂν φαῦλοί τινες ὦσιν, ἡγεῖτο δεῖν. καὶ διὰ τοῦτο τῇ μὲν ἀνδρείᾳ τοὺς ἀλλοφύλους κατηγωνίζετο, τῇ δὲ φιλανθρωπίᾳ καὶ τοὺς στασιάζοντας τῶν πολιτῶν, (καίτοι καὶ ἀναξίους πολλάκις τούτου γενομένους, ἀφ' ὧν ἔπραττον) διετήρει. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Ἀφρικῇ, τῇ τε Ἰβηρίᾳ αὖθις ἔπραξε, πάντας ὅσοι μὴ καὶ πρότερόν ποτε ἁλόντες ὑπ' αὐτοῦ ἠλέηντο ἀφείς. τὸ μὲν γὰρ τοὺς πολλάκις C ἐπιβουλεύοντάς οἱ ἀεὶ περιποιεῖσθαι, μωρίαν, οὐ φιλανθρωπίαν ἐνόμιζε· τὸ δὲ ἐν τοῖς προτέροις ἁμαρτήμασι, συγγιγνώσκειν τισί, καὶ μήτ' ἀκατάλλακτον ὀργὴν ἔχειν, καὶ προσέτι καὶ τιμὰς νέμειν· αἰ δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐμμένωσιν, ἀπαλλαγὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι, καὶ πάνυ ἀνδρὸς ἔργον ἡγεῖτο εἶναι· καίτοι τί τοῦτο εἶπον; πολλοὺς γάρ τοι καὶ ἐκείνων ἔσωσε, δοὺς τοῖς τε ἑταίροις ἅπασι, καὶ τοῖς συννικήσασιν αὐτῷ, ἵνα ἕκαστος ἕνα τῶν ἁλόντων περιποιήσηται. ὅτι μέντοι ὅτι ταῦ- 175
D τα πάντα ἀπ' ἐμφύτου χρηστότητος, καὶ οὔτε προσποιητῶς, οὔτε ἐπὶ κατασκευῇ πλεονεξίας τινὸς (ὥσπερ ἕτεροι συχνοὶ ἐφιλανθρωπεύσαντό τινα) ἔπραξε, μέγιστον μὲν καὶ ἐκεῖνο μαρτύριόν ἐστιν, ὅτι πανταχοῦ καὶ διὰ πάντων ὅμοιος ἐγένετο· καὶ οὔτ' ὀργή τις αὐτὸν ἠγρίανεν, οὔτε εὐπραγία διέφθειρεν, ἢ δὲ κράτος ἠλλοίωσεν, οὐχ ἡ ἐξουσία μετέβαλε. καίτοι χαλεπώτατον, ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοιούτοις καὶ προσέτι καὶ ἐπαλλήλοις πράγμασιν E ἐξετασθέντα, καὶ τὰ μὲν κατωρθωκότα, τὰ δὲ ἐν χερσὶν ἔχοντα, τὰ δὲ ὑποπτεύοντα, χρηστόν τε ἀεὶ δι' ἴσου φαίνεσθαι, καὶ μηδὲν τραχύ, μηδὲ δεινόν, εἰ καὶ μὴ πρὸς τιμωρίαν τῶν παρεληλυθότων, ἀλλά πρός γε φυλακὴν τῶν μελλόντων, ἐθελῆσαι ποιῆσαι.

ἱκανὰ

» ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τὴν γε χρηστότητα αὐτοῦ » τεκμηριῶσαί ἐστιν. οὕτω γὰρ ἐκ θεῶν ὄντως » ἔφυ, ὥστε ἓν μόνον ἠπίστατο, σώζειν τούς γε σώ- » ζεσθαι δυναμένους. προσέτι δὲ καὶ ἐκεῖνα, » ὅτι τοῖς τε αὐτῷ πολεμήσασι, ὃ μηδ' ὑπ' » ἄλλου τινὸς κολασθῆναι παρεσκεύασε, καὶ » τοὺς ἐν τῷ πρὶν ἐπταικότας ἀνεκτήσατο. πᾶσι » μὲν γὰρ τοῖς μετὰ τοῦ Λεπίδου καὶ τοῦ Σερτω- » ρίου γενομένοις ἄδειαν δοθῆναι ἐποίησε, πᾶσι » δὲ ἐκ τούτου τοῖς ἐκ τῶν ἐπικηρυχθέντων ὑ- » πὸ τοῦ Σύλλου περιλειφθεῖσι τὴν σωτηρίαν » ὑπάρξαι παρεσκεύασε, καὶ αὐτοὺς μετὰ τοῦτο κα- » τήγαγε· τούς τε παῖδας ἁπάντων τῶν ὑπ' » ἐκείνου θανατωθέντων, καὶ τιμῶν καὶ ἀρχῶν » ἠξίωσε. καίτοι τὸ μέγιστον, πάντα ἁπλῶς τὰ » γράμματα ὅσα ἢ παρὰ τῷ Πομπηίῳ ἢ πα- » ρὰ τῷ Σκηπίωνι ἀπόρρητα εὑρέθη, καὶ κα- » τέκαυσε, μήτ' ἀναγνούς τι αὐτῶν, μήτε τη- » ρήσας· ἵνα μήτ' ἄλλῳ τινὶ πονηρευθῆναί τι » δι' αὐτὰ ἐγγένηται. ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως οὐκ » εἶπε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔπραξε, δηλοῖ τὰ ἔρ- » γα· οὐδεὶς γοῦν ἐκ τῶν γραμμάτων ἐκείνων » οὐχ ὅσον οὐκ ἔπαθέ τι δεινόν, ἀλλ' οὔτ' ἐφο- » βήθη. οὐκοῦν οὔτ' οἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν » περὶ γνόντας, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων. τοῦτο γάρ » ἐστι παραδοξότατον, καὶ μηδεμίαν ὑπερβο- » λὴν ἔχον, ὅτι τε ἀφείθησαν πρὶν αἰτιαθῆναι, » καὶ ὅτι ἐσώθησαν πρὶν κινδυνεῦσαι· καὶ οὐδ' » αὐτὸς ὁ περιποιήσας σφᾶς ἔμαθεν οὓς ἠλέη- » σε. καὶ γάρ τοι διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τἆλ- » λα ὅσα ἐνομοθέτησε καὶ ἐπηνώρθωσε, μεγά- » λα μὲν αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ὄντα, παρὰ μικρὸν » δ' ἂν πρὸς ἐκεῖνα ἃ οὐ χρὴ ἀκριβῶς ἐπ- » εξιέναι, καὶ ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ » ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην, τιμαῖς τε οἵαις οὐ- » δένα ἄλλον ἠγήλατε· καὶ προστάτην διατελῆ τῆς τε πόλεως καὶ τῆς ἀρχῆς ἁπά- » σης ἔχειν ἐπεθυμήσατε, μηδὲν περὶ τῶν ὀ- » νομάτων διενεχθέντες, ἀλλὰ καὶ πάντα αὐ- » τῷ ὡς καὶ ἐλάττονα αὐτοῦ προσθέντες· ἵν' » ὅσον καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐκ τοῦ νομιζομέ- » νου πρὸς τὸ τελειότατον καὶ τῆς τιμῆς καὶ » τῆς ἐξουσίας ἐνέδει, τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τῶν » ἄλλων συντελείας ἀνταναπληρωθῇ. διὰ » γὰρ τοῦτο ἀρχιερέα μὲν πρὸς τοὺς θεούς,

A Hæc nimirum ad bonitatem eius demonstrandam sufficiunt. Enimuero verè à diis prognatus fuit, qui vnum hoc norat, salutem iis qui quidem salui esse possent, donare. Huc accedunt hæc quoque, quòd neque de iis qui contra ipsum arma tulissent, supplicia aliorum ministerio vsus sumpsit: & eos quorum antè res corruerant, restituit. Effecit enim vt omnibus iis qui cum Lepido Sertorióque fuerant, impunitas daretur: omnibus qui à Sylla pro- B scripti supererant, incolumitatem parauit, eósque postea reduxit: omnium eorum filios qui à Sylla vocati essent, honoribus & magistratibus dignatus est: & (quod vel summum est) omnes in vniuersum literas arcanas Pompeii Scipionísque repertas, non lectas à se, combussit: ne adseruandas quidem ratus, ne qua aliis maleficioru m exercendorum inde occasio suppeteret. Quod cum sic egisse etiam, ac non tãtùm C verbis præ se tulisse, res ipsa declarauit. nemo enim his ex literis non modò in periculum, sed ne in metum quidem peruenit: ac nemo cognouit quídnam iis in literis contineretur, præter hos ipsos qui scripsissent. Id verò ita admirabile hac in re est vt magis esse nullo modo possit, quòd quicunque erant consiliorum istorum literarúmque cõscii, & dimissi priusquam accusati sunt, & salutem prius quàm periclitarentur acceperunt: ipséque qui D eos saluos fecit, ignorauit quorum misereretur. Has ob eius res gestas, ac cætera etiam, quæ legibus ferendis emendandóque reipublicæ statu præstauit, quæ singula commemorare opus non est, magna quidem per se, sed prædictorum respectu nõ multi ponderis, vos eum tanquam patrem amauistis, dilexistis vt benefactorem: iísque honoribus exornastis quos alii nulli vnquam obtuleratis: præfectum eum vrbis imperiíque habere perpetuum cu- E piuistis, nihil de nominibus anxii, quæ omnia veluti ipso inferiora, ei attribuistis: vt quod vnicuique eorum secundum instituta maiorum vsurpato ad perfectionem honoris potentiæque exprimendã deficeret, id reliquorũ additione suppleretur. Ea de causa pontifex maximus, deorũ respectu,

M. ANTONII ORATIO FVNEBRIS IN CAESAREM.

Bonitas eius in damnatos ab aliis.

Honores Cæsari decreti.

M. Antonii Oratio Funebris In Caesarem.

nostrûm, consul: militum, imperator: hostium, dictator est creatus. Quanquam hæc ipsa cur enumero? quũ paulo pòst eum patrem patriæ appellaueritis, vt reliqua cognomẽta reticeam.

Amplificat indignitatem cædis, Cæsari illatæ.

Cæterùm is pater, is pontifex maximus, is sacrosanctus, is heros, is deus, mortem obiit. obiit (proh dolor) non morbo confectus, non senio absumptus, non foris in bello vulneratus, non cœlitus immisso aliquo casu abreptus, sed hîc intra mœnia dolo circunuentus periit, qui tutò in Britanniam exercitum duxerat: in vrbe ea per insidias extinctus est, cuius vrbis ipse pomœrium protulerat: in curia, quum ipse aliam ædificasset, occisus est. vir bello clarus, inermis: nudus, qui pacem constituerat: ad tribunalia, qui iudex fuerat: à magistratibus, ipse magistratum gerens: à ciuibus, quem etiam in mare excidentem hostium nemo interficere ausus fuerat: à sociis, quos non semel misericordia prosecutus fuerat, necatus est. Quid tibi tandem, ô Cæsar, profuerunt clementia, sacra & inuiolabilis potestas, legésque? At tu, qui lege etiam sæpius caueras ne quis ab hostibus trucidaretur, miserè ab amicis tuis cæsus es. núncque iugulatus iaces in eo foro, per quod sæpenumero coronatus pompam duxeras: vulneribus concisus pro rostris positus es, vnde ad populum sæpe concionem habueras. Eheu mihi, canos tuos sanguine fœdatos: heu vestem tuã laniatam, quã, vt videtur, in hoc solum acceperas, vti in ea cõfodereris.

Hæc Antonio perorante, populus irritatus primò est: deinde ira commotus: tandem ita exarsit vt percussores Cæsaris quæsitum iret: senatorésque etiam reliquos incusarent, quòd passi essent eum virum interfici, pro quo vti quotannis publicè vota conciperentur, decreuerãt: pérque cuius valetudinem fortunámque iurabant: quem iuxtà tribunis inuiolabilem esse iusserãt.

Corpus Cæsaris crematum in foro.

Pòst corpus Cæsaris acceptum, alii in eam curiam in qua occisus fuerat, alii in Capitolium ferre, vt ibi comburerent, intenderũt: sed à militibus prohibiti, metuentibus ne si-

A ὕπατος δὲ πρὸς ἡμᾶς, αὐτοκράτωρ δὲ πρὸς τοὺς στρατιώτας, δικτάτωρ δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπεδείχθη. καὶ τί ταῦτ' ἐξαριθμοῦμαι, ὁπότε καὶ πατέρα αὐτὸν ἐν ὀλίγῳ τῆς πατρίδος ἐπεκαλέσατε; ἵνα μὴ τὰς ἄλλας αὐτοῦ προσηγορίας καταλέγω.

Ἀλλ' οὗτος ὁ πατήρ, οὗτος ὁ ἀρχιερεύς, ὁ ἄσυλος, ὁ ἥρως, ὁ θεός, τέθνηκεν. οἴμοι τέθνηκεν, οὐ νόσῳ βιασθείς, οὐδὲ γήρᾳ μαρανθείς, οὐδὲ ἔξω που ἐν πολέμῳ τινὶ τρωθείς, οὐδὲ ἐκ δαιμονίου τινὸς αὐτομάτως ἁρπαχθείς· B ἀλλ' ἐνταῦθα ἐντὸς τοῦ τείχους ἐπιβουλευθείς, ὁ καὶ ἐς Βρεττανίαν ἀσφαλῶς στρατεύσας, ἐν τῇ πόλει ἐνεδρευθείς, ὁ καὶ τὸ πωμήριον αὐτῆς ἐπαυξήσας· ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατασφαγείς, ὁ καὶ ἴδιον ἄλλο κατασκευάσας· ἄοπλος, 176 ὁ εὐπόλεμος· γυμνός, ὁ εἰρηνοποιός· πρὸς τοῖς δικαστηρίοις, ὁ δικαστής· πρὸς ταῖς ἀρχαῖς, ὁ ἄρχων· ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὃν μηδεὶς τῶν πολεμίων μηδ' ἐς τὴν θάλασσαν ἐκπεσόντα C ἀποκτεῖναι ἠδυνήθη· ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ὁ πολλάκις αὐτοὺς ἐλεήσας. ποῦ δῆτα σοι Καῖσαρ ἡ φιλανθρωπία, ποῦ δὲ ἡ ἀσυλία, ποῦ δὲ οἱ νόμοι; ἀλλὰ σὺ μέν, ὅπως μηδ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τις φονεύηται, πολλὰ ἐνομοθέτησας, σὲ δὲ οὕτως οἰκτρῶς ἀπέκτειναν οἱ φίλοι. καὶ νῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρόκεισαι ἐσφαγμένος, δι' ἧς πολλάκις ἐπόμπευσας ἐστεφανωμένος· καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἔρριψαι κατατετρωμένος, ἀφ' οὗ πολλάκις ἐδημηγόρησας. οἴμοι πολιῶν ἡμαγμένων· ὢ στολῆς ἐσπαραγμένης, D ἣν ἐπὶ τούτῳ μόνον, ὡς ἔοικεν, ἔλαβες, ἵν' ἐν ταύτῃ σφαγῇς.

Τοιαῦτα τοῦ Ἀντωνίου λέγοντος, ὁ δῆμος τὰ μὲν πρῶτα ἠρεθίζετο, ἔπειτα δὲ ὠργίζετο· καὶ τέλος οὕτως ἐφλέγμηνεν, ὥστε τοὺς μὲν φονέας αὐτοῦ ζητεῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ἐγκαλεῖν ὅτι οἱ μὲν ἀπέκτειναν, οἱ δὲ ἐπεῖδον ἀποθνήσκοντα ἄνδρα ὑπὲρ οὗ δημοσίᾳ κατ' ἔτος εὔχεσθαι ἐψηφίσαντο, καὶ οὗ τήν τε ὑγίειαν τήν τε τύχην ὤμνυσαν, καὶ ὃν ἐξ ἴσου τοῖς δημάρχοις ἄσυλον ἐπεποιήκεσαν. κἀκ τούτου E τό τε σῶμα αὐτοῦ ἁρπάσαντες, οἱ μὲν ἐς τὸ οἴκημα ἐν ᾧ ἀπέσφακτο, οἱ δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον κομίσαι τε ἐβούλοντο καὶ ἐκεῖ καῦσαι. κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, φόβῳ τοῦ

A μὴ καὶ τὸ θέατρον τούς τε ναοὺς συγκαταπρησθῆναι αὐτῷ, ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ εἶχον, ἐπὶ πυρὰν ἐπέθηκαν. πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα τῶν πέριξ οἰκοδομημάτων ἐφθάρη, εἰ μή γε στρατιῶται ἐμποδὼν ἐγένοντο, καί τινας τῶν θρασυτέρων οἱ ὕπατοι κατὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου πετρῶν ὦσαν. οὐ μέντοι καὶ ἐπαύσαντο διὰ τοῦτο οἱ λοιποὶ παραζαλιζόμενοι, ἀλλ' ἐπί τε τὰς οἰκίας τῶν σφαγέων ὥρμησαν, καὶ ἄλλους τε ἐν τούτῳ καὶ Ἐλούϊον Κίνναν δημαρχοῦντα μάτην ἀπέκτειναν. οὐ γὰρ ὅπως ἐπεβούλευσε τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μάλιστα αὐτὸν ἠγάπα. ἐπλανήθησαν δὲ, ὅτι Κορνήλιος Κίννας ὁ στρατηγὸς συμμετέσχε τῆς ἐπιθέσεως. καὶ μετὰ τοῦτο ἀπειπόντων τῶν ὑπάτων μηδένα ἔξω τῶν στρατιωτῶν ἔνοπλον εἶναι, τῶν μὲν φόνων ἀπέσχοντο· βωμὸν δέ τινα ἐν τῷ τῆς πυρᾶς χωρίῳ ἱδρυσάμενοι (τὰ γὰρ ὀστᾶ αὐτοῦ οἱ ἐξελεύθεροι προανείλοντο, καὶ ἐς τὸ πατρῷον μνημεῖον κατέθεντο) θύειν τε ἐπ' αὐτῷ, καὶ κατάρχεσθαι τῷ Καίσαρι, ὡς καὶ θεῷ, ἐπεχείρουν. οἱ οὖν ὕπατοι ἐκεῖνόν τε ἀνέτρεψαν, καί τινας ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ ἐκόλασαν· καὶ νόμον ἐπέθηκαν, μηδένα αὖθις δικτάτωρα γενέσθαι· ἀράς τε ποιησάμενοι, καὶ θάνατον προειπόντες, ἄν τις ἐσηγήσηται τοῦτο, ἢ ὑποστῇ, καὶ προσέτι καὶ χρήματα αὖθις ἀντικρὺς ἐπικηρύξαντες. ταῦτα μὲν ἐς τὸ ἔπειτα προϊδόντες· ὥσπερ ἐν τοῖς ὀνόμασι τῆς τῶν ἔργων δεινότητος οὔσης, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν ὅπλων καὶ ἐκ τῶν ἑκάστου τρόπων καὶ γιγνομένων αὐτῶν, καὶ τὰ τῆς ἐξουσίας ἐν ᾗ ποτ' ἂν τύχῃ δρώμενα προσρήσει διαβαλλόντων. ἐν δὲ τῷ τότε παρόντι τούς τε κληρούχους τοὺς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος προκεχειρισμένους, ἐς τὰς ἀποικίας εὐθὺς, μὴ καὶ νεοχμώσωσί τι, ἔστειλαν, καὶ τῶν σφαγέων τοὺς μὲν ἄρξαι τινῶν εἰληχότας, ἐς τὰ ἔθνη, τοὺς δὲ λοιποὺς, ἄλλον ἄλλοσε ἐπὶ προφάσει τινὶ ἐξέπεμψαν. καὶ αὐτοὺς ὡς καὶ εὐεργέτας σφῶν πολλοὶ ἐτίμησαν. οὕτω μὲν ὁ Καῖσαρ μετήλλαξε· καὶ ἐπειδή γε ἔν τε τῷ τοῦ Πομπηίου οἰκοδομήματι, καὶ παρὰ τῷ ἀνδριάντι αὐτοῦ τῷ τότε ἐκεῖ ἑστῶτι ἐσφάγη,

A mul theatrum quoque & templa conflagrarent, in foro rogum extruxerunt, eíque cadauer imposuerunt. Verùm sic quoque multa vicina foro ædificia incendio absumpta fuissent, nisi milites obstitissent, nonnullique audaciorum, consulum iussu de rupe Tarpeia præcipitati essent. Quanquam ne sic quidẽ reliqui tumultuandi finem fecerũt, sed ad ædes percussorum tetenderunt: obuiósque cùm alios, tum Eluium Cinnam, tribunũplebis, ob- B truncauerunt, idque immeritò. neque enim ex insidiatoribus, sed iis qui maximè Cæsarem diligebant, vnus is fuit. verùm errore nominis ea cædes facta est, quòd Cornelius Cinna, prætor, cæsarianæ necis socius fuerat. Consules armorum gestatione quũ omnibus, præter milites, interdixissent, à cædibus cessatum est. Aram autem multitudo eo in loco quo rogus fuerat, extruxit, (nam cremati reliquias liberti eius sublatas, in monimento eius repo- C suerant) sacrificaréque apud eam, & immolare Cæsari, tanquam deo, instituit. Consules aram eam subuerterunt, quosdámque indignè ferentes supplicio affecerunt: legem etiam tulerunt, ne quis in posterum dictator crearetur: execrationésque addiderunt, ac mortem ei qui mentionem dictaturæ fecisset, aut eum magistratum in se recepisset: pœnã, pecuniámque ei qui talem occidisset, constituerunt. Hæc tum vt secu- D turis temporibus consulerent, decreuerunt: quasi verò in vocabulis vis rei ac non in armis posita esset, quæ vnusquisque suo more & sumit & vsurpat: iísque eum magistratum in quo iis vtitur, vtcunque is nominetur, polluit. Eos etiam tum, quibus ager à Cęsare adsignatus fuerat, statim in colonias emiserunt, ne quid nouarum rerum molirentur. Percussores, quibus prouinciæ sorte E contigerant, in eas amandârunt, reliquos diuersa in loca, alia alium sub præscriptione, ablegauerunt: multíque eos benefactorum suorũ numero cẽsentes honorauerũt. Ita Cæsar vitã suã clausit: ac, quoniã in curia à Pompeio ædificata, ac ponè statuam eius ibi positã occisus fuit,

Eluij Cinnæ interitus.

Cornelius Cinna prętor.

Ara.

Lex de dictaturæ abolitione in perpetuum.

Percussores Cæsaris emissi.

viſus eſt ei pœnas aliquomodo perſoluiſſe: quò acceſſit etiam, quòd ingentia tonitrua, & effuſus imber id facinus ſubſecutus eſt. Porro in eo tumultu res commemoratu non indigna accidit. C. quidam Caſca quũ Heluio Cinnæ cauſam interitus fuiſſe animaduertiſſet quòd idẽ cum Cornelio Cinna prætore nomẽ geſſerat: veritus ne ipſe quoque periret, quũ P. Seruilius Caſca vnus ex tribunis & percuſſoribus Cæſaris fuiſſet, literas publicè propoſuit, quibus & nominis communionẽ, & diuerſitatem ſentẽtiarum vtriuſque exponebat. ac neuter quidem in periculum venit, quòd Seruilius cuſtodia valida vtebatur: C. tamen Caſcæ factum id memorabile eſſe iudicatum fuit. Huiuſmodi erant quæ eo tempore ab aliis & ab ipſis coſſ. agebantur. Nam Dolobellam Antonius, etſi initio ſtatuerat ad cõſulatum non admittere, nondum ad eum pertinentem, tamen collegam ſibi eſſe, ne ſeditionẽ moueret, paſſus fuit. Porro ſedato tumultu Antonius, poſtquam ei acta Cæſaris inſpicere, exequíque quæ is fieri iuſſiſſet, mandatum fuit, continẽtiam animi exuit: atque vt primùm tabulas in ſuam poteſtatem accepit, multa deleuit, multa viciſſim in eas retulit, leges etiam alias ſupponens, pecunias magiſtratúſque aliis ademit, aliis tribuit, quaſi ex Cæſaris mandatis ea agens: pecuniam etiam multam hac ratione coegit, multa priuatos homines, populóſque expilauit, regibúſque, aliis terram, aliis libertatem, aliis ius ciuitatis, aliis immunitatem vẽdidit. Hæc omnia in columnas æneas incîdit, quanquam ſenatus edicto cauiſſet, ne qua ſtatua de legibus à Cæſare factis poneretur: quinetiam quum vehemẽtius inſtaret Antonius, atque Cæſarem multarum ac neceſſariarum rerum autorem fieri dixiſſet, ſenatui, iubẽti vt eorum diſquiſitionem cum optimatibus communicaret, non paruit. Octauium porro, adoleſcentem adhuc, rerúmque imperitum, hæreditatémque, vt difficilem, ac quæ teneri facilè non poſſet, à ſe remouentem, prorſus deſpexit:

C. Caſca vt vitæ ſuę conſuluerit.

P. Seruilius Caſca.

Dolobellæ cõſulatus.

Antonius mala fide mandata Cęſaris exequitur.

Antonii in Octauium iniurię.

A ἔδοξέ τινα τιμωρίαν αὐτῷ δεδωκέναι, ἄλλως τε ὅτι καὶ βρονταὶ ἄπλετοι, καὶ ὑετὸς λάβρος ἐπεγένετο. ἐν δ᾽ οὖν τῷ θορύβῳ ἐκείνῳ καὶ 177
τοιόνδε τι, οὐκ ἀπάξιον μνήμης, συνηνέχθη. Γάϊος γάρ τις Κάσκας δημαρχῶν, καὶ ἰδὼν ὅτι Κίννας ἐκ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο, ἐφοβήθη μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ· ὅτι Πούπλιος Σερουίλιος Κάσκας ἔκ τε τῶν δημάρχων καὶ ἐκ τῶν σφαγέων ἦν· καὶ γράμματα ἐξέθηκε, τήν τε κοινωνίαν σφῶν ἐκ τῆς
B μιᾶς προσηγορίας, καὶ τὴν διαφορὰν τῆς γνώμης δηλῶν. καὶ ἔπαθε μὲν οὐδέτερος οὐδὲν δεινόν (καὶ γὰρ ὁ Σερουίλιος ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο) λόγου δὲ δή τινα ὁ Γάϊος, ὥστε καὶ μνημονεύεσθαι, ἔσχε. τότε μὲν δὴ ταῦτα πρός τε τῶν ἄλλων καὶ πρὸς τῶν ὑπάτων ἐγένετο. καὶ γὰρ τὸν Δολοβέλλαν ὁ Ἀντώνιος, καίτοι μὴ φοβηθεὶς τὰ πρῶτα, ἐς τὴν ἀρχὴν, ὡς οὐδέ πω καθήκουσάν οἱ, προσλαβεῖν, ὅμως προσέθετο, δείσας μὴ στασιάσῃ. ὡς μέντοι ὅ, τε θόρυ-
C βος κατέστη, καὶ αὐτὸς ὁ Ἀντώνιος τό, τε ἐξετάσαι τὰ διῳκηθέντα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καὶ τὸ πάντα τὰ δόξαντα αὐτῷ ποιῆσαι ἐπετράπη, οὐκέτ᾽ ἐσωφρόνησεν· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τάχιστα ἐγκρατὴς τῶν γραμμάτων αὐτοῦ ἐγένετο, πολλὰ μὲν ἀπήλειψε, πολλὰ δὲ ἀντενέγραψεν, ἄλλα τε καὶ νόμους. καὶ προσέτι καὶ χρήματα καὶ ἀρχὰς, τὰς μὲν ἀφείλετό τινων, τὰς δὲ ἔδωκεν ἄλλοις, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου διαγραμμάτων αὐτὰ ποιῶν. κἀκ τούτου
D συχνὰ μὲν αὐτόθεν ἥρπασε, συχνὰ δὲ ἠργυρολόγησε παρ᾽ ἰδιωτῶν τε καὶ δήμων· καὶ τῶν βασιλέων τοῖς μὲν χώραν, τοῖς δὲ ἐλευθερίαν, ἄλλοις πολιτείαν, ἄλλοις ἀτέλειαν πωλῶν· καίτοι τῆς βουλῆς τὸ μὲν πρῶτον ψηφισαμένης μηδεμίαν στήλην, ὡς καὶ τοῦ Καίσαρος συγγεγραφότος τι, ἀνατεθῆναι (ἐς γὰρ στήλας χαλκᾶς πάντα τὰ τοιαῦτα ἐσεγράφετο) ἔπειτα δὲ, ὡς ἐντόνως ἐνέκειτο, λέγων πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα ὑπ᾽ αὐτοῦ προβε-
E βουλεῦσθαι, κελευσάσης πάντας τοὺς πρώτους κοινῇ αὐτὰ διακρῖναι. ἀλλ᾽ οὔτε τι τούτων ἐφρόντισε, καὶ τὸ σύμπαν τοῦ Ὀκταουΐου, ἅτε καὶ μειρακίου καὶ πραγμάτων ἀπείρου, τήν τε κληρονομίαν, ὡς καὶ χαλεπὴν καὶ δυσμεταχείριστον οὖσαν, ἀπωθουμένου, κατεφρόνησεν.

αὐτὸς δὲ, ὡς καὶ κληρονόμος οὐ μόνον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς δυναστείας τοῦ Καίσαρος ὤν, πάντα διεχείριζε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ φυγάδας τινὰς κατήγαγεν. ἐπειδή τε ὁ Λέπιδος ἰσχύν τε μεγάλην εἶχε, καὶ φόβον αὐτῷ πολὺν ἐπήρτα, τήν τε θυγατέρα τῷ υἱεῖ αὐτοῦ συνῴκισε, καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν, ἵνα μηδὲν ὧν ἔπραττε πολυπραγμονοίη. ὅπως γὰρ δὴ ῥᾳδίως αὐτὸ ποιήσῃ, ἔς τε τοὺς ἱερέας αὖθις ἀπὸ τοῦ δήμου τὴν αἵρεσιν τοῦ ἀρχιερέως ἐπανήγαγε· κἀν τούτοις αὐτὸν, οὐδὲν ἢ ὀλίγα τῶν νενομισμένων πράξας, ἐτέλεσε, δυνηθεὶς ἂν αὐτὸς ἱερώσασθαι. Ἀντώνιος μὲν δὴ ταῦτ᾽ ἐποίει.

A atque ipse ita omnia gessit, quasi hæres non facultatum modò Cæsaris, sed potentiæ etiam relictus esset. Inter alia quæ egit, exules etiam nonnullos restituit: cúmque Lepidus multum potentia valeret, eúmque Antonius magnopere metueret, filiam suam Lepidi filio nuptum dedit, ipsúmque patrem Lepidū pontificem maximum, ne in ipsius actiones inquireret, constituit. Quod vt facilius efficeret, pontificis maximi electionem à populo ad pontifices iterum transtulit, per cósque Lepidum, omnibus ferè maiorum institutis neglectis, initiauit: quū ipse id sacerdotium obtinere potuisset. Hæc erant quæ tū Antonius agebat. B

Lepidi & Antonii affinitas.

Lepidus pontifex maximus.

178 ΤΩ͂Ν ΔΊΩΝΟΣ ῬΩΜΑΙΚΩ͂Ν ἹΣΤΟΡΙΩ͂Ν ΤῸ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟστὸν πέμπτον βιβλίον.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QVADRAgesimusquintus.

ΤΆΔΕ ἘΝΕΣΤΙΝ ἘΝ ΤΩ͂ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Περὶ Γαΐου Ὀκταουΐου τοῦ μετὰ ταῦτα Αὐγούστου ἐπικληθέντος.
Περὶ Σέξτου τοῦ Πομπηΐου υἱέος.
Ὡς Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος στασιάζειν ἤρξαντο.
Ὡς Κικέρων κατ᾽ Ἀντωνίου ἐδημηγόρησε.

HAEC INSVNT LIbro XLV *Romanæ historiæ Dionis.*

De C. Octauio, qui postea Augustus cognominatus est.
De Sexto Pompeio, Pompeij filio.
Quomodo discordiæ inter Cæsarem & Antonium obortæ sint.
Vt Cicero aduersus Antonium concionem habuerit.

ΧΡΌΝΟΥ ΠΛΗ͂ΘΟΣ, ΤᾺ ΛΟΙΠᾺ ἜΤΙ τῆς Ἰουλίου Καίσαρος δικτατορίας τὸ εʹ, μετὰ Μάρκου Αἰμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὑπατείας τὸ εʹ μετὰ Μάρκου Ἀντωνίου.

HAEC ACTA SVNT RELIQVA parte eius anni quo Iulius Cæsar fuit dictator V, M. AEmilio Lepido magistro equitum: & consul V, cum Marco Antonio.

Ὁ δὲ δὴ Γάιος ὁ Ὀκταουΐος Καιπίας (οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφιδῆς υἱὸς ὠνομάζετο) ἦν μὲν ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκίδων, ὀρφανὸς δ᾽ ὑπὸ τοῦ Ὀκταουΐου τοῦ πατρὸς

C. Octavivs Cæpias (hoc enim nomen fuit Attiæ filio, quæ sororis Cæsaris filia erat) Velitris Volscorū oppido oriundus fuit: pupillus autem à patre suo Octauio relictus,

C. Octauii (qui deinde Augustus fuit) genus.

apud matrem, & vitricum suum L. Philippum, educatus est. Postquam adoleuit, cum C. Cæsare vixit: qui liberis ipse carens, magnámque de eo adolescente spem habens, summo eum amore complexus est atque fouit: eúmque sibi nominis, fortunarum, regníque sui hæredẽ constituerat. Quod quo magis faceret, Attia etiam mouit: quæ etiam atque etiam affirmabat, Octauium hunc ex Apolline conceptum fuisse: quòd quum in eius dei templo quodam tempore obdormiuisset, visa sibi esset cum dracone coire, ac tempore ad eum conceptum competenti, Octauium peperisset: præterea, antequam eum partum edidisset, per quietem sibi visum esse quasi intestina sua in cœlum efferrentur, atque hinc supra vniuersam extenderentur terram. eadémque nocte Octauius ex coniugis pudendis solem exoriri imaginatus fuit. Infanti recens edito Nigidius Figulus senator statim imperium vaticinatus est, qui ea tempestate omnem cœli descriptionem, siderúmque differentias, & eorum proprias, quásque coituum interuallorúmve suorum ratione effectiones ea edunt, præ cæteris adeo callebat, vt prohibitis quibusdã studiis eum vti crederetur. Is Figulus Octauium, qui ob filii natiuitatem in senatum tum fortè conuocatum tardius veniebat, obuiam factus interrogauit cur cunctatus fuisset: cognitáque caussa exclamauit, Dominum nobis genuisti. Eo sermone conturbatum Octauium, ac necare infantem volẽtem, inhibuit, quòd ei infanti tale quid euenire impossibile foret. Hæc ea die qua in lucem natus est C. Octauius, acta sunt. Quum in agro is educaretur, aquila panem ei è manibus eripuit, ac in sublime euolauit, pòst se iterum demisit, panémque ei reddidit. Puer adhuc quum Romæ ageret, in somnis Cicero vidit eum aurea catena è cœlo in Capitolium demitti, flagelláque à Ioue accepisse: quúmque ignoraret quemnã eum vidisset, postridie in eum fortè fortuna in ipso Capitolio incidit, agnouítque, & iis qui aderant, quæ sibi apparuissent exposuit. Catulus autem, qui ipse

Octauius Apollinis filius creditus.

Nigidius Figulus.

Ciceronis somnium de Octauio.

Catuli insomnium de eodem.

A καταλειφθεὶς, ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ· αὐξηθεὶς δὲ, συνδιέτριβε τῷ Καίσαρι. ἄπαις τε γὰρ ἐκεῖνος ὢν, καὶ μεγάλας ἐπ' αὐτῷ ἐλπίδας ἔχων, ἠγάπα τε καὶ περιέσπεν αὐτὸν, ὡς καὶ τοῦ ὀνόματος, καὶ τῆς οὐσίας, τῆς τε μοναρχίας διάδοχον καταλείψων· ἄλλως τε καὶ ὅτι ἡ Ἀττία δεινῶς ἰσχυρίζετο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτὸν κεκυηκέναι· ὅτι καταδαρθεῖσά ποτε ἐν ναῷ αὐτοῦ, δράκοντί τινι μίγνυσθαι
B ἐνόμισε, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ ἔτεκε. πρίν τε ἢ εἰς φῶς ἐξιέναι, ἔδοξεν ὄναρ τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι· καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκταούϊος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐνόμισεν. ἄρτι τε ὁ παῖς ἐγεγέννητο, καὶ Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο. ἄριστα γὰρ καθ' ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν, καὶ τὰς
C τῶν ἀστέρων διαφορὰς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν, ὥς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἔσχεν. οὗτος οὖν τότε τὸν Ὀκταούϊον βραδύτερον ἐς τὸ συνέδριον, διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα ἀνήρετο διὰ τί ἐβράδυνε· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἀνεβόησεν ὅτι, Δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας.
D καὶ αὐτὸν ἐκταραχθέντα ἐπὶ τούτῳ, καὶ διαφθεῖραι τὸ παιδίον ἐθελήσαντα, ἐπέσχεν, εἰπὼν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τοιοῦτόν τι αὐτὸ παθεῖν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐλέχθη. τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ, ἀετὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρ- 179
πάσας ἄρτον, ἐμετεωρίσθη, καὶ μετὰ τοῦτο καταπτάμενος, ἀπέδωκεν αὐτόν. παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ ποιουμένου, ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων ὄναρ ἁλύσεσί τε αὐτὸν χρυσαῖς ἐς τὸ Καπιτώ-
E λιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιμῆσθαι, καὶ μάστιγας παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι· καὶ (οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅστις ἦν) περιέτυχέ τε αὐτῷ τῆς ὑστεραίας ἐν αὐτῷ τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, διηγήσατο τοῖς παροῦσι τὴν ὄψιν. ὅ,τε Κάτουλος, οὐδ' αὐτός που ἑωρακὼς

τὸν Ὀκταούιον, ἐνόμισε τοὺς παῖδας ἐν τοῖς ὕπνοις τοὺς εὐγενεῖς πάντας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πρόσοδον πρὸς τὸν Δία πεποιῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης ἐς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀνῆλθεν ἐς τὸ Καπιτώλιον προσευξόμενος τῷ θεῷ· καὶ ἐκεῖ τὸν Ὀκταούιον εὑρὼν ἄλλως ἀναβεβηκότα, τό, τε εἶδος αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐνύπνιον προσήρμοσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως ἐβεβαιώσατο. μειρακιωθέντος δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντος, τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν ἐνδυομένου, ὁ χιτὼν περιερράγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατερρύη. τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τεκμήριον τινὰ ὡς καὶ ἀγαθόν τι προσημαῖνον ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συνεβεβήκει· ἐπελθὸν δὲ τῷ Ὀκταουίῳ εἰπεν ὅτι, Τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου σχήσω· ἔκβασιν πρὸς τὸ λεχθὲν ἔλαβεν. ἐκ δ' οὖν τούτων ὁ Καῖσαρ μεγάλα ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσας, ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἤσκει, καὶ πάνθ' ὅσα προσῆκει τῷ μέλλοντι καλῶς καὶ κατ' ἀξίαν τηλικοῦτον κράτος διοικήσειν, ὑπάρχειν, ἀκριβῶς ἐξεπαίδευσε. λόγοις τε γὰρ ῥητορικοῖς οὐχ ὅτι τῇ τῶν Λατίνων, ἀλλὰ καὶ τῇδε τῇ γλώττῃ ἠσκεῖτο. καὶ ἐν ταῖς στρατείαις ἐρρωμένως ἐξεπονεῖτο, τά τε πολιτικὰ καὶ τὰ ἀρχικὰ ἰσχυρῶς ἐδιδάσκετο.

Οὗτος οὖν ὁ Ὀκταούιος ἔτυχε μὲν τότε ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐσφάγη, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἐπὶ πρὸς τῷ Ἰονίῳ ὢν κόλπῳ, ἐπὶ παιδείᾳ· (κατὰ γὰρ τὴν στρατείαν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοὺς Πάρθους ἐκεῖσε προεπεπέμπετο) πυθόμενος δὲ τὸ συμβεβηκός, ἤλγησε μὲν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν· οὐ μέντοι καὶ νεωτερίσαι τι εὐθὺς ἐτόλμησεν. οὔτε γὰρ ὅτι υἱός, οὔθ' ὅτι κληρονόμος κατελέλειπτο ἠκηκόει. καὶ προσέτι καὶ ὁ δῆμος ὁμονοῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι ἠγγέλλετο τὴν πρώτην. περαιωθεὶς δὲ ἐς τὸ Βρεντήσιον, καὶ τάς τε διαθήκας ἅμα καὶ τὴν γνώμην τοῦ δήμου τὴν δευτέραν μαθὼν, οὐκ ἔτ' ἀναβολὰς ἐποιήσατο· καὶ μάλισθ' ὅτι

A quoque Octauium nunquam viderat, per quietem putauit omnes nobiles pueros ad Iouem in Capitolio accedere, cúmque imaginem Romæ in Octauii sinum iniecisse. Eo insomnio territus, in Capitoliũ adorãdi Iouis causa ascẽdit: quumque ibi Octauium, qui ipse quoque fortè eódem se contulerat, offendisset, formam eius cum ea quæ in somnis oblata sibi fuerat, contulit, veritatémque insomnii apud sese cõfirmauit. Postquam Octauius ætate B adultior factus, virilem togam assumpsit, toga ea vtrinque ab humeris rupta ad pedes ei decidit. id per se non in præsagium bonæ alicuius rei tractum est, sed dolorem præsentibus attulit, quòd in assumptione vestis virilis accidisset: sed Octauius, Dignitatem, inquit, senatoriã omnem sub meis pedibus habebo: ídque ab eo tum temere, vt in buccam venerat, prolatum, euentus comprobauit. Hæc Cæsarem in ma-C gnam de Octauio spem adduxerãt, ideóque eum ad patricios reduxerat, ádque gerendum magistratum erudiebat: in omnibúsque iis quæ in eo requiruntur qui tanto imperio rectè, ac vt dignum est, præesse debet, accuratè instituebat. Oratoria etiam arte, non in Latina tantùm sed Græca quoque lingua, instruebatur, in militiæ laboribus magnopere exercebatur: omnes reipublicæ gerendæ, magistratuúmque administrandorum artes discebat.

Institutio Octauii.

D Proinde is Octauius, quo tempore Cæsar occisus fuit, Apolloniæ (quæ vrbs est ad Ionium mare) disciplinæ capiendæ ergô morabatur: missus eò à Cæsare, Parthicam expeditionem parãte. Cæsaris morte audita, quanquam, vt par erat, ægrè eam ferret, tamen noui quicquã conari non audebat: cùm quòd nondum audierat se filium hæredémque ab eo institutum fuisse, tũ quòd initio populi consensu ea cædes approbata nuntiaretur. Quum verò Brundusium transmisisset, ibíque de testamẽto Cæsaris, posterioréque populi sentẽtia, certior factus E esset, omni mora præcisa, ídque eo magis quòd secum magnam vim

Octauius quẽadmodum hæreditatem suã adierit.

pecuniæ militúmque, à Cæsare præmissam, habebat, statim nomē Cæsaris assumpsit, hæreditatémque iniit, & ad negotium exequendum se contulit. Videbatur eo tempore temerariè nonnullis nimísque audacter agere: sed pòst, quia fortuna prospera vsus, rē præclarè gesserat, fortitudinis titulum inuenit. Iam enim vsu receptum est, vt qui rem aliquam non rectè aggressi, tamen feliciter perficiunt, optimo consilio vsi existimentur: alii contrà stultitiæ culpentur, quum re optimè deliberata, voti compotes facti non sunt. Quemadmodum Octauius quoque rem periculosissimam conatus est: quòd quum iā primùm ex pueris excessisset, annum agens decimumoctauum, quúmque videret successionem in hęreditatem ac genus, plenam inuidiæ criminúmque esse, tamen ea ausus fuit suscipere quæ Cæsari inultæ cædis causam attulissent: ídque, neque percussores eius, neque Lepidum, neque Antonium metuens: iudicatus tamē est, non mala cōsilia secutus fuisse, postquam rem feliciter confecit. Cæterùm diuinitus quoque haud obscurè significatum est qui tumultus eā rem essent comitaturi. Ingrediente enim Romam Octauio, iris ingēs, eáque varia, solem ambiuit. Proinde Cæsar, qui antè Octauius, pòst Augustus dictus fuit, sic rem aggressus est: ita verò confecit, vt viros omnes audacia, senes omnes prudentia superasse videatur. Primùm in vrbem, tanquam solius hęreditatis adeundæ causa, priuatorum habitu, cum paucis, absque omni apparatu, intrauit, neque aut minatus est vlli, aut se ea quæ acta essent moleste ferre, pœnásve exacturum ostendit: deinde tantum à repetendis ab Antonio, quas ille interceperat, pecuniis abfuit, vt eum demereri contrà, quanquam contumeliis ab eo iniuriísque affectus, instituerit. Antonius enim, præterquā quòd re verbísque Octauium aliâs lædere solebat, promulgationem legis curiatæ, (secundum quam eū in familiam Cæsaris adoptari oportebat) quanquam se eam ferre simulabat, per tribunosplebis quosdam extraxit: vt Octauius, quum nondū

Consilia ferè euentu ponderantur.

Iris circum solem.

Cæsaris Octauij moderatio in petēda hęreditate.

Antonii in Cæsarem iniurię.

A καὶ χρήματα πολλὰ καὶ στρατιώτας συχνοὺς
συμπροπεμφθέντας εἶχεν, ἀλλὰ τό, τε ὄνο-
μα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ
τοῦ κλήρου αὐτὸν διεδέξατο, τῶν τε πραγμά-
των εἴχετο. καὶ τότε μὲν προπετῶς τε τισὶ
τοῦτο καὶ τολμηρῶς πεποιηκέναι ἔδοξεν· ὕστε-
ρον δὲ ἔκ τε τῆς εὐτυχίας καὶ ἐξ ὧν ἐπικα-
τώρθωσε, καὶ ἀνδρείας ὄνομα προσεκτήσα-
το. πολλὰ γὰρ ἤδη τινὲς οὐκ ὀρθῶς ἐπιχειρή-
σαντες, δόξαν, ὅτι ἐπιτυχεῖς αὐτῶν ἐγένοντο,
B εὐβουλίας ἔσχον· καὶ ἕτεροι ἄριστα τινὰ προε-
λόμενοι, μωρίαν, ὅτι μὴ κατέτυχον αὐτῶν,
ὦφλον. καὶ ἐκεῖνος σφαλερῶς μὲν καὶ ἐπι-
κινδύνως ἐποίησεν, ὅτι τήν τε ἡλικίαν τὴν ἄρτι
ἐκ παίδων ἄγων (ὀκτωκαιδεκέτης γὰρ ἦν)
καὶ τὴν διαδοχὴν καὶ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ γέ-
νους καὶ ἐπίφθονον καὶ ἐπαίτιον ὁρῶν οὖσαν,
ἔπειτ' ἐπὶ τὰ τοιαῦτα ὥρμησεν, ἐφ' οἷς ὅ, τε
Καῖσαρ ἐπεφόνευτο, καὶ τιμωρία οὐδεμία αὐτοῦ
ἐγίγνετο· καὶ οὔτε τοὺς σφαγέας, οὔτε τὸν Λέ-
C πιδον, τόν τε Ἀντώνιον, ἔδεισεν· οὐ μέντοι καὶ κα-
κῶς βουλεύσασθαι ἔδοξεν, ὅτι καὶ κατώρθω- 180
σε. τὸ μέντοι δαιμόνιον πᾶσαν οὐκ ἀσαφῶς
τὴν αὐτόθεν μέλλουσαν σφίσι ταραχὴν ἔ-
σεσθαι προεσήμηνεν. ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην
ἐσιόντος αὐτοῦ, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ
ποικίλη περιέσχεν. οὕτω μὲν ὁ πρότερον Ὀ-
κτάουιος, τότε δὲ ἤδη Καῖσαρ, μετὰ δὲ τοῦτο Αὔ-
γουστος ἐπικληθεὶς, ἥψατο τῶν πραγμάτων·
καὶ αὐτὰ καὶ κατέπραξε καὶ κατειργάσα-
D το, παντὸς μὲν ἀνδρὸς νεανικώτερον, παντὸς
δὲ πρεσβυτέρου φρονιμώτερον. πρῶτον μὲν
γὰρ, ὡς καὶ ἐπὶ μόνῃ τῇ τοῦ κλήρου διαδοχῇ,
καὶ ἰδιωτικῶς καὶ μετ' ὀλίγων ἄνευ ὄγκου τινὸς
ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθεν· ἔπειτ' οὐδ' ἠπείλει
οὐδενὶ οὐδὲν, οὔτε ἐνεδείκνυτο ὅτι ἄχθοιτό τε
τοῖς γεγονόσι, καὶ τιμωρίαν αὐτῶν ποιήσοιτο. τόν
τε Ἀντώνιον οὐχ ὅσον οὐκ ἀπῄτει τι τῶν χρη-
μάτων ὧν προηρπάκει, ἀλλὰ καὶ ἐθεράπευε,
E καίτοι καὶ προπηλακιζόμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ
ἀδικούμενος. τά τε γὰρ ἄλλα ἐκεῖνος καὶ λό-
γῳ καὶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκάκου, καὶ τὸν νόμον τὸν
φρατριατικὸν ἐσφερόμενον, καθ' ὃν τὴν ἐσ-
ποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος γένος γενέσθαι ἔδει,
αὐτὸς μὲν ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ
δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο· ὅπως, ὡς μη-

δέ που παῖς αὐτοῦ ἐκ τῶν νόμων ὤν, μήτε τι τῆς οὐσίας πολυπραγμονοίη, καὶ πρὸς τἆλλα ἀσθενέστερος εἴη. ἐπ' οὖν τούτοις ὁ Καῖσαρ ἠγάλε μὲν, οὐ μέντοι καὶ ἀσφαλῶς παρρησιάσασθαί τι δυνάμενος, ἀνείχετο· μέχρις οὗ τὸ πλῆθος, ὑφ' οὗ τὸν πατέρα αὐξηθέντα ἠπίστατο, προσεποιήσατο. ὀργήν τε γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ἐκείνου θανάτῳ ἔχοντας εἰδὼς, καὶ ἑαυτὸν ὡς καὶ παῖδα αὐτοῦ σπουδάσειν ἐλπίσας, τόν τε Ἀντώνιον, διά τε τὴν ἱππαρχίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν σφαγέων οὐ τιμωρίαν, μισοῦντας αἰσθόμενος, ἐπεχείρησε μὲν δημαρχῆσαι, πρός τε τὴν τῆς δημαγωγίας ἀφορμὴν, καὶ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς ἐξ αὐτῆς δυναστείας· καὶ διὰ τοῦτο τῆς τοῦ Κίννου χώρας κενῆς οὔσης ἀντεποιήσατο· κωλυθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον, οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλὰ Τιβέριον Καννούτιον δημαρχοῦντα ἀναπείσας, ἔς τε τὸν ὅμιλον ὑπ' αὐτοῦ ἐσήχθη, πρόφασιν τὴν δωρεὰν τὴν καταλειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ποιησάμενος· καὶ δημηγορήσας ὅσα ἥρμοζε, ταύτην τε εὐθὺς ἐκτίσειν σφίσιν ὑπέσχετο, καὶ ἄλλα αὐτοὺς πολλὰ προσεπήλπισε· καὶ μετὰ τοῦτο τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀφροδισίου ἐκποιήσει καταδειχθεῖσαν, ἣν ὑποδεξάμενοί τινες ζῶντος ἔτι τοῦ Καίσαρος ἐπιτελέσειν, ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ που καὶ τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο, αὐτὸς, ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, ὡς καὶ προσήκουσάν οἱ διὰ τὸ γένος, τοῖς οἰκείοις τέλεσι διέθηκε. καὶ τότε μὲν οὔτε τὸν δίφρον τὸν τοῦ Καίσαρος τὸν ἐπίχρυσον, οὔτε τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, ἐς τὸ θέατρον ἐσήγαγεν, ὥσπερ ἐψήφιστο, φοβηθεὶς τὸν Ἀντώνιον. ἐπεὶ μέντοι ἄστρον τι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐκ τῆς ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν ἀνεφάνη, καὶ αὐτὸ κομήτην τέ τινων καλούντων, καὶ προσημαίνειν οἷά που εἴωθε λεγόντων, οἱ πολλοὶ τοῦτο μὲν ἐπίστευον· τῷ δὲ δὴ Καίσαρι αὐτὸ, ὡς καὶ ἀπαθανατισμένῳ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκατειλεγμένῳ, ἀνετίθεσαν· θαρσήσας, χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ἔστησεν. ἐπειδή τε οὔτε τοῦτό τις, φόβῳ τοῦ ὁμίλου, ἐκώλυσεν, οὕτω δὴ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἐς τὴν τοῦ

A secundum leges filius Cæsaris esset, neque de facultatibus eius inquirẽdi potestatem haberet, & in reliquis quoque rebus infirmior esset. Quæ etsi erant Cæsari molesta, tamen quòd tutò sibi liberè agere non licebat, tantisper tolerauit dum multitudinem, cuius opera patrem suũ eò incrementi peruenisse nouerat, sibi conciliaret. Eam quum iratam propter huius cædem animaduerteret, sibíque, vt eius filio, cupituram speraret, esséque eam Antonio, pro- B pterea quòd magister equitum fuisset, quódque in percussores Iulii Cæsaris non vindicasset, infensam cerneret, tribunatum plebis affectauit, vt & populum demulcendi, & tribunitia potestate vtendi facultatem haberet. Itaque Cinnæ in locũ, cui successum nondum erat, vt substitueretur contendit: quúmque id ne fieret, Antonius effecisset, ne sic quidem quieuit, quin Tiberio Cannutio tribunoplebis persuaderet, vt C se ad populum produceret, eius muneris nomine quod populo Cæsar legauerat. Itaque Octauius, ad populum habita oratione, quæ instituto suo negotio cõueniret, numeraturum se statim eam quam Cæsar iussisset pecuniam, pollicitus est, iniecta etiam multorum aliorum donorum spe. Deinde ludos institutos ob perfectionem fani Veneris, quos viuo adhuc Cæsare quidam sese celebraturos receperãt, sed tum, sicut & equestre certamen Parilibus, ne- D gligebant, ipse suis sumptibus, tanquã ad se ratione generis pertinens, ad captãdam populi gratiam, fecit. Sellam tamen Cæsaris auream, coronámque gemmis ornatã, in theatris (quamuis ita fuerat cõstitutum) Antonii metu nõ intulit. Cæterùm stella quædam quotidie inter septentrionem & occasum apparuit: eámque cometen vocãtes nonnulli, ea portendere dicebant quæ aliâs huiusmodi signum sequi consueuissent. creditum quidem hoc à ple- E be est, sed tamen Cæsari eam, immortalitatem nimirum iã adepto, inque siderum numerum allecto, sacram esse dixerunt. Ea re Cæsar animo confirmato, statuam patris æream, cũ stella supra caput, in Veneris templo posuit. Quũ id metu plebis nemo prohiberet, reliqua etiã quæ iã antè in

Cesar tribunatum plebis affectat.

Tib. Cannutius tribunusplebis.

Ludi ob perfectam Veneris ędem acti.

Cometes.

honorem Cæsaris decreta fuerant, facta sunt. quippe & mensis Iulius nominatus, & propter victorias eius feriæ institutæ, sacrificatúmque est. Has ob causas milites etiam promptè Cæsari sese adiunxerunt: præsertim nonnullis pecunia conciliatis. iámque murmura suboriebantur, videbantúrque nouæ res impendere. Quam opinionem vel maximè cõfirmabat, quòd Cæsarem in prætorio conantem de sublimi conspicuóque loco, vt patre superstite cõsueuerat, verba facere, Antonius prohibuerat, detractúmque per lictores exturbarat. id magnam apud omnes indignationem mouebat, ac præcipuè, quia exinde Cæsar foro se omnino abstinebat, vt Antonii inuidiam augeret, animósque multitudinis ad se pertraheret. Quapropter metu perfusus Antonius, iis qui sibi aderant, dixit, se neque iratũ Cæsari esse, & beneuolentiam ei se debere fateri: paratúmque esse ad omnem simultatem abolendã. Quæ quum Cæsari essent annuntiata, cõgressus est cum Antonio, visique sunt in gratiam mutuò rediisse. Vterque enim, etsi satis certus suæ sententiæ erat, tamen tunc eam exponere intempestiuum existimabat. itaque alter alteri nonnihil concedebant. Quum aliquot deinde dies quieuissent, pòst nouæ suspiciones insinuauerunt, inimicitiásque instaurauerunt: siue illæ metu verarũ insidiarum, siue falsis ex calumniis (vti fieri in huiusmodi rebus assolet) obortæ. Qui enim post vehementes inimicitias in gratiam redeunt, multa leuiuscula ac temerè accidentia in suspicionem rapiunt, atque in vniuersum omnia tãquam consultò & malam in partem facta, ad conceptum antè odium apponunt. Hãc ad rem illi qui inter hos obuersantur, haud parum conferũt, qui beneuolentiæ prætextu, subinde aliquid annuntiantes, animos, iã antè irritatos, magis exasperãt. Plurimi enim sunt qui potentiorũ inimicitiis gaudeãt, quorũ animi quũ sint etiã antè simultatibus inuicem correpti, facilè eorũ in hoc ipsũ paratis sermonibus decipiũtur: qui odio ipsorũ delectati, insidias ipsis sub amicitiæ, nulli⁹ doli suspectæ, specie struũt. Quo sanè modo Cæsar quoq; & Antonius,

Antonii & Cęsaris offensę, ac reditus in gratiam.

Eorum qui in gratiam redierunt, mutuę suspiciones.

A Καίσαρος τιμὴν προδεδογμένων ἐγένετο. τόν τε γὰρ μῆνα τὸν Ἰούλιον ὁμοίως ἐκάλεσαν, καὶ ἱερομηνίαις τισὶν ἐπινικίοις ἰδίαν ἡμέραν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐβουθύτησαν. καὶ διὰ ταῦτα καὶ οἱ στρατιῶται ἑτοίμως, ἄλλως τε καὶ χρήμασι δελεασθέντων τινῶν, συνίσταντο πρὸς τὸν Καίσαρα. θροῦς τε οὖν ἐγίγνετο, καὶ ἐδόκει τι νέον ἔσεσθαι· καὶ μάλιστα ὅτι ὁ Ἀντώνιος αὐτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ 181
duósque coruos aduolātes, alásque sibi conuellere conatos, occiderat, victoriam de vtroque eorum addicebat. Hi itaque eo modo, primò Cæsar, deinde reliqui duo, Romam seorsim vnusquisque cum suis omnibus militibus ingressi, statim quæ constituerāt legibus opera tribunorum sanxerunt. nam quæ dolo ac vi sibi consequebantur, ea & legis nomen ferebant, & consolationi erāt Romanis, quum essent summis precibus ad ea singula admittenda triumuiri adigendi. Itaque & sacrificia eorum nomine, tanquā felici rerum conditione oblata, decreta sunt: & vestis ea quæ lætis rebus gestari consueuit, resumpta, quanuis multum terroris cùm ex ipsis quæ tum agebantur rebus, tum verò à prodigiis etiam impenderet. Signa enim eius qui vrbem custodiebat exercitus, araneis sunt repleta: arma è terra cœlum versus adscendere visa, eorum multus sonitus auditus: in culmen ædis AEsculapii multæ apes confluxerant: vultures complures in templo Genii P. R. ac Concordiæ insederant. Quibus adhuc eodem in loco commorantibus, cædes illæ, quales olim Sylla, proscriptione vsus, fecerat, editæ sunt, ac tota vrbs cadaueribus impleta. Nam multi intra domos, multi in compitis, in foris, in locis sacris promiscuè necati sunt, eorúmque capita pro rostris tum quoque posita: trunci abiecti, & à canibus volucribúsque vorati, aut in fluuium proiecti sunt. omniáque exemplo Syllanæ calamitatis acta, nisi quòd duæ tabulæ peculiares, vna, senatorum, alia, reliquorum hominum, propositæ sunt. Quod qua de causa sit factum, neque ex alio discere, neque ipse excogitare potui. falsum enim fuerit si quis ex eo quòd numerus occisorum quàm sub Sylla minor fuit, coniicere velit, vnicam tātùm tabulam proscriptionis editam fuisse. longè enim plures, quippe à multis, inscripti sunt, quanquā numerus cæsorum priorē tamen non excessit, quòd nomina optimatium non promiscuè inter vulgares, sed

Triumuirorū Romam aduētus.

Prodigia.

Syllanæ & triumuiralis proscriptionis collatio.

A καὶ δύο κόρακας προσπεσόντας οἱ τίλλειν τε τῶν πτερῶν πειρωμένους ἀποκτείνας, τὴν νίκην κατ' ἀμφοτέρων αὐτῶν ἔδωκε. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐς τὴν Ῥώμην, πρότερος μὲν ὁ Καῖσαρ, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκεῖνοι, χωρὶς ἑκάτερος, μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἁπάντων ἦλθον. καὶ παραχρῆμα τὰ δόξαντα σφίσι διὰ τῶν δημάρχων ἐνομοθέτησαν. ἃ γὰρ ἔπραττον καὶ ἐβιάζοντο, τό, τε ὄνομα τὸ τοῦ νόμου ἐλάμβανε, καὶ προσέτι καὶ παράκλησιν αὖθις ἔφερε. πάνυ γὰρ ἱκετευθῆναι σφᾶς ἔδει, ἵνα αὐτὰ ποιήσω- B σι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ θυσίαι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς καὶ ἐπ' εὐτυχήμασί τισιν, ἐψηφίσθησαν. καὶ ἡ ἐσθὴς, ὡς καὶ εὐδαιμονούντων σφῶν, μετεβλήθη· καίπερ πολλοῦ μὲν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραττομένων, πολλῷ δὲ ἔτι πλείονος ἐκ τεράτων δέους αὐτοῖς ὄντος. τά τε γὰρ σημεῖα τοῦ στρατεύματος τοῦ τὴν πόλιν φυλάττοντος, ἀραχνίων ἀνεπλήσθη, καὶ ὅπλα ἐκ τῆς γῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνιόντα ὤφθη, κτύπος τε ἀπ' C αὐτῶν πολὺς ἠκούσθη· καὶ ἐν τοῖς Ἀσκληπιείοις μέλισσαι ἐς τὴν ἄκραν πολλαὶ συνεστράφησαν. γῦπές τε ἐπί τε τοῦ νεὼ τοῦ Γενίου τοῦ δήμου, καὶ ἐπὶ τῆς Ὁμονοίας παμπληθεῖς ἱδρύθησαν. καὶ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἔτι, ὡς εἰπεῖν, ὄντων, αἵ τε σφαγαὶ ἐκεῖναι, αἷς ποτε ὁ Σύλλας ἐκ τῶν προγραφῶν ἐκέχρητο, ἐποιήθησαν, καὶ ἡ πόλις ἅπασα νεκρῶν ἐπληρώθη. πολλοὶ μὲν γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις, πολλοὶ δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἔν τε ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρὸς τοῖς ἱεροῖς σπο- D ράδην ἀπεκτίννυντο. καὶ αἵ τε κεφαλαὶ αὐτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα αὖθις ἀνετίθεντο, καὶ τὰ λοιπὰ σώματα, τὰ μὲν αὐτοῦ τε ἐρριπτεῖτο, καὶ ὑπὸ κυνῶν ὀρνίθων τε ἠσθίετο, τὰ δὲ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. τά τε ἄλλα ὅσα ἐπὶ τοῦ Σύλλου πρότερον ἐπεπράκτο, καὶ τότε συνεφέρετο· πλὴν ὅτι δύο μόνα λευκώματα, χωρὶς μὲν, τῶν βουλευτῶν, χωρὶς δὲ, τῶν ἄλλων, ἐξετέθη. καὶ τὸ μὲν αἴτιον δι' ὃ τοῦτ' ἐγένετο, οὔτε παρ' ἑτέρου τινὸς μαθεῖν, οὔτ' αὐ- E τὸς εὑρεῖν ἠδυνήθην. ὃ γάρ τοι μόνον αἴ τις, τό γε ἐλάττους θανατωθῆναι, ἐνενόησεν, ἥκιστα ἀληθές ἐστι. πολλῷ γὰρ πλείους, ἅτε καὶ ὑπὸ πλειόνων, ἐσεγράφησαν. τοῦτο δὲ οὐ παρὰ τὰς σφαγὰς τὰς ἐν τῷ πρὶν γενομένας παρήλλαξεν, ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἀναμὶξ τὰ ὀνόματα τῶν πρώτων τοῖς πολλοῖς ἀλλὰ χω- 219

εἰς ἐξέτασιν, λήθην που πολλὴν τοῖς τε ἐκ τοῦ ὁμοίου σφαγησομένοις ἔφερεν· ἀντ᾽ ἐκείνου δὲ δὴ ἕτερα καὶ πάνυ δυσχερῆ, καίπερ μηδεμίαν τῶν προτέρων ὑπερβολὴν (ὥς γε καὶ ἐδόκει) λιπόντων, οὐκ ὀλίγα αὖθις συνηνέχθη. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Σύλλου οἵ τε τὶ δρῶντες, τάς τε τόλμας, πρόσχημά τι καὶ πρότερον τοῦ τοιούτου πειρώμενοι, καὶ οὐκ ἐκ προβουλῆς, ἐποιοῦντο, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ἧττον τὰ πλείω κακοήθως, οἷα οὐκ ἐκ προνοίας, ἀλλ᾽ ἐκ συντυχίας, ἔπραττον· καὶ οἱ πάσχοντες, ἐξαπιναίαις τε καὶ ἀνηκούστοις συμφοραῖς περιπίπτοντες, ῥᾳστώνην τινὰ ἐκ τοῦ ἀνελπίστου τῶν παθῶν ἐλάμβανον. τότε δὲ πάντα μὲν τὰ προτετολμημένα, οἱ μὲν, αὐτοὶ χειρουργήσαντες, οἱ δὲ, ἰδόντες, οἱ δ᾽ ἀκοῇ γοῦν ὑπογύῳ ἀκριβοῦντες, πολλὰ γοῦν ἐν τῷ διὰ μέσου, τῇ προσδοκίᾳ τῶν ὁμοίων, οἱ μὲν, ὡς δράσοντες προσεπινοήσαντες, οἱ δ᾽ ὡς πείσονται προσδείσαντες· ἐκ ξενοί τε πλείστην ἀτοπίαν τῇ τε ζηλώσει τῶν προτέρων ἔργων, καὶ τῇ ἀπ᾽ αὐτῶν, ἐς τὸ καινῶσαί πως τὰ ἐπιβουλεύματα ἐξ ἐπιτεχνήσεως, παρεῖχον, καὶ οἱ ἕτεροι πάνθ᾽ ὅσα παθεῖν ἐδύναντο λογιζόμενοι, πολὺ ταῖς ψυχαῖς καὶ πρὸ τῶν σωμάτων, ὡς καὶ ἐν αὐτοῖς ἤδη ὄντες, διεκναίοντο. κἀν τούτῳ χαλεπωτέρως ἢ πρὶν ἀπήλλασσον, καὶ διότι τότε μὲν μόνοι οἱ τοῦ Σύλλου, τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς, ἐκείνου γε κελεύσαντος, ἐφθάρη· ὥστε ἔξω τῶν πάνυ πλουσίων,
220 (τούτοις γὰρ οὐκ ἔστιν ὅτε εἰρήνη πρὸς τὸν ἰσχυρότερον ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεται) οἵ γε λοιποὶ ἐθάρσουν· ἐν δὲ δὴ ταῖς δευτέραις ταύταις σφαγαῖς, οὐχ ὅπως οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, ἢ καὶ οἱ πλούσιοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ φίλοι καὶ παρὰ δόξαν ἐκτείνοντο. ἄλλως μὲν γὰρ ἤ τις ἢ οὐδεὶς ἐς ἔχθραν ἀπ᾽ ἰδίας τινὸς αἰτίας τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις, ὡς καὶ σφαγῆναι πρὸς αὐτῶν, ἐληλύθει· τὰ δὲ δὴ κοινὰ πράγματα καὶ αἱ τῶν δυναστειῶν διαλλαγαὶ καὶ τὰς φιλίας τάς τε ἔχθρας τὰς σφοδρὰς αὐτοῖς ἐπεποιήκεσαν. πάντας γὰρ τοὺς τῷ πέλας συναιρομένους τε τὶ καὶ συμπράξαντας, ἐν πολεμίου μοίρᾳ οἱ ἕτεροι ἐτίθεντο· καὶ οὕτω συνέβαινε τὸν αὐτὸν καὶ φίλοις τινὶ αὐτῶν καὶ ἐχθροῖς πάντως γεγονέναι·

A seorsim relata, multum erroris circa eos qui ob similitudinem nominis occidendi fuissent, attulerat: verùm in locum multitudinis peremptorum, alia non pauca acerbissima tum successerunt mala: quantumuis Syllana tanta fuisse viderentur, vt addi posset nihil. Verùm qui sub Sylla eas cædes peragebant, excusare se aliquo modo prætextu audaciæ quam in nouo ac non antè aut perpetrato aut præmeditato facinore adhibebant, poterant: ac pleraB que minus malitiosè ab his fiebant, nimirum non tam consultò quàm fortuitò agentibus: qui verò interficiebantur, ii repentinis ac inauditis miseriis obruti, tolerabiliorem aliquomodo calamitatem eam habebant, quòd ex insperato incidisset. Hoc autem tempore, quum Syllanæ tempestatis facinora alii ipsi peregissent, alii vidissent, alii recens audita memoria repeterent, ac expectatione similium rerum eo quod C intercesserat tempore alii quæ additurи essent prioribus illis excogitassent, alii nouorum malorũ in metum deuenissent: illi quidem æmulatione superioris ætatis facinorum, studióque eadem nouitate quadam superandi, plurima fœda opera exercebãt: hi autem quum reputassent omnia quæ sibi euenire possent, maximos animo dolores, illæsis etiamnum corporibus, tãquam iam in iis malis constituti, percipiebant. Iam id quoque præsentia mala auD gebat, quòd sub Sylla nemo, nisi eo iubente, cædebatur: solis iis exceptis qui maximas diuitias possidebant, (iis enim in huiusmodi casu nihil contra vim potentiorum tuti est) tum verò non inimici modò aut diuites, sed etiam amicissimi præter opinionem peribant. Quippe & si perpauci priuatis de causis triumuiris inuisi erant, vt iis ea res necem afferret, tamen publicæ res, E & dominationum permutationes in causa vehementibus istis cùm amicitiis tum odiis erant. quicunque enim vnum ex his vel studio vel facto suo adiuuisset, statim inimici loco reliquis habebatur. ita idem homo alicui ipsorum amicus erat, & inimicus omnium: Amici etiam triumuirorum quare proscripti sint.

ii. ii.

effectúmque vt dum quis suos inimicos vlcisceretur, iuxtà illis quoque summos suos amicos pessundaret. Etenim quum propter ea quæ ipsi contra se inuicem egerant, cùm eorum qui suis rebus fauissent, tum qui repugnassent, vnusquisque rationem aliquam haberet, nullus tamen ipsorum aut pœnas de inimico suo, qui alii amicitia erat iúctus, sumere poterat, nisi de alio contrà ei concessisset. sed id facilè fiebat, quum ira præteritorum, ac suspicio futurorum, efficeret vt præ vlciscẽdi cupiditate salus sociorum prorsus negligeretur. Itaque inter se amicissimos suos pro iis quorum odio flagrabant, & summos inimicos pro sociis coniunctissimis, modò æquali numero, modò plures pro vno, vicissimque permutauerunt: vendentes, auctionantésque tanquam sub hasta positos. sicubi vnus alii pretio par esse existimaretur, simplex fiebat permutatio: qui verò ob virtutem aliquam, aut dignitatem, aut propinquitatem, maioris pretii censebantur, eorum interitus plurium nece compensabatur. Id enim quoque, nimirum in bellis ciuilibus quæ longo tempore per varias actiones se extendissent, euenerat, vt complures etiam inter genere proximos inuicem offensæ in factionibus incidissent. Sic Antonii L. Cæsar, auunculus eius, Lepidi frater L. Paulus hostis fuerat. Verùm hi quidem incolumes euaserunt: reliquorum multi ab amicis suis ac necessariis necati sunt, à quibus vel maximè seruari eos oportuerat * de præmiis metuens, quòd M. Cato quæstor quum esset, à nonnullis qui Syllæ cædes executi fuerant, omnia bona eorum repetiisset. * cur eum occiderent prædixerunt, se nullum eorum in publicas tabulas inscripsisse. Propterea cùm in aliis necandis fuerunt promptiores, tum verò in locupletibus, etsi nequaquam eos odissent. Quia enim multæ ipsis admodum pecuniæ opus erant, neque aliter militum desideria explere valebant, communiter omnibus diuitibus inimicitiam indixerunt. Ea ratione inter multa alia, contra legum præscripta, acta, puerum etiam quendam togam sumere virilem iusserunt,

L. Cæsar.

Lucius Paulus Lepidus.

A ὥστε ἐν ᾧ ἰδίᾳ ἕκαστος τοὺς ἐπιβουλεύσαντάς οἱ ἠμύνετο, καὶ τοὺς φιλτάτους κοινῇ συναπώλλυσαν. ἐκ γὰρ τῶν πρὸς ἀλλήλους πραγμάτων τό, τε οἰκειωθὲν σφίσι καὶ τὸ ἀλλοτριωθὲν ἐν λόγῳ τινὶ τιθέμενοι, οὔτε τὸν ἑαυτοῦ τις ἐχθρὸν τιμωρήσασθαι, φίλον ἑτέρου ὄντα, ἐδύνατο, μὴ ἀντιδιδοὺς ἄλλον, καὶ ἐκ τῆς τῶν γεγονότων ὀργῆς, τῆς τε ἔπειτα ὑποψίας, περὶ οὐδὲν τὴν τοῦ ἑταιρικοῦ σωτηρίαν, πρὸς τὴν τοῦ διαφόρου τιμωρίαν, ποιούμενοι, ῥᾳ-
B δίως σφᾶς ἀντεδίδοσαν. κἀκ τούτου τούς τε φιλτάτους ἀντὶ τῶν ἐχθίστων ἀλλήλοις προέβαλλον, καὶ τοὺς πολεμιωτάτους ἀντὶ τῶν ἑταιροτάτων, τοῦτο μὲν, ἴσους πρὸς ἴσους, τοῦτο δὲ, ἀνθ' ἑνὸς πλείονας, ἢ καὶ ἀντὶ πλειόνων ἐλάττονας ἠλλάττοντο· τά τε ἄλλα ἐν ἀγορᾶς τρόπῳ ποιούμενοι, καὶ ὑπερβάλλοντες, ὥσπερ ἐν πρατηρίῳ. εἰ μὲν εἷς τις ἑνός τινος ἀντάξιος, ὥστ' ἰσομοιρεῖν, εὑρίσκετο, ἁπλῆ ἡ ἀντίδοσις ἐγίγνετο· ὅσοις δὲ δὴ ἀρετή τις, ἢ ἀξίω-
C σις, ἢ καὶ συγγένειά τι ἐνετίμα, ἀντὶ πλειόνων ἀπώλλυντο. ἅτε γὰρ ἐν ἐμφυλίοις πολέμοις, καὶ πολλῷ μὲν χρόνῳ, πολλαῖς δὲ καὶ πράξεσι γενομέναις, συχνοὶ καὶ τοῖς πάνυ συγγενέσι κατὰ τὸ στασιωτικὸν προσεκεκρούκεσαν. ἀμέλει τῷ τε Ἀντωνίῳ καὶ ὁ θεῖος Λούκιος Ἀντώνιος Καῖσαρ, καὶ τῷ Λεπίδῳ ὁ ἀδελφὸς Λούκιος Παῦλος, ἐπεπολέμωντο· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐσώθησαν, τῶν δὲ δὴ ἄλλων πολλοὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς τε φίλοις καὶ τοῖς ἀναγκαίοις, ὑφ' ὧν περ καὶ τὰ μάλιστα σωθήσεσθαι καὶ τιμηθήσεσθαι
D * τῶν ἄθλων φοβηθεὶς ὅτι τοὺς ἐπὶ τοῦ Σύλλου φονεύσαντάς τινας ὁ Κάτων ὁ Μάρκος ταμιεύσας, ἀπήτησε πάνθ' ὅσα ἐπ' αὐτοῖς εἰλήφεσαν, * ἤ τόν τινα ἀποκτείνῃ, προσηγόρευσαν ὅτι οὐδένα αὐτῶν ἐς τὰ δημόσια γράμματα ἐσγράφουσι. τούς τε οὖν ἄλλους ἑτοιμότερον διὰ τοῦτ' ἔσφαζον, καὶ τοὺς εὐπόρους, εἰ καὶ μηδενὶ αὐτῶν ἀπήχθοντο. παμπόλλων τε γὰρ χρημάτων δεόμενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες ὁπόθεν ἄλλοθεν τὰς ἐπιθυμίας τῶν στρατιωτῶν ἀποπληρώσωσι, κοινήν τινα
E κατὰ τῶν πλουσίων ἔχθραν προέθεντο. καὶ ἄλλα τε διὰ τοῦτο πολλὰ παρενομήθη, καὶ παιδίσκον τινὰ ἐς ἐφήβους ἐσήγαγον,

ἵν' ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν ἀποθάνῃ. ταῦτα δὲ ἐπράττετο μὲν ὑπό τε τοῦ Λεπίδου καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου μάλιστα· (πρός τε γὰρ τοῦ Καίσαρος τοῦ προτέρου ἐπὶ μακρότατον τιμηθέντες, καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ταῖς τε ἡγεμονείαις ἐπὶ πλεῖστον γενόμενοι, πολλοὺς ἐχθροὺς εἶχον) ἐδόκει δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, κατὰ τὴν τῆς δυναστείας κοινωνίαν, γίγνεσθαι· ἐπεὶ αὐτός γε οὐδὲν τι συχνοὺς ἀποκτεῖναι ἐδεήθη. τῇ τε γὰρ φύσει οὐκ ὠμὸς ἦν, καὶ ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς ἤθεσιν ἐνετέθραπτο. πρὸς δ' ἔτι νέος τε ὤν, καὶ ἄρτι ἐς τὰ πράγματα παριών, οὔτ' ἄλλως ἂν ἀνάγκην πολλοὺς σφοδρῶς μισεῖν εἶχε, καὶ φιλεῖσθαι ἤθελε. σημεῖον δέ, ὅτι ἀφ' οὗ τῆς τε πρὸς ἐκείνους συναρχίας ἀπηλλάγη, καὶ τὸ κράτος μόνος ἔσχεν, οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ἔπραξε. καὶ τότε δὲ οὐχ ὅσον πολλοὺς οὐκ
221 ἔφθειρεν, ἀλλὰ καὶ ἔσωσε πλείστους· τοῖς τε προδοῦσι τοὺς δεσπότας ἢ τοὺς φίλους, χαλεπώτατα, καὶ τοῖς συναραμένοις τισίν, ἐπιεικέστατα ἐχρήσατο. τεκμήριον δέ· Τανουσία, γυνὴ ἐπιφανής, τὸν ἄνδρα Τίτον Οὐίνιον ἐπικηρυχθέντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐς κιβωτὸν παρ' ἀπελευθέρῳ τινὶ Φιλοποίμενι κατέκρυψεν, ὥστε καὶ πίστιν τοῦ τεθνηκέναι αὐτὸν παρασχεῖν· μετὰ δὲ τοῦτο δημοτελῆ ἑορτήν, ἣν συγγενής τις αὐτῆς ποιήσειν ἔμελλε, τηρήσασα, τόν τε Καίσαρα διὰ τῆς Ὀκταουίας τῆς ἀδελφῆς ἐς τὸ θέατρον μόνον τῶν τριῶν ἐσελθεῖν διεπράξατο· κἀνταῦθα ἐκπηδήσασα, τό, τε πραχθὲν ἀγνοοῦντί οἱ ἐμήνυσε, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτὴν ἐσκομίσασα, ἐκεῖθεν τὸν ἄνδρα ἐξήγαγεν. ὥστε τὸν Καίσαρα θαυμάσαντα, πάντας μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι (καὶ γὰρ τοῖς συγκρύψασί τινα θάνατος προείρητο) τὸν δὲ δὴ Φιλοποίμενα καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καταλέξαι. ἐκεῖνος μὲν οὖν πολλούς, ὅσους γε καὶ ἐδυνήθη, διεσώσατο· ὅ, τε Λέπιδος τῷ τε ἀδελφῷ τῷ Παύλῳ ἐς Μίλητον ἐκδρᾶναι ἐπέτρεψε, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους οὐκ ἀπαραίτητος ἦν. ὁ δὲ Ἀντώνιος ὠμῶς καὶ ἀνηλεῶς οὐχ ὅτι τοὺς ἐκτεθέντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπικουρῆσαί τινι αὐτῶν ἐπιχειρήσαντας ἔκτεινε. τάς τε κεφαλὰς σφῶν, εἰ καὶ σιτούμενος ἐτύγχανεν, ἐπεσκόπει, καὶ ἐπὶ

A vt, quasi vir iam esset, interfici ab ipsis posset. Hæc præcipuè agebantur ab Antonio & Lepido, qui diutissimè à superiori Cæsare in honore habiti, ac in multis magistratibus prouinciisque versati, inimicos habebant multos. Videbantur tamen pro communione dominationis etiam à Cæsare agi: qui ipse quidem sui causa multos occidendos non existimabat, homo natura nequaquam crudeli, ac patrios mores à puero edoctus, iuuenisque adhuc, ac B recens ad res gerendas progressus: neque opus habebat vt odisset multos, & amari ipse cupiebat. Id hinc constat etiam, quòd postquam eos collegas habere dominationis desiit, ac solus rerum summam obtinuit, nihil in posterum huiusmodi egit: quinimo eo ipso tempore non modò paucos interfecit, sed plurimos potius conseruauit: grauissimè in eos statuens qui dominos aut amicos prodidissent suos: summa autem C benignitate vtens in illos qui eosdem adiuuissent. Cuius exemplum euidens est quod adducam. Tanusia, mulier illustris, T. Vinium proscriptum, maritum suũ, primò in arca quadam apud Philopœmenem libertũ deposuit occultatum, ita vt fidem fecerit, cum mortem obiisse: pòst obseruato tẽpore quo ludi publici à quodam suo cognato erant faciendi, opera Octauiæ, sororis Cæsaris, effecit vt ex triumuiris solus Cæsar in theatrum iret. eò ipsa D insiliens, rem eam Cæsari inscio eius aperuit: arcam inferri iussit, virúmque extraxit: itaque Cæsar miraculo rem habens, omnibus iis veniam dedit (nam iis quoque qui occultassent aliquem proscriptum, mors proposita erat) Philopœmenem verò etiam inter equites retulit. Neque tantùm Cæsar quàm potuit multos conseruauit, sed Lepidus quoque fratri suo Paulo con- E cessit vt Miletum aufugeret, & de reliquis non inexorabilem sese præbuit. Sed Antonius crudeliter, ac citra omnem misericordiam, non proscriptos modò, sed eos quoque qui opem ferre alicui horũ ausi fuissent, trucidauit: eorúmque inter cibum capiẽdum etiã capita inspexit,

Puer, virili toga sumpta, occiditur.

Cæsaris in proscriptione moderatio & clementia.

T. Vinius à Tanusia coniuge sua seruatus.

Lepidi humanitas.

Antonij & Fuluiæ in proscriptos crudelitas.

ac se diutissime nefario isto ac miserrimo spectaculo exatiauit. Fuluia verò multos ipsa quoque morte affecit, inimicitia alios impulsa, alios propter pecunias, nonnullos etiam viro suo nunquam cognitos. Qui quum vnius aliquando eorum caput vidisset, Hunc quidem, inquit, ego non noueram. Quum tandem Ciceronis quoque allatum caput esset, (is enim in fuga deprehēsus ac iugulatus fuerat) Antonius multis in eum atrocibus cōuitiis inuectus, caput pro rostris poni iussit, magis cōspicuo quàm cætera loco: vt quo de loco contra ipsum concionans Cicero auditus fuisset, ibi caput eius cum dextra (nam hæc quoque amputata fuit) conspiceretur. Fuluia autem id caput arreptum, priusquā auferretur, insultánsque amarulentis verbis, & conspuens, genibus suis imposuit: oríque eius aperto, linguā extractam, acubus (quales secum comendi capitis causa mulieres ferūt) compunxit, additis crebris ac turpibus opprobriis. Ea tamen maritúsque eius salutem nonnullis dederunt, accepta maiori ab ipsis pecunia quàm quantam cæsis ipsis reperturos se sperauerant: in eorúmque locum, ne vacua nominum horum spatia essent, alios proscripserunt. Hoc vnicum ab Antonio est bene actum quòd auunculum suum, matre sua Iulia summis id precibus efflagitante, dimisit.

Ciceronis capiti ab Antonio & Fuluia insultatum, idque cum dextra pro rostris positum.

Quid vnicum ab Antonio bene actum.

Interim variis modis & iugulati sunt multi, & seruati multi ab amicis cæsi, multi ab inimicis erepti: multi seipsos occiderunt, multos percussores immissi, tanquam occisos, incolumes dimiserunt. qui prodidissent dominos aut amicos suos, alii supplicio, alii honoribus affecti: itémque qui salutis iisdem autores fuissent. videlicet quum non vnus aliquis, sed tres viri omnia, sua propria quilibet ex cupiditate, próque suo commodo agerent, ac nec amicos, nec inimicos hi eosdem haberent: ac sæpenumero eum saluum esse quem alii perire vellent, sæpe eum perdere, quem superstitem esse reliqui cupiebant: sicut variè illi vel bene, vel malè certis hominibus volebant, ita varios quoque casus eorum euenire necesse fuit.

A πλεῖστον τῆς τε ἀνοσιωτάτης καὶ τῆς οἰκτροτάτης αὐτῶν ὄψεως ἐνεπίμπλατο. καὶ ἥ τε Φουλουΐα πολλοὺς μὲν καὶ αὐτὴ καὶ κατ' ἔχθραν, καὶ διὰ χρήματα, καὶ ἔστιν οὓς οὐδὲ γινωσκομένους ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἐθανάτωσεν. ἑνὸς γοῦν τινὸς κεφαλὴν ἰδὼν, εἶπεν ὅτι, Τοῦτον οὐκ ἠπιστάμην. ὡς δ' οὖν καὶ ἡ τοῦ Κικέρωνος ποτὲ ἐκομίσθη σφίσι (φεύγων γὰρ καὶ καταληφθεὶς ἐσφάγη) ὁ μὲν Ἀντώνιος πολλὰ αὐτῷ καὶ δυσχερῆ ἐξονειδίσας, ἔπειτ' ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκ-
B φανέστερον τῶν ἄλλων ἐν τῷ βήματι προτεθῆναι· ἵν' ὅθεν κατ' αὐτοῦ δημηγορῶν ἠκούετο, ἐνταῦθα μετὰ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς, ὥσπερ ἀπετέτμητο, ὁρῷτο. ἡ δὲ δὴ Φουλουΐα ἔς τε τὰς χεῖρας αὐτὴν, πρὶν ἀποκομισθῆναι, ἐδέξατο, καὶ ἐμπικραναμένη οἱ καὶ ἐμπτύσασα, ἐπί τε τὰ γόνατα ἐπέθηκε, καὶ τὸ στόμα αὐτῆς διοίξασα, τήν τε γλῶσσαν ἐξείλκυσε, καὶ ταῖς βελόναις αἷς ἐς τὴν κεφαλὴν ἐχρῆτο, κατεκέντησε, πολλὰ ἅμα καὶ μιαρὰ προσεπισκώπτουσα. καὶ
C οὗτοι δ' οὖν ὅμως ἔσωσάν τινας, παρ' ὧν γε καὶ πλείω χρήματα ἔλαβον, ἢ τελευτησάντων εὑρήσειν ἤλπισαν. καὶ ἵνα γε μὴ κεναὶ ἐν τοῖς λευκώμασι χῶραι τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ὦσιν, ἑτέρους ἀντενέγραψαν. πλήν γε ὅτι τὸν θεῖον ὁ Ἀντώνιος, πολλὰ τῆς μητρὸς τῆς ἑαυτοῦ τῆς Ἰουλίας ἱκετευσάσης, ἀφῆκεν, οὐδὲν ἄλλο χρηστὸν εἰργάσατο.

Πολύτροποι μὲν οὖν διὰ ταῦτα αἱ σφα-
D γαὶ, πολυειδεῖς δὲ καὶ σωτηρίαι τισὶν ἐγίγνοντο· συχνοὶ δὲ καὶ παρὰ τῶν φιλτάτων ἀπώλοντο, καὶ συχνοὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐσώθησαν. ἄλλοι σφᾶς αὐτοὺς ἀπέκτειναν, ἄλλους αὐτοὶ οἱ ἐπελθόντες, ὡς καὶ φονεύσαντες, ἀπέλυσαν. προδόντες δέ τινες δεσπότας, ἢ καὶ φίλους, ἐκολάσθησαν· καὶ ἕτεροι δι' αὐτὸ τοῦτο ἐτιμήθησαν. οἵ τε περιποιήσαντές τινας, οἱ μὲν δίκην ἔδοσαν, οἱ δὲ καὶ γέρα ἔλαβον. οἷα γὰρ οὐχ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλὰ τριῶν, πρός τε τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτοῦ ἑκάστου καὶ πρὸς τὸ ἴδιον
E συμφέρον πάντα ποιούντων, καὶ μήτε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς ἢ φίλους ἡγουμένων, σωθῆναι πολλάκις γε ὃν ὁ ἕτερος ἀπολέσαι, καὶ φθαρῆναι αὖ ὃν ὁ ἕτερος περιγενέσθαι ἤθελε, σπουδαζόντων, πολλὰ καὶ ποικίλα συνέβαινεν, ὥς που καὶ εὐνοίας ἢ μίσους πρός τινα ἔχοντες ἦσαν.

ἐγὼ οὖν τὸ μὲν πάντα αὐτὰ ἀκριβῶς καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, παραλείψω (πάμπολύ τε γὰρ ἔργον ἂν εἴη, καὶ οὐδὲν μέγα τῇ συγγραφῇ
222 παρέξεται) ἃ δὲ ἀξιομνημόνευτα μάλιστα εἶναι νομίζω, διηγήσομαι. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐς σπήλαιον τις τὸν δεσπότην καταχρύψας, εἶτ' ἐπειδὴ ὡς καθ' ἑτέρου τινὸς μήνυσιν ἀπολεῖσθαι ἔμελλε, τήν τε ἐσθῆτα πρὸς αὐτὸν ἠλλάξατο, καὶ μετ' αὐτῆς τοῖς ἐπιοῦσιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὤν, προαπήντησε, καὶ ἐσφάγη· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀπετράποντο, νομίσαντες ὃν ἐβούλοιντο πεφονευκέναι· ὁ δὲ, ἀπελθόντων αὐτῶν, ἑτέρωσε διέφυγε. τοῦτο δὲ, ἄλλος τις τὴν σκευὴν ὁμοίως ἅπασαν πρὸς τὸν δεσπότην διαλλάξας, αὐτός τε ἐς φορεῖον κατάστεγον ἐσῆλθε, καὶ ἐκεῖνον διφροφορεῖν ἐποίησε· κἀκ τούτου καταληφθέντες, ὁ μὲν οὐδ' ὀφθεὶς ἐφονεύθη, ὁ δὲ, ὥστις σκευοφόρος, διεσώθη. καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι, εὐεργεσίας τινὸς προϋπαρχούσης σφίσι, τοῖς εὖ ποιήσασιν ἀνταπέδοσαν. στιγματίας δέ τις οὐχ ὅσον οὐ προέδωκε τὸν στίξαντα, ἀλλὰ καὶ πάνυ προθύμως ἔσωσεν· ὡς γὰρ ὑπεκκομίζων ποι αὐτὸν ἐφωράθη, καὶ ἐδιώκετο, ἀπέκτεινέ τε τινὰ ἐντυχόντα οἱ κατὰ τύχην, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ δοὺς, τὸν μὲν ἐπὶ πυρὰν ἐπέθηκεν, αὐτὸς δὲ τήν τε ἐσθῆτα καὶ τὸν δακτύλιον τοῦ δεσπότου λαβὼν, ἀπήντησε τοῖς διώκουσι· καὶ πλασάμενος ὡς καὶ φεύγοντα αὐτὸν ἀπεκτονὼς, ἐπιστεύθη ἔκ τε τῶν σκύλων καὶ ἐκ τῶν στιγμάτων· καὶ ἐκεῖνόν τε ἅμα ἔσωσε, καὶ αὐτὸς ἐτιμήθη. ταῦτα μὲν οὖν ἐς οὐδεμίαν ὀνόματος μνήμην ἀνήκει. Ὁσιαῖον δὲ δὴ Γέταν ὁ υἱὸς, ἐκφορὰν δή τινα αὐτοῦ ὡς καὶ τεθνηκότος σκευάσας, ἐξέσωσε. καὶ Κύιντον Κικέρωνα τὸν τοῦ Μάρκου ἀδελφὸν ὁ παῖς ἐξέκλεψε, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἔσωσεν. αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ κατέκρυψε τὸν πατέρα, ὥστε μὴ εὑρεθῆναι, καὶ στρεβλωθεὶς ἐπὶ τούτῳ πάσαις βασάνοις, οὐδὲν ἐξελάλησε. μαθὼν δ' ἐκεῖνος τὸ γιγνόμενον, καὶ θαυμάσας τε ἅμα τὸν παῖδα καὶ ἐλεήσας, ἦλθεν ἐθελοντὴς ἐς τὸ ἐμφανὲς, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῖς σφαγεῦσι παρέδωκεν. ἀρετῆς μὲν δὴ καὶ εὐσεβείας τοσαῦτα τότε ἐπιφανῆ ἔργα ἐγένετο. Πόπλιος δὲ δὴ Λαιναῖς τὸν Κικέρωνα τὸν Μάρκον ἀπέκτεινε,

A Quorū ego singulos accuratè scribendo persequi omittam, rem & operosam, & nihil magnopere huic historiæ conducentem: quæ verò memoratu potissimùm digna arbitror, ea recensebo. Herum quidam suam in cauernam abstruserat, qué quum indicio alieno iamiam periturum animaduerteret, vestem cum eo suam permutauit, herilique cum habitu percussoribus occurrit, ac pro suo ipse hero occisus est: herus autem, diuersis iis, quum se eum qué B voluissent, interfecisse crederent, aliò effugit. Alius quidam similiter omni habitu cum domino suo permutato, ipse in lecticam opertam se coniecit, in eáque ab suo domino vectus est. in hos quum emissarii incidissent, seruus ne visus quidem ab iis iugulatus est: dominus autem, tāquam famulus aliquis esset, dimissus. Hi duo benefactoribus suis gratiam retulerunt. Cæterùm quidam seruus stigmaticus, tantum à domino suo prodendo, qui cum notis C compunxerat, abfuit, vt eum paratissimo potiùs animo periculo eripuerit. Quū enim cum aliquò euehens esset deprehensus, persequerétúrque eum sicarii, quendam obuium sibi fortè factum obtruncauit, amictúque huius domino suo tradito, cadauer rogo imposuit: ipse indutus vestem annulúmque herilem, persecutoribus obuiàm dedit, commentúsque est, herum fugientem à se occisum: creditúmque id ei ob exuuias & stigmata est. itáque & hero vitam, & sibi honores confe- D cit. Sed horum quidem nomina nō extant. Hosiæum autem Getam filius, funere eius, tanquam defuncti, parato, neci subtraxit. Q. Ciceroné Marci fratrem filius occuluit: ac quantum in ipso fuit, seruauit. nam & occultauit patrem, ne inueniri is posset: & quum in quæstionem adductus, omnibus tormentis interrogaretur, nihil enunciauit: sed pater re cognita, miratus simul ac mi- E seratus filium, vltro in publicum prodiit, ac se occisoribus exhibuit. Hæc sunt virtutis & pietatis illustria opera. Popilius contrà Lænas Marcum Tullium Ciceronem occîdit,

Fides seruorū in dominos.

Filiorum in parentes pietas. Geta Hosiæus.

Q. Ciceronis obitus.

M. Cicero à Popilio Lænate cæsus.

quanquam eius beneficio causam pro se dicentis vsus, isque, vt Ciceronem occidisse non ex sermone tantùm, sed visibili etiam aliqua re crederetur, suam ipsius imaginem prope caput Ciceronis coronatam collocauit, inscripto suo nomine ac facinore. Quod adeo gratiam Antonii ei conciliauit, vt maiorem ab eo promissa pecuniam acceperit. M. Terentius Varro, tribunus plebis tū temporis, eandem cum quodam proscripto appellationem gerens, vno excepto cognomento, quum alioquin nihil contra triumuiros deliquisset, veritus ne idē sibi quod Cinnæ accideret, edito scripto eam rem declarauit: hócque eo nactus est facto, vt iocis risúque agitaretur.

Humanæ vitæ inconstantia.

Incertitudinem autem vitæ humanæ L. Philuscius demonstrauit, qui antè à Sylla proscriptus, quum periculum euasisset, tum denuo proscriptus, & occisus est.

L. Philuscij casus.

M. Valerius Messala.

At M. Valerius Messala, quum morti ipsum Antonius destinasset, non modò tutò superuixit, sed etiam in ipsius locum postmodum consul est creatus. Adeo multi ex summis periculis euadunt incolumes, & non pauciores, quum maximè suo statui fidant, intereunt. Quamobrem consentaneū est, neque ita ad subitas nos calamitates animo corruere, vt omnem spem proiiciamus: neque lætis impræsentiarum rebus vsque adeo efferri, vt prouidentiam etiam perdamus: sed spem futuri in medio vtriusque fortunæ collocatam habere, & tutò in vtranque partem consilium capere. Præterea verò multi eorum qui proscripti non fuerunt, propter diuitias suas inimicitiásve perierunt: multi ex proscriptis non modò necem euitauêre, sed pòst etiam in patriam reuersi sunt, ac nōnulli magistratus quoque gesserunt.

Perfugium proscriptorū.

Hi autem se ferè ad Brutum Cassiúmque, aut ad Sextum Pompeiū, recipiebant. ad Sextum verò plerique. ei enim prius classis imperium fuerat commissum: quúmque aliquandiu mare obtinuisset, etsi pòst à Cæsare erat ea præfectura spoliatus, tamen proprias sibi vires parauerat: Siciliáque occupata, quum proscriptus ipse quoque inter reliquos esset, cædésque istæ fierēt, mul-

A καίπερ εὐεργέτην αὐτοῦ ἐκ συνηγορήματος ὄντα. καὶ ἵνα γε μὴ ἀκουόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁρώμενος, πίστιν τοῦ πεφονευκέναι αὐτὸν λάβῃ, εἰκόνα ἑαυτοῦ πλησίον τῆς ἐκείνου κεφαλῆς ἐστεφανωμένην ἔθηκε, καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένον ἔχουσαν. καὶ οὕτω γε καὶ τῷ Ἀντωνίῳ διὰ τοῦτ᾽ ἤρεσεν, ὥστε καὶ χρήματα πλείω τῶν ἐπηγγελμένων λαβεῖν. Μᾶρκος δὲ Τερέντιος Οὐάρρων ἠδίκησε μὲν οὐδὲν, ὁμώνυμος δὲ δή τινι τῶν ἐπικεκηρυγμένων, πλὴν μιᾶς προσηγορίας, ὤν, καὶ δείσας μή τι κατὰ τοῦτο, οἷα καὶ ὁ Κίννας, πάθῃ, ἐξέθηκε γράμμα αὐτὸ τοῦτο δηλῶν (ἐδημάρχει δέ) καὶ ὁ μὲν διατελεῖν καὶ γέλωτα ἐπὶ τούτῳ ὤφλισκανε. τὸ δὲ δὴ ἀστάθμητον τοῦ βίου καὶ ἐξ ἐκείνου ἐτεκμηριώθη, ὅτι Λούκιος μὲν Φιλούσκιος ὑπό τε τοῦ Σύλλου πρότερον ἐπικηρυχθεὶς, καὶ διαφυγὼν, ἔς τε τὸ λεύκωμα αὖθις τότε ἐσεγράφη, καὶ ἀπέθανε. Μᾶρκος δὲ Οὐαλέριος Μεσσαλᾶς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου θανατωθεὶς ἂν, οὐχ ὅπως ἐν ἀσφαλείᾳ διεβίω, ἀλλὰ καὶ ὕπατος ἀντ᾽ ἐκείνου αὐτοῦ ὕστερον ἀπεδείχθη. οὕτως ἔκ τε τῶν ἀπορωτάτων πολλοὶ περιγίγνονται, καὶ ἐκ τῶν θαρσούντως ἐχόντων οὐκ ἐλάττους ἀπόλλυνται. καὶ διὰ τοῦτο χρὴ μήτε ἐς τὸ ἀνέλπιστον πρὸς αὐτίκα συμφορὰς ἐκπλήττεσθαί τινα, μήτε ἐς τὸ ἀφρόντιστον ὑπὸ τοῦ παραχρῆμα περιχαροῖς ἐπαίρεσθαι, ἀλλ᾽ ἐς τὸ μέσον ἐπ᾽ ἀμφότερα τὴν ἐλπίδα τοῦ μέλ-
D λοντος τιθεμένους, ἀσφαλεῖς ἐφ᾽ ἑκάτερα τοὺς λογισμοὺς ποιεῖσθαι. καὶ τότε οὖν ταῦτά τε οὕτως ἐγίγνετο, καὶ πλεῖστοι μὲν τῶν μὴ προγραφέντων διά τε ἔχθραν καὶ διὰ χρήματα προσαπώλλυντο, πλεῖστοι δὲ τῶν ἐπικηρυχθέντων οὐχ ὅτι περιεγίγνοντο, ἀλλὰ καὶ κατῆλθον αὖθις, καί τινες αὐτῶν καὶ ἀρχὰς ἔσχον. 223
ἡ δ᾽ ἀναχώρησις σφίσι πρός τε τὸν Βροῦτον καὶ πρὸς τὸν Κάσσιον τόν τε Σέξτον ἐγίγνετο· καὶ
E οἵ γε πλείους πρὸς τοῦτον συγκατέφυγον. ναυαρχεῖν τε γὰρ πρότερον αἱρεθεὶς, καὶ χρόνον τινὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ δυνηθεὶς, ἰσχύν τε οἰκείαν, καίπερ τῆς ἀρχῆς μετὰ τοῦθ᾽ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος στερηθεὶς, περιεβάλετο, καὶ τὴν Σικελίαν κατασχὼν, ἐπειδὴ ὡς καὶ ἐκείνῳ ἐπεκηρύχθη, αἵ τε ἄλλαι σφαγαὶ ἐγίγνοντο, πλεῖ-

τοῖς ὁμοίοις συνήρατο. τῇ γὰρ Ἰταλίᾳ ἐγγύθεν ἐφορμῶν, διέπεμπεν ἐς τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, τά τε ἄλλα τοῖς τινὰ περισώσασι διπλάσια τῶν τοῖς φονεύουσι προκειμένων ἐπαγγελλόμενος, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις καὶ ὑποδοχὴν καὶ ἐπικουρίαν καὶ χρήματα καὶ τιμὰς ὑπισχνούμενος. ὅθενπερ συχνοὶ πρὸς αὐτὸν ἦλθον. ἀριθμὸν γὰρ οὔτε τῶν προγραφέντων, οὔτε τῶν φονευθέντων, ἢ καὶ διαφυγόντων, οὐδὲ νῦν ἔγραψα· ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν δὲ πρότερον ἐς τὰ λευκώματα ἐγγραφέντων, ἀπηλείφθησαν, καὶ τούτων γε οὐκ ὀλίγοι διεσώθησαν, καὶ ἄλλοι συχνοὶ διεφθάρησαν. καὶ αὐτοὺς οὐδὲ πενθεῖν τισὶν ἐξουσία ἦν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἐκ τούτου προσαπώλοντο. καὶ τέλος, ὥς τό, τε πεπλασμένον αὐτῶν πᾶν αἱ συμφοραὶ ἐξενίκων, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν πάνυ ἀνδρικῶν ἀντικαρτερεῖν πρὸς αὐτὰς ἐδύνατο, ἀλλ' ἔν τε τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἔργοις καὶ λόγοις ἐσκυθρώπαζον, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἔτους οὐ ἤμελλον (ὥσπερ εἰώθασιν) ἑορτάσειν, ἐκελεύσθησαν διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι, θάνατον ὀφλήσοντες ἂν μὴ πειθαρχήσωσιν· οὕτω που ὡς καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς τοῖς κοινοῖς κακοῖς χαίρειν ἠναγκάζοντο. καὶ τί τοῦτο εἶπον, ὁπότε καὶ ἐκείνοις (τοῖς τρισὶν ἀνδράσι λέγω) ἄλλα τε ὡς εὐεργέταις καὶ σωτῆρσι τῆς πόλεως γεγονόσι, καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς πολιτικοὺς ἐψηφίσαντο; οὐ γὰρ ὅτι τινὰς ἐφόνευον, αἰτίαν ἔχειν ἠξίουν, ἀλλ' ὅτι μὴ πλείονας, προσεπαινεῖσθαι ἤθελον. καὶ πρός γε τὸν δῆμον φανερῶς τότε εἶπον, ὅτι οὔτε τὴν τοῦ Μαρίου τοῦ τε Σύλλου ὠμότητα, ὥστε καὶ μισηθῆναι, οὔτ' αὖ τὴν τοῦ Καίσαρος ἐπιείκειαν, ὥστε καὶ καταφρονηθῆναι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐπιβουλευθῆναι, ἐζηλώκασι. τοιαῦτα μὲν περὶ τὰς σφαγὰς ἐγίγνετο.

Πολλὰ δὲ δὴ καὶ ἄτοπα καὶ περὶ τὰς τῶν ἄλλων οὐσίας συνέβαινε. καίτοι ταῖς τε γυναιξὶ ταῖς τῶν φονευομένων τὰς προῖκας, καὶ τοῖς τέκνοις τοῖς μὲν ἄρρεσι τὸ δέκατον, ταῖς δὲ θηλείαις τὸ εἰκοστὸν τῆς ἑκάστου σφῶν οὐσίας δώσειν, ὡς καὶ δὴ δίκαιοι φιλάνθρωποί τε ὄντες, ἐπηγγείλαντο. ἀλλ' οὔτε ταῦτα πλὴν ὀλίγων ἐδόθη, τά τε τῶν λοιπῶν καὶ πάντα ἀδεῶς ἐπορθεῖτο. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐνοίκιον ἐνιαυ-

A tum hominibus eiusdem fortunæ profuit. Quippe haud procul ab Italia classem tenens in statione, Romam, aliásque ad ciuitates mittebat, qui duplum eius mercedis, quæ erat occisoribus proposita, ei qui aliquē proscriptorum saluti asseruisset, suo nomine pollicerentur, hospitiúmque proscriptis, auxilium, pecuniam & honores à se promitterent. Itaque multi ad eum omnino peruenerūt: quorum ego numerum omisi, sicut B & proscriptorum & occisorum & elapsorum. nam multi primò in isto albo propositi, deinde deleti sunt: reliquorum complures mortem effugerunt, multi autem alii etiam occiderūt. Occisos ne lugere quidem cuiquam licebat: sed multi ob eam rem quoque perierunt. Denique quum iam calamitatibus omnis simulatio esset victa, ac ne fortissimi quidem iam iis resistere possent, sed mœstitiam in omnibus sermoni- C bus actionibúsque præferrent, initio anni, quum esset festum de more celebrandum, edictum est vt læto essent omnes animo: quíque id non fecisset, ei mors supplicium est constitutum: itaque hi coacti sunt communibus malis, quasi rebus in lætis, gaudere. Quanquam quid hoc referre oportuit? quum triumuiris istis alios honores decreuerint, qui beneficatoribus ac seruatoribus vrbis tribui solebant, & coronas e- D tiam ciuicas. Neque enim ii culpādi quòd interfecissent aliquos, sed laudandi quòd non plures occidissent, sibi videbantur: apertéque tum ad populum dicebant, se neque Marii Syllǽque crudelitatem imitari voluisse, ne odio haberentur: neque Cæsaris clementiam, ne in contemptum adducti, exinde insidiis peterentur.

Triumuiris honores decreti.

Hunc ad modum peractis cædibus, multa etiam circa reliquorum E facultates turpiter acta sunt. Nam quamuis vxoribus interfectorum dotem, liberis autem eorum masculis decimam, vicesimam fœmellis partem bonorum reddituros promiserant, vt & iusti & clementes videri possent, tamen neque hoc, nisi paucis quibusdam, repræsentatum est, & in reliquorū etiā bona impetus impunè fact⁹. Primùm eā mer-

Facultates vt à triumuiris direptæ, pecuniáque coacta sit.

cedem domorum quæ inhabitationis nomine annua pendebatur, ab iis qui conductitias ædes habitarent, totam: ab iis qui proprias possiderent, dimidiam, non Romæ modò, sed per totam Italiam, exegerũt. Deinde alteram partem redituum iis quibus prędia essent, ademerunt: præterea milites ac alimenta ab iis vrbibus in quibus hyemabatur, sine pretio sibi suppeditari iusserũt. Iam dimissis suis per vniuersam regionem, qui bona aduersariorum (qui etiamnum supererant, ac, quòd intra prædictum diem nõ destitissent ab incepto, hostes iudicati fuerant) inuaderent, etiam reliqua direpta sunt ab iis omnia. Suis enim, quò paratiores ad omnia eos haberent si mercedem ante labores accepissent, hæc agere permittebãt: iisdémque vrbes & agros se daturos recipiebant: quíque agris diuidendis & condendis vrbibus præessent, viros constituebãt: ea ratione vulgus militum ii sibi deuinciebant. Cæterùm primores partim possessionibus occisorum inescabant, eas vel vili pretio, vel gratis omnino tribuentes, partim magistratibus sacerdotiisq; honorabant. Vt autem tutò præstãtissima prædia atque ædificia ipsi occupare, ac quibus vellent dare possent, edixerunt ne quis eorum qui nihil empturus esset, in forum veniret: qui secus fecisset, morte mulctatum iri. qui verò venissent, eos ita tractauerunt, vt quum ea quæ licitati essent, plurimi emere cogerentur, nemo deinde emendũ sibi quicquam statueret. Proinde interfectorum magistratus ac sacerdotia, nõ ex præscripto legum, sed suo arbitrio aliis tribuerunt: Cæsar consulatu (quem adeo appetitum vt bellũ eius adipiscendi causa susciperet, vltro deponebat) sese quum abdicasset, eiúsque collega decessisset, P. Ventidium prætorem, cum alio quodam, consulem creauerunt, præturámque eius ædili cuidã tradiderunt: omnibúsque pòst prætoribus magistratum, quem quinque adhuc dies gesserant, abrogauerunt: iísque in prouincias emissis, alios in eorum locum substituerũt:

Militibus diripiendi facultas data.

Magistratuum collatio.

Cæsar consulatu se abdicat.

P. Ventidius consul.

A οἴκου πασῶν τῶν τε ἐν τῷ ἄστει καὶ τῶν ἐν τῇ ἄλλῃ Ἰταλίᾳ οἰκιῶν, ὧν μὲν ἐμεμισθώκεσάν τινες, ὅλον, ὧν δὲ αὐτοὶ ᾤκουν, ἐξ ἡμισείας, παρὰ τὴν τῆς κατασκευῆς ἀξίαν, ἐσέπραξαν· τοῦτο δὲ, τοὺς τὰ χωρία ἔχοντας, τὸ ἥμισυ τῶν προσόδων αὐτῶν ἀφείλοντο, καὶ προσέτι καὶ τοὺς στρατιώτας, τήν τε τροφὴν παρὰ τῶν πόλεων ἐν αἷς ἐχείμαζον, προῖκα λαμβάνειν ἐποίησαν· καὶ κατὰ τὴν χώραν ὡς ἐπὶ τὰ δεδημευμένα, τά τε τῶν ἀνθισταμένων ἔτι διαπέμποντες (καὶ γὰρ

B ἐκείνους, ὅτι μὴ ἐντὸς τῆς προρρηθείσης σφίσιν ἡμέρας μετέστησαν, πολεμίους ἐποιήσαντο) πάντα καὶ τὰ λοιπὰ προσδιήρπαζον. ἵνα γὰρ καὶ πρὸ τῶν ἔργων τοὺς μισθοὺς ἔχοντες πάνυ τὸ πρόθυμον σφίσι παρέχωνται, ταῦτά τε αὐτοῖς πράττειν ἐπέτρεπον, καὶ πόλεις χώρας τε δώσειν ὑπισχνοῦντο· καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ γεωνόμους ὁμοῦ καὶ οἰκιστὰς αὐτοὺς προσαπέδειξαν. τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν στρατιωτῶν τούτοις ἀνηρτῶντο. τῶν δὲ δὴ λογιμωτέρων τοὺς μὲν τοῖς

C κτήμασι τοῖς τῶν ἀπολλυμένων ἐδελέαζον, τὰ μὲν ἐπευωνίζοντες, τὰ δὲ καὶ προῖκα σφίσι χαριζόμενοι, τοὺς δὲ καὶ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς τε ἱερωσύναις αὐτῶν ἐτίμων. ὅπως γὰρ ἀδεῶς αὐτοί τε τὰ κάλλιστα καὶ τῶν χωρίων καὶ τῶν οἰκοδομημάτων λαμβάνωσι, καὶ ἐκείνοις ὅσα βούλονται διδῶσι, προεῖπον, μηδένα τῶν ἄλλων μὴ ὠνησείοντα ἐς τὸ στρατήγιον ἀπαντᾶν· εἰ δὲ μή γε, θνήσκειν τὸν τοῦτο ποιήσαντα. καὶ ἐκείνους γε οὕτω μετεχείριζοντο, ὥστε τι καταφωρᾶν καὶ 224

D πλείστου ὅσου ἀγοράζειν ὧν ἐχρῆζον, καὶ διὰ τοῦτο μηδ᾽ ὠνητιᾶν ἔτι. περὶ μὲν οὖν τὰ κτήματα τοῦθ᾽ οὕτως ἐγίγνετο. τάς τε ἀρχὰς τάς τε ἱερωσύνας τῶν θανατωθέντων, οὐ πρὸς τὸ νομιζόμενον ἐκ τῶν νόμων, ἀλλ᾽ ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς, ἐδίδοσαν. καὶ ὑπάτους, τοῦ μὲν Καίσαρος τὴν ἀρχὴν ἀπειπόντος (ἧς γὰρ οὕτως ἐπεθύμησεν ὥστε καὶ πολεμῆσαι διὰ ταύτην, ταύτης ἑκὼν ἐξέστη) τοῦ δὲ συνάρχοντος

E αὐτοῦ μεταλλάξαντος, ἄλλον τέ τινα, καὶ τὸν Οὐεντίδιον τὸν Πούπλιον, καίπερ στρατηγοῦντα, ἀπέδειξαν· ἔς τε τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ τῶν ἀγορανομούντων τινὰ ἐσήγαγον. καὶ πάντας μετὰ τοῦτο τοὺς στρατηγοὺς πέντε ἡμέρας ἔτι ἄρχοντας παύσαντες, ἐκείνους μὲν ἐς τὰς ἡγεμονείας τῶν ἐθνῶν ἔστειλαν, ἑτέρους δὲ ἀντ᾽ αὐτῶν ἀντικατέστησαν·

νόμους τε τοὺς μὲν ἀπήλειψαν, ἄλλους δὲ ἀντενέγραψαν· καὶ συνελόντι εἰπεῖν, καὶ τἆλλα πάντα ὅπως ποτὲ ἐδόκει αὐτοῖς ἔπραξαν. τῶν μὲν γὰρ ἐπικλήσεων τῶν ἐπιφθόνων, καὶ διὰ τοῦτο καταλυθεισῶν, οὐκ ἀνεποιήσαντο, τὰ δὲ δὴ πράγματα πρός τε τὸ βούλημα καὶ πρὸς τὸ ἐπιθύμημα τὸ ἑαυτῶν διῆγον, ὥστε χρυσῆν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι. Τὸν μὲν οὖν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ταῦτά τε οὕτως ἐποίησαν, καὶ νεὼν τῷ τε Σαράπιδι καὶ τῇ Ἴσιδι ἐψηφίσαντο.

Τοῦ δὲ δὴ Λεπίδου τοῦ Μάρκου, τοῦ τε Πλάγκου τοῦ Λουκίου ὑπατευσάντων, λευκώματα αὖθις ἐξετέθη, θάνατον μὲν μηδενὶ ἔτι φέροντα, τὰς δὲ οὐσίας τῶν ζώντων ἀποσυλῶντα. προσδεόμενοι γὰρ χρημάτων, ἅτε πολλὰ μὲν καὶ πολλοῖς στρατιώταις προσοφειλήσαντες, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις δι' αὐτῶν δαπανῶντες, πολλῷ δὲ ἔτι πλείω ἐς τοὺς προσδοκωμένους πολέμους ἀναλώσειν νομίζοντες, ἠργυρολόγουν. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ τῶν τελῶν τῶν πρότερον μέν ποτε καταλυθέντων, τότε δὲ αὖθις ἐπαναχθέντων, ἢ καὶ ἐκ καινῆς προσκαταστάντων, τό, τε τῶν συντελειῶν, ἃς πολλὰς μὲν ἐπὶ τῇ γῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκέταις ἐπράττοντο, μετρίως πως τοὺς ἀνθρώπους ἐλύπει· ὃ δὲ δὴ τοὺς καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ἔτι οὐ μόνον τῶν βουλευτῶν ἢ καὶ τῶν ἱππέων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐξελευθέρων, καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ γυναικῶν, εὐποροῦντας, ἐς λευκώματα ἐγγραφῆναι, καὶ δεκατείαν τινὰ καινὴν δεκατευθῆναι, σφόδρα πάντας ἠνίασε. τῷ μὲν γὰρ λόγῳ τὸ δέκατον τῆς οὐσίας παρ' ἑκάστου σφῶν ἐπράχθη, ἔργῳ δὲ οὐδὲ τὸ δέκατόν τινι κατελείφθη. ἐπειδὴ γὰρ οὐ ῥητόν τι ἀργύριον πρὸς τὴν τῶν κτημάτων ἀξίαν ἐσενεγκεῖν ἐκελεύσθησαν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς αἱ τιμήσεις τῶν σφετέρων ἐγίγνοντο, κἀκ τούτου ὡς οὐκ ὀρθῶς αὐτὰ τετιμημένοι διεβάλλοντο, καὶ τὰ λοιπὰ προσαπώλλυσαν. εἰ δ' οὖν τινὲς ὑπό πως διέφυγον, ἀλλ' ὑπό γε τῶν τάξεων ἐς στενὸν κατακλειόμενοι, καὶ ἀργυρίου δεινῶς σπανίζοντες, πάντων καὶ αὐτοὶ τρόπον τινὰ ἀπεστεροῦντο. καὶ μέντοι καὶ ἕτερόν τι τοιόνδε, βαρὺ μὲν καὶ ἀκοῦσαι, βαρύτατον δὲ πραχθῆναι, ἐγένετο. τῷ γὰρ βουλομένῳ σφῶν ἐδόθη, πάσης τῆς οὐσίας ἐκστάντι,

A leges alias antiquârunt, alias pro iis statuerût: vtque vno verbo dicam, omnia ex sui animi sententia egerunt, adeóque omnia suo pro arbitrio ac cupiditate administrârunt, vt regnum Cæsaris (cuius regni nomen inuidiæ obnoxium, ac propter eam deletum, non accipiebât) aureum fuisse ostenderint. Hæc igitur eo anno gesserunt, ac præterea templum Serapidi Isidíque decreuerunt.

Regnum Iulij Cæsaris aureū.

B M. Lepido iterum, L. Plãco coss. iterum tabulæ proscriptionis propositæ sunt, nemini mortem imponentes, sed viuis facultates adimentes. Quum enim opus haberent pecuniis, nimirum multum militibus debentes, magnósque sumptus ipsi in iis rebus quas agebant facientes, maiorésque adhuc impensas bella quæ erant præ manibus, requisitura existimantes, hac eas ratione cogebât. Enimuero vectigalia, quæ partim prius abrogata, tum renouabâtur, C partim noua constituebantur: pensionésque, quas multas de agris, mancipiísque exigebant, mediocrē tantùm hominibus molestiam afferebant: id verò vehemēter omnes dolebant, eos qui diuites vtcunque essent, non senatores tantùm equitésve, sed libertos etiam, ac tam mulieres quàm viros, proscribi, ac nouas quasdam decimas iis imperari: nam verbo quidem decima pars bonorum ab vnoquoque eorum exigebatur, quum re ipsa nemini ne decima quidem pars suorum relin- D queretur: quum non certa quædam pecuniæ summa pro ratione facultatum pendi iuberetur, sed cuiuis suarum ipsi æstimandarum necessitas incumberet: ac deinde quasi nō verè suum censum professi essent, delati, etiam reliquum perderent. Quod malum si qui effugissent, tamen tributis his in arctum redacti, quum argenti magna esset apud eos penuria, sic etiam quodammodo o- E mnibus suis rebus spoliabantur. Erat & aliud quoddam, auditu difficile, difficillimum re ipsa inuētum: Concedebatur ei qui vltro bonis suis omnibus cessisset, vt deinde eo-

Anno V.C. 712.

Proscriptione noua, qua bona adimebantur proscriptis.

rum trientem repetere posset. id verò erat, neque accipere quicquam, & inane negotium suscipere. Qui enim vi apertè besse suorum bonorum spoliati erant, quónam modo ii trientem recepissent, præsertim tam vili pretio quum ea venderentur? quod fiebat partim ea ex causa quia multorum facultatibus simul venum propositis, ac plerisque auro argentóque carentibus, cæteris emere nihil audentibus, (ne, si quid possidere adhuc videretur, id quoque amitterent) pretia omnium rerum imminuta erant: partim quòd milites omnia quammaximo vendebant. Itaque nemo ciuis, qui à militia vacabat, quicquã alicuius pretii ex suis bonis retinere poterat. quum ad onera cætera hoc quoque accederet, quòd seruos ad classem, etiam emptos sua pecunia, si cui mancipia non essent, dare, ac senatores vias suis sumptibus curare cogebantur, Soli autem ii qui arma gerebant, diuitiis abundabant. Hi neque stipendio suo, quantumuis plus quàm sufficienti, neque auctariis, plurimis quanquam illis, contenti, neque cædium præmiis amplissimis, neque prædiis, quorum ipsis possessiones gratuitò prope modum obtigerãt: insuper alii bona defunctorum omnia petierunt atque impetrarũt, alii vi in senum, quibúsque liberi non essent, genera sese intulerunt. Adeóque auaritiæ impudentiæque progressi iam erant, vt quidam Attiæ, quæ, Cæsaris mater, tum diem clauserat, publicáque sepultura honorata fuerat, ab ipso Cæsare bona posceret.

Militum auaritia & impudentia.

Attia mater Cæsaris.

Præter has actiones triumuiri Cæsarem quoque superiorem summis honoribus affecerunt. Nam ipsi quoque ad regnum aspirantes, percussores eius (vt impunitatem sibi ipsis quoque pararent) reliquos vlciscebantur, & quæ ad eius honorem spectarẽt, promptè admodum agebant, spe iisdem quoque olim se dignos iudicatum iri. ita que non modò decretis honoribus eum adornauerunt, sed alia ipsi quoque adiecerunt. Igitur Calendis Ianuariis iuramento sese aliósque obstrinxe-

A τὸ τρίτον μετὰ ταῦτα αὐτῆς ἀπαιτῆσαι. τουτέστι μήτε τι λαβεῖν, καὶ πράγματα ἔχειν. ὁπότε γὰρ βίᾳ τὰ δύο μέρη φανερῶς ἐσυλῶντο, πῶς ἂν τὸ τρίτον ἀπέλαβον, ἄλλως τε καὶ ἐλαχίστου αὐτῶν πωλουμένων; τοῦτο μὲν γάρ, πολλῶν ἅμα ἀποκηρυττομένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν πλειόνων καὶ ἀχρύσων καὶ ἀναργύρων ὄντων, τῶν δὲ λοιπῶν μὴ τολμώντων, ὡς καὶ ἐχόντων τι ἀγοράσαι, ἵνα μὴ καὶ ἐκεῖνο προσαπολέσωσιν, αἱ τιμαὶ αἰκεῖντο· τοῦτο δὲ, τοῖς 225
B στρατιώταις πολὺ παρὰ τὴν ἀξίαν πάντα ἐπιπράσκετο. ὥστε τῶν μὲν ἰδιωτῶν οὐδεὶς οὐδὲν ὅ,τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν διεσώσατο (πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις, ἔς τε τὸ ναυτικὸν οἰκέτας, εἰ καὶ μὴ εἶχόν τινες, ὠνούμενοί γε ἐδίδοσαν, καὶ τὰς ὁδοὺς οἰκείοις οἱ βουλευταὶ δαπανήμασιν ἐπεσκεύαζον) μόνοι δὲ δὴ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ὑπερεπλούτησαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐξήρκει σφίσιν οὔτε ἡ μισθοφορία, καίτοι ὑπερεν-
C τελὴς οὖσα· οὔτε αἱ ἔξωθεν ἐπιφοραί, καίτοι παμπληθεῖς γιγνόμεναι· οὐ τὰ ἆθλα τῶν φόνων, μέγιστα δὴ δοθέντα· οὐχ αἱ κτήσεις τῶν χωρίων, προῖκα μέγαι τρόπον τινὰ αὐτοῖς ὑπάρξασαι· ἀλλὰ προσέτι οἱ μὲν τὰς οὐσίας τῶν τελευτώντων ὅλας καὶ ᾔτουν καὶ ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ ἐς τὰ τῶν ζώντων ἔτι γερόντων τε καὶ ἀτέκνων γένη ἐσεβιάζοντο. ἐς τοσοῦτον γὰρ τῆς τε ἀπληστίας καὶ τῆς ἀναισχυντίας ἐχώρησαν,
D ὥστε τινὰ καὶ τὴν τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος μητρὸς οὐσίαν ἀποθανούσης τότε, δημοσίᾳ τε ταφῇ τιμηθείσης, παρ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος αἰτῆσαι.

Ταῦτά τε οὖν οὕτως οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐποίουν, καὶ ἅμα καὶ τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον ἐσέμνυνον ἐπὶ πλεῖστον. ἅτε γὰρ τῆς μοναρχίας ἐφιέμενοι, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπειγόμενοι, τούς τε σφαγέας αὐτοῦ τοὺς λοιποὺς ὀργῇ μετῄεσαν, ὡς καὶ ἐκ τούτου τήν τε
E ἄδειαν σφίσιν ὧν ἐποίουν καὶ τὴν ἀσφάλειαν πόρρωθεν προπαρασκευάσοντες, καὶ πάνθ' ὅσα ἐς τιμὴν αὐτοῦ ἔφερε, προθύμως ἔπραττον, ἐς ὑποδοχὴν τοῦ καὶ αὐτοί ποτε τῶν ὁμοίων ἀξιωθῆναι. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἐψηφισμένοις ἤγαλλον αὐτόν, καὶ ἑτέροις αὖθις προσέθεσαν. ἔν τε γὰρ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τε ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν,

κωσαν, βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκεί- A
νου γενόμενα. καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς τὸ
κράτος ἴσχουσιν, ἢ καὶ ὑπ' αὐτοῦ ποτε γενομέ-
νοις, καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι, γίγνεται. καὶ ἡρῷον
οἱ ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἐκέ-
καυτο, προκατεβάλλοντο· καί τι καὶ ἄγαλ-
μα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μεθ' ἑτέρου
Ἀφροδισίου ἔπεμπον. εἴτε νίκη τις ἠγγέλθη
ποθέν, χωρὶς μὲν τῷ κρατήσαντι, χωρὶς δὲ
ἐκείνῳ καὶ τεθνεῶτι τιμὴν ἱερομηνίας ἔνε-
μον. τά τε γενέσια αὐτοῦ δαφνηφοροῦντας καὶ B
εὐθυμουμένους πάντας ἑορτάζειν ἠνάγκασαν·
νομοθετήσαντες, τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς ἀμελή-
σαντας αὐτῶν, ἐπαράτους τῷ τε Διῒ καὶ αὐτῷ
ἐκείνῳ εἶναι· τοὺς δὲ δὴ βουλευτάς, παῖς τε υἱεῖς
σφῶν, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ὀφλισκά-
νειν. καὶ (συνέβαινε γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ
τὰ Ἀπολλώνια γίγνεσθαι) ἐψηφίσαντο, τῇ
προτεραίᾳ τὰ γενέσια ἀγάλλεσθαι· ὡς καὶ
λογίου τινὸς Σιβυλλείου ἀπαγορεύοντος μη-
δενὶ θεῶν τότε, πλὴν τῷ Ἀπόλλωνι, ἑορτά- C
ζεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν αὐτῷ ἔδωκαν· καὶ
τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐφονεύθη, κυρίαν ἀεί ποτε
ἕδραν βουλῆς ἔχουσαν, ἀποφράδα ἐνόμι-
σαν. τό, τε οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, παραχρῆ-
μά τε ἔκλεισαν, καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰού-
λιον ἀπ' αὐτοῦ κληθέν, παρὰ τῷ κομιτίῳ ὠνο-
μασμένῳ ᾠκοδόμουν, ὥσπερ ἐψήφιστο. πρὸς
δὲ τούτοις, ἀπεῖπον μὲν μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ,
καθάπερ θεοῦ τινὸς ὡς ἀληθῶς ὄντος, ἐν ταῖς
τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐκφοραῖς πέμπεσθαι. ὅ-
περ ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου καὶ τότε ἔτι ἐγίγνε- D
το. ἀπηγόρευσαν δέ, μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ
καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδρηλατεῖ-
σθαι, μήτε συλᾶσθαι. ὅπερ οὐδενὶ οὐδὲ τῶν
θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου γενομένων,
ἐδεδώκεσαν. καίτοι καὶ ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὀνό-
226 ματι τὴν ἀσυλίαν, μετὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀ-
θροισιν, ἄνευ τοῦ ἔργου αὐτῆς ἔσχεν. οὕτω γὰρ
περιεφράχθη ὥστε μηδένα ἔτι τοπαράπαν
ἐσελθεῖν ἐς αὐτὸ δυνηθῆναι. τῷ μὲν δὴ Καί- E
σαρι ταῦτ' ἔδωκαν. ταῖς δὲ ἀειπαρθένοις, ῥα-
βδούχῳ ἑνὶ ἑκάστῃ χρῆσθαι· ὅτι τις αὐτῶν ἀπὸ
δείπνου πρὸς ἑσπέραν οἴκαδε ἐπανιοῦσα ἠ-
γνοήθη τε καὶ ὑβρίσθη. τάς τε ἀρχὰς τὰς
ἐν τῇ πόλει ἐπὶ πλείω ἔτη προαπέδειξαν,

runt, omnes eius actiones se ratas habituros (nostro tempore fit pro omnibus summis imperatoribus, siue viuis siue iam defunctis, ac non per ignominiam eo fastigio deturbatis) sacellum ei in foro, eo in loco vbi crematus fuit, erexerunt: statuã eius in equestribus certaminibus quandam cum alia Veneris statua inuexerunt. si qua esset victoria annuntiata, supplicationes seorsim pro victore, seorsim ipsi iã mortuo decreuerunt. imperauerunt vt natalis ab omnibus animo læto lauróque coronatis celebraretur: qui id neglexissent, ii execrationibus Iouis Cæsarísque ipsius haberentur obnoxii: ac, si senator, aut filius senatoris, in eo deliquisset, is multam decies sestertiûm penderet. Ac, quoniam die Cæsaris natali Apollinares ludi fiebant, pridie eius diei natalitia Cæsaris peragi iusserunt: quòd Sibyllino oraculo interdictum esset ne ea dies alii cuidam deo præter Apollinem festa esset. His ei honoribus tributis, diem cædis eius, qua statutum erat vt semper senatus ageretur, atram esse pronuntiarunt. domúmque in qua cæsus fuerat, statim obstruxerunt: curiam, Iuliam ab eo dictam, ex decreto prius facto ædificauerũt, propter comitium. Edixerunt porro ne in funeribus eorum qui Cæsari sanguine iuncti fuissent, Cæsaris, nimirum qui verè deus esset, vlla imago (sicut tũ adhuc pro antiquissima consuetudine fiebat) gestaretur. ac, ne quis impunitatis causa in eius sacellum con fugiens, inde eiiceretur aut abriperetur. quod nemini ne deo quidem tribuerant anteà, iis quæ sub Romulo acta sunt, exceptis. quanquam id Romuli asylum etiam, postquam is multitudinem virorum eius nomine collegit, deinde titulum tantùm loci sancti inuiolatíque habuit, non rem: ita obseptum vt nemo omnino in id posset intrare. Virginibus porro Vestalibus dederunt vt singulis lictoribus vterentur: eò quòd quædam ex iis à cœna sub vesperam domum reuerteris, quum quæ esset ignoraretur, vim passa fuerat. Magistratus autẽ vrbanos in multos annos iam tum antè designauerũt,

Triumuiri quos honores Cæsari superiori detulerint.

Natalitia Cæsaris.

Curia Iulia.

Asylum.

Vestalium lictores.

vt iis & necessarios suos honorarēt, & successione magistratuum eorū adiuti, rerum ipsi quàm diutissimè potirentur.

His ita confectis, Lepidus Romæ permansit, vrbem (sicuti suprà demonstrauimus) Italiámque omnē gubernaturus: Cæsar autem & Antonius ad bellum profecti sunt. Brutus enim & Cassius, primò, secundū pactionem cum Antonio ac reliquis compositam, in forum prodierant, eodémque quo prius ordine præturas suas gesserant: postquam verò nonnulli mortem Cæsaris indignè ferre cœpissent, profecti vrbe, in prouincias sibi mandatas properantes, (erat quidem tum prætor vrbanus Cassius, nec dum Apollinares ludos curauerat, verùm eos per collegam Antonium, absens etiam, splendidissimè peregit) ac non statim Italia relicta, in Cāpania subsistentes, obseruarant quæ agerentur, Romam interim aliquoties ad populum, tanquam præturam adhuc administrantes, missis literis. Cæterùm vbi Cæsar Octauianus ad res gerendas accessit, plebémque sibi deuincire instituit, ibi simul spe popularis reipublicæ status tenendi abiecta, simul Cæsarem metuentes, ex Italia soluerant: Athenásque delati, magnificè accepti, ac quum essent etiam ferè vbique locorū propter factum suum honorati, ab Atheniensibus etiam æreæ statuæ eis iuxta Harmodium ac Aristogitonem, tanquam horum imitatoribus, poni iussæ fuerāt. Interim Brutus ac Cassius, quum audirent Cęsarem augeri, Creta ac Bithynia (eò enim missi erant) neglecta, quòd eas sibi prouincias nō magnopere profuturas iudicarent, ad occupandas Syriam ac Macedoniam animum adiecerūt, nihil quidem ad eos pertinentes eas, sed quòd eo tempore pecunia copiísque florebant. Itaque Cassius ad Syros, notos sibi, & amicos à Crassi expeditione, contendit: Brutus Græciam Macedoniámque sibi adiunxit. Id quò facilius posset, eo fiebat quòd alioquin ob gloriam rei gestæ, spémque similis facti, ab iis populis colebatur, quódque multos

Bruti & Cassij res gestæ secūdum necem Cæsaris.

Athenienses Bruto & Cassio statuas ponunt.

Brutus quemadmodū Græciam & Macedoniam in suā potestatem redegerit.

A τούς τε ἐπιτηδείους σφίσιν ἅμα δι' αὐτῶν τιμῶντες, καὶ τὰ πράγματα ἐπὶ μακρότερον ταῖς τῶν ἀρξόντων διαδοχαῖς κρατυνόμενοι.

257 σφίσιν ἐγίγνοντο) τό, τε χρυσίον τὸ παρὰ τῶν πόλεων ἐς αὐτὰ εἰωθὸς δίδοσθαι, ἐκ μόνων τῶν Ἰβηρικῶν ἔλαβε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ μὲν τι ἐς τὴν ἑορτὴν ἀνάλωσε, τὸ δὲ δὴ πλεῖον ἐς τὸ βασίλειον. κατακαυθὲν γὰρ αὐτὸ ἀνῳκοδόμησε καὶ καθιέρωσεν, ἄλλοις τε τισὶ λαμπρῶς κοσμήσας, καὶ εἰκόσιν ἃς παρὰ τοῦ Καίσαρος, ὡς καὶ ἀποδώσων, ᾐτήσατο. καὶ αὐτὰς ἀπαιτηθεὶς ὕστερον οὐκ ἀπέδωκεν, εὐτραπελίᾳ χρησάμενος. ὡς γὰρ οὐκ ἔχων ἱκανοὺς ὑπηρέτας, πέμψον τινάς, ἔφη, καὶ λαβὲ αὐτάς. καὶ οὕτως ἐκεῖνος ὀκνήσας τὴν ἱεροσυλίαν, ἀνακεῖσθαι σφᾶς εἴασε. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἐγένετο.

Ἐπὶ δὲ Ἀππίου τε Κλαυδίου καὶ Γαΐου Νωρβανοῦ ὑπάτων, οἷς πρῶτοις δύο ἑκατέροις ταμίαι συνεγένοντο, τό, τε πλῆθος πρὸς τοὺς τελώνας βαρύτατα σφίσιν ἐγκειμένους ἐστασίασε, καὶ αὐτοῖς τε ἐκείνοις καὶ τοῖς ὑπηρέταις τοῖς τε στρατιώταις τοῖς συνεσπράσσουσι σφίσι τὰ χρήματα, ἐς χεῖρας ἤεσαν. καὶ στρατηγοὶ ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ἀποδειχθέντες ἦρξαν. ταμιεῦσαί τε τις ἐν παισὶν αἱρεθείς, ἔπειτα τῆς ὑστεραίας ἐς ἐφήβους ἐσῆλθε· καὶ ἕτερος ἐς τὸ βουλευτικὸν ἐσγραφεὶς μονομαχῆσαι ἠθέλησε· καὶ ἐκεῖνός γε ἐκωλύθη τοῦτο ποιῆσαι, καὶ προσαπηγορεύθη μήτε βουλευτὴν μονομαχεῖν, μήτε δοῦλον ῥαβδουχεῖν, μήτε τὰς καύσεις τῶν νεκρῶν ἐντὸς πεντεκαίδεκα ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίων γίγνεσθαι. πολλὰ μὲν δὴ καὶ πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου τερατώδη συνηνέχθη (ἄλλα τε γάρ, καὶ ὅτι ἔλαιόν τι παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσε) πολλὰ δὲ καὶ τότε· ἥ τε γὰρ σκηνὴ ἡ τοῦ Ῥωμύλου ἐξ ἱερουργίας τινός, ἣν οἱ Ποντίφικες ἐν αὐτῇ ἐπεποιήκεσαν, ἐκαύθη, καὶ Ἀρετῆς ἄγαλμα πρὸ πυλῶν τινῶν ἑστώς, ἐνέπεσεν ἐπὶ στόμα. κάτοχοί τε τινὲς ἐκ τῆς τῶν θεῶν μητρὸς γενόμενοι, ὀργίζεσθαι σφίσι τὴν θεὸν ἔλεγον. καὶ ἀνεγνώσθη μὲν ἐπὶ τούτῳ τὰ Σιβύλλεια ἔπη· ὡς δὲ καὶ ἐκείνων ταῦτά τε εἰπόντων, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπί τε τὴν θάλασσαν καταχθῆναι, καὶ τῷ ὕδατι αὐτῆς καθαρθῆναι προσταξάντων,

A (quanuis enim Hispania Cęsaris imperio suberat, tamen honores legatis tribui solebant ex sententia eorum qui summam imperii tenerét) aurum, quod in triumphum conferri ab vrbibus solet, à solis Hispaniæ ciuitatibus accepit: atque eius aliquam partem in triumphi apparatum insumpsit, maiorem verò in palatium reficiendum: id enim incendio absumptum instaurauit, ac dedicauit, cùm aliis rebus splendidè B ornatum, tum imaginibus, quas à Cæsare mutuò acceptas, quum deinde reposceretur, non reddidit, facetè eluso Cæsare: nam perinde ac si ipse famulorum non haberet satis, mitte (respondit Cæsari) qui eas è palatio domum tuam deferant. Cæsar autem locum sacrum despoliare veritus, eas reliquit. Hæc eo tempore gesta sunt.

Palatium refectum & ornatum.

Appio Claudio, C. Norbano cōsulibus, qui primi binos quæstores C habuerunt, plebs seditionem contra publicanos, qui eam grauissimè vrgebant, mouit, ita vt cum iis ac ministris militibúsque, quos ii secum in exigenda pecunia habebāt, manus conseruerint. eodem anno sexaginta septem prætores fuerūt, aliis subinde in aliorum locum subrogatis. quidam puer quæstor factus, postridie virilem togā sumpsit: alius in senatum adscriptus, gladiatoris loco dimicare voluit, sed is D quidem hoc facere prohibitus est: edictóque præterea cautum fuit ne quis senator dimicaret ludis gladiatoriis, néve quis seruus lictor esset, ac ne mortui intra duo millia passuū ab vrbe cremarentur. Multa ante id tempus euenerant prodigia, ídque inter alia quòd oleum apud Tiberim flumen scaturierat: multa tunc quoque visa sunt. Cella enim Romuli, quum in ea pōtifices sacrum fecissent, incendio inde absumpta E est. statua Virtutis, quæ ante portam quandam stabat, in faciem decidit: ac quidam furore matris deûm correpti, irasci populo diuam dixerunt. Eius rei causa libri Sibyllini sunt inspecti. ac ex iis respondêre quindecim viri, succésere deam populo, simulacrúmque eius esse ad mare deportandū, ibíque aqua lustrandū.

ANNO V.C. 716.

Motus plebis contra publicanos.

Prodigia.

id quum fieret, dea, quum adhuc lōgè à mari abesset, à terra in id progressa est: ac aliquandiu ibi morata, vix tandem rediit. Id prodigium Romanis metum haud exiguū iniecit, neque antè animum receperunt quàm palmæ quatuor ad delubrum eius deæ, ac in foro, enatæ sunt. Eodem tempore Cæsar Liuiā duxit. Filia erat hæc Liuii Drusi (qui ex proscriptis vnus, seipsum, post pugnam in Macedonia, vita exuerat) coniux verò Neronis, cum quo, sicuti suprà ostensum est, aufugerat, ac tum fortè sextum iam mensem ex eo grauida vterum ferebat. Ambigenti autem Cæsari, ac sciscitanti à pontificibus, fasne esset sibi eam prægnātem ducere: responsum est, si quidem ex quo mulier concepisset, dubitaretur, opus esse vt nuptiæ differrentur: quia verò de eo constaret, nihil impedire quin statim fierent. Id quidem vt in iure à maioribus tradito inuenerint, fortassis fieri potuit: sed profectò sic responsuri fuêre, vt maximè non ita inuenissent. Elocabat autem Liuiam ipse maritus, patris loco. In conuiuio fortè puellus quidam, quales, garrulitate amabiles, matronæ nudos delectationis causa aliquos alere solent, quum diuerso loco Liuiam cum Cæsare, diuerso autem, Neronem cum alio quodam accumbentem videret, accedens, Quid hîc, inquit, agis domina? maritus tuus (monstrabat Neronem) isthic accumbit. Liuia cum Cæsare agens, Claudium Drusum Neronem peperit: cúmque Cæsar tollens, patri suo misit, ac id ipsum in sua commentaria sic inscripsit, Cæsar filiolum, quem sua coniunx Liuia peperit, Neroni patri reddidit. Qui Nero paulo pòst moriens, Cæsarem tutorem huic suo filio, & Tiberio, reliquit. De hac re vulgò multa dicta ferebātur, idque etiam, fortunatis etiam trimestres nasci liberos: quod deinde in prouerbium abiit. Hæc Romæ acta.

Cæsaris & Liuiæ nuptiæ.

Cl. Drusus Nero.

Sub idem tempus Bogud, Mauritaniæ rex, in Hispaniam, siue Antonii iussu, siue suapte voluntate,

A ἡ θεὸς πλεῖστόν τε ὅσον ἀπὸ τῆς γῆς ἐς τὸν βυθὸν ἐχώρησε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐνεχρόνισε, καὶ μόλις ὀψέ ποτε ἀνεκομίσθη· φόβος αὖ καὶ ἐκ τούτου οὐ σμικρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἔλαβεν· οὐδ' ἀνεθάρσησαν, πρὶν φοίνικας τέσσαρας περί τε τὸν νεὼν αὐτῆς καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναφῦναι. ταῦτά τε οὖν τότε ἐγένετο, καὶ ὁ Καῖσαρ τὴν Λιουίαν ἔγημεν. ἦν δὲ θυγάτηρ μὲν Λιουίου Δρούσου, ὃς ἔν τε τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν τῷ λευκώματι ἐγεγόνει, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν B Μακεδονίᾳ ἧτταν κατεχρήσατο· γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, μεθ' οὗ συνδιέφυγεν, ὥσπερ εἴρηται· καὶ ἐκύει γε ἐξ αὐτοῦ μῆνα ἕκτον. διστάζοντος οὖν τοῦ Καίσαρος, καὶ πυθομένου τῶν ποντιφίκων, εἰ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο, ὅτι εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἐχρῆν· ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύει ἤδη αὐτὸν γενέσθαι. τάχα μέν που καὶ ὄντως ἐν τοῖς πατρίοις τοῦτο εὑρόντες, πάντως δ' ἄν, εἰ καὶ μὴ εὗρον αὐτό, εἰπόντες. C ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνήρ, ὥσπερ τις πατήρ. καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τῇ ἑστιάσει σφῶν συνηνέχθη· παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, ὡς πλήθει ἀθύρουσαι, τρέφουσιν, ἰδὼν χωρὶς μὲν τὴν Λιουίαν μετὰ τοῦ Καίσαρος, χωρὶς δὲ τὸν Νέρωνα μεθ' ἑτέρου τινὸς κατακείμενον, προσῆλθέ τε αὐτῇ, καὶ ἔφη, τί ποιεῖς ἐνταῦθα κυρία; ὁ γὰρ ἀνήρ σου (δείξας αὐτὸν) ἐκεῖ κατάκειται. ταῦτα μὲν D οὖν οὕτως ἐπράχθη. συνοικοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα. καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ἀνείλετο, καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν, αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν 258 Λιουίᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε. καὶ ἐκεῖνος τελευτῶν οὐ πολλῷ ὕστερον, ἐπίτροπον καὶ τούτῳ καὶ τῷ Τιβερίῳ αὐτὸν τὸν Καίσαρα κατέλιπεν. ὁ δ' οὖν ὅμιλος ἄλλα τε ἐπὶ τούτῳ πολλὰ διε- E θρύλει, καὶ τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα παιδία γίνεσθαι ἔλεγεν· ὥστε καὶ ἐς παροιμίαν τὸ ἔπος προχωρῆσαι. ἐν μὲν δὴ τῇ πόλει ταῦτα ἐγίγνετο.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον ὁ Βογούας ὁ Μαῦρος ἐς τὴν Ἰβηρίαν, εἴτ' οὖν κατ' ἐντολὴν τοῦ Ἀντωνίου, εἴτε καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώ-

A μης πλεύσας, πολλὰ μὲν ἐλυμήνατο, πολλὰ δὲ καὶ ἀντέπαθε. κἀν τούτῳ τῶν οἴκοι τῶν περὶ τὴν Τίγιν ἐπαναστάντων αὐτῷ, τῆς τε Ἰβηρίας ἐξέπεσε, καὶ τὴν οἰκείαν οὐκ ἐκομίσατο. οἵ τε γὰρ τὰ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ πράσσοντες, καὶ ὁ Βόκχος προσγενόμενος σφίσι, κρείττους αὐτοῦ ἐγένοντο. καὶ ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπῆλθεν· ὁ δὲ δὴ Βόκχος τὴν βασιλείαν αὐτοῦ αὐτίκα κατέσχε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώσατο· τοῖς τε Τιγγιτανοῖς πολιτεία ἐδόθη.

B ἐν δὲ τούτῳ, καὶ ἔτι πρότερον, καὶ ὁ Σέξτος ὅ,τε Καῖσαρ ἐπολέμησαν. οἷα γὰρ οὐκ ἐθελονταὶ, οὐδὲ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ ἀναγκαστοὶ τὴν ὁμολογίαν πεποιημένοι, χρόνον οὐδένα αὐτῇ (ὡς εἰπεῖν) ἐνέμειναν, ἀλλ' εὐθὺς τὰς σπονδὰς λύσαντες διηνέχθησαν. ἔμελλον μὲν γάρ που καὶ ἄλλως, εἰ καὶ μηδεμίαν σκῆψιν εὗρον, πολεμήσειν· αἰτίαι δ' οὖν αἵδε αὖθις ἐγένοντο· ὁ Μηνᾶς ἐν τῇ Σαρδοῖ καὶ τότε ἔτι, καθάπερ τις στρατηγὸς, ὢν, ὑπωπτεύθη τε C ὑπὸ τοῦ Σέξτου, διά τε τὴν τοῦ Ἑλένου ἄφεσιν, καὶ ὅτι καὶ τῷ Καίσαρι ἐκεκοινολόγητο· καί πῃ καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοίων φθόνῳ τῆς δυναστείας διεβλήθη. κἀκ τούτου μεταπεμφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, προφάσει ὅπως περί τε τοῦ σίτου καὶ περὶ τῶν χρημάτων ὧν διῳκήκει ἀπολογήσηται, οὐχ ὑπήκουσεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν εἰς τοῦτο πεμφθέντας συλλαβὼν ἀπέκτεινε, πρὸς δὲ τὸν Καίσαρα προσεπικηρυκευσάμενος, τήν τε νῆσον αὐτῷ καὶ τὸ ναυτικὸν, τό,τε ἄλλο στρά- D τευμα καὶ ἑαυτὸν προέδωκε. καὶ αὐτὸν ἐκεῖνος ἀσμένως ἰδὼν (ἐπῃτιᾶτο καὶ τὸν Σέξτον τούς τε αὐτομολοῦντας παρὰ τὰ συγκείμενα ὑποδέχεσθαι, καὶ ναυπηγίαν τριηρῶν ποιεῖσθαι, ἔν τε τῇ Ἰταλίᾳ φρουρὰς ἔχειν ἔλεγεν) οὔτε ἐξέδωκεν ἐξαιτηθέντα, καὶ προσέτι καὶ ἐν τιμῇ μεγάλῃ ἦγαγε· δακτυλίοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ ἐς τὸ τῶν ἱππέων τέλος ἐσέγραψε. τὸ δὲ δὴ τῶν δακτυλίων τοιόνδε ἐστίν· οὐδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων, οὐχ E ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτὲ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρῳ γένει τραφέντων, δακτυλίοις χρυσοῖς, πλὴν τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, χρῆσθαι, ὥσπερ εἴρηταί μοι, ἐξῆν. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐξελευθέροις οἷς ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἐθελήσῃ, καί τοι καὶ ἄλλως χρυσοφοροῦσιν, ὅμως ἐν τιμῆς μέρει, ὡς καὶ βελτίοσιν ἢ κατ' ἀπελευθερίαν, ἱππεύειν τε δυ-

nauigauit, eique & dedit multum mali, & vicissim accepit: interimque deficientibus ab eo Tingitanis, & ex Hispania recessit, neque suum regnum recepit. Quippe qui in Hispania Cæsari fauebant, ii Bocchi auxilio Bogudem vicerunt: Bogud ad Antonium se contulit, Bocchus regnum eius occupauit, idque Cæsar ei confirmauit: ac Tingitanis ciuitas data est. Hoc ipso tempore, ac paulo superius, bellum inter Cæsarem & Pompeiū exortum est. Quia enim non spōte sua sed coacti pacem inierant, haud diu eius conditiones seruauere, sed statim iis neglectis ad dissidium redierūt, haud dubiè bellum moturi, etiamsi prętextum eius nullum inuenissent. Causæ autem belli ipsis hæ fuerunt: Menas, quum adhuc in Sardinia prætoris loco esset, in suspicionem Pompeio venerat, propterea quòd Helenum dimisisset, ac cum Cæsare colloquutus fuisset: huc accedebant eiusdem conditionis hominum calumniæ, qui Menæ potentiam inuidebant. Is igitur, quum eum Pompeius, vt de administratione frumenti ac pecuniæ sibi rationes redderet, euocaret, dicto audiens non fuit: sed missos ad se necauit, præmissisque ad Cæsarem qui de pace agerent, se & insulam, cum classe & exercitu, ei tradidit. Cęsar Menam libentissimè accepit (nam Sextum quoque, neglectis pacis cōditionibus, fugitiuos recipere, triremes struere, castella in Italia obtinere dicebat) neque dedidit Pompeio postulanti, & magno insuper in honore habuit, annulisque aureis decorauit, & in equestrem ordinem adscripsit. Nam apud antiquos Romanos non modò liberto, sed ne ingenuo quidem vlli aureo annulo (sicuti suprà ostendi) licebat vti, nisi senator esset aut equestris ordinis. Proinde is qui summę rerum pręerat, libertis, quibus volebat, etsi aurum alioquin gestarent ii, tamen honoris causa, vt libertis præstantiores viderentur, & equestris dignitatis, annulorum

Bogud regno suo excidit, eique Bocchus substituitur.

Tingitanis ciuitas data.

Occasiones belli inter Cæsarem & Pompeium.

Menæ perfidia.

Menas ad Cæsarem transfugit.

Annuli gestandi honor.

vſum largiebatur. Sextus Pōpeius non hoc modō nomine Cæſarem accuſabat, ſed Achaiam quoque vexatam, ac non repræſentatas iis qui reſtituti erant, promiſſiones: igitur Menecratem, libertum hunc quoque, in Italiam miſit, eiúſque opera cùm alia Campaniæ oppida tum Vulturnum infeſtauit. Hoc cognito Cæſar, pactorum literas à Veſtalibus repetiit, Antonium ac Lepidum acerſiit: quorum hic quidem non ſtatim paruit, Antonius autem quum Brunduſiū vſque acceſſiſſet ex Græcia, antequam ad Cæſarem (is tum in Hetruria erat) perueniret, territus prodigio, quòd lupus in prætorium ſuum intraſſet, & milites aliquot laniaſſet, ſpecie Parthici belli vrgētis vſus, in Græciā reuectus eſt. Cæſar, etſi omnino ideo exiſtimabat deſertum ſe ab Antonio eſſe, vt ſolus bellum hoc ſuſtinendum haberet, tamen iram palam non tulit: Pompeius verò rumores ſpargens, Antonium Cæſaris cauſam non probare: maiori etiam conatu in rē propoſitam incubuit, ac tandem ad Italiamquoque adnauigauit, ingreſſúſque in continentem, damna multa aduerſariis iniunxit, multa ipſe recepit. Eodem tempore nauale prælium apud Cumas inter Menecratem & Caluiſium Sabinū commiſſum eſt: in eo etſi à parte Cæſaris plures naues amiſſæ fuerant (nam cum hominibus mare ſemper exercentibus res erat) tamen Menecrates cum Mena, quem maximè oderat, congreſſus, atque interfectus, parem calamitatem Pompeii effecit, ita vt neque hic victoriā ſibi vendicaret, & Cæſar cladis ſuæ ſolatium haberet. Is tum Rhegii erat. itaque Pompeiani, & morte Menecratis perculſi, & veriti ne Cæſar in Siciliam tranſfretaret, Cumis diſceſſerunt. Sabinus eos inſecutus, vſque ad Scyllæum (Italiæ hoc eſt promontorium) tutò peruenit: ibi autem, quum flecteret curſum, ventus eum vehemens adortus, nauium magnam partem promontorio alliſit, alias in alto ſubmerſit, reliquas diſiecit. Pompeius eo audito, Apol-

Menecrates Campaniam vexat.

Antonius in Italiam redit, & re infecta recedit.

Prodigium.

Naualе prælium Menecratis & Caluiſij.

A ναμένοις, δίδονται. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτόν ἐστιν. Ὁ δὲ δὴ Σέξτος ταῦτά τε τῷ Καίσαρι ἐγκαλῶν, καὶ ὅτι ἡ Ἀχαΐα ἐκεκάκωτο, καὶ οὔτε αὐτῷ οὔτε τοῖς κατελθοῦσι τὰ ὁμολογηθέντα ἐγίγνετο, ἔπεμψε Μενεκράτην ἐς τὴν Ἰταλίαν, ἐξελεύθερον καὶ αὐτὸν ἑαυτοῦ ὄντα, καὶ δι' ἐκείνου ἄλλα τε τῆς Καμπανίας καὶ Βόλτουρνον ἐπόρθησεν. ὁ οὖν Καῖσαρ μαθὼν τοῦτο, τά τε γραμματεῖα τὰ τῆς συμβάσεως ἀνείλετο παρὰ τῶν ἀειπαρθένων, καὶ τὸν B Ἀντώνιον τόν τε Λέπιδον μετεπέμψατο. καὶ αὐτῷ Λέπιδος μὲν οὐκ εὐθὺς ὑπήκουσεν· Ἀντώνιος δὲ ἦλθε μὲν ἐς τὸ Βρεντέσιον (ἐν γὰρ τῇ Ἑλλάδι ὢν ἐτύγχανεν ἔτι) πρὶν δὲ ἢ συμμῖξαι τῷ Καίσαρι ἐν Τυρσηνίᾳ ὄντι, δείσας, ὅτι λύκος ἔς τε τὸ στρατηγικὸν αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ στρατιώτας ἔφθειρεν, ἐς τὴν Ἑλλάδα αὖθις, πρόφασιν τὰ τῶν Πάρθων ὡς κατεπείγοντα ποιησάμενος, ἀνέπλευσε. πρὸς οὖν τοῦτο ὁ 259
C Καῖσαρ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐγκαταλελεῖφθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὅπως μόνος τῷ πολέμῳ συσχεθῇ, ἐνόμιζεν, ἀλλ' οὔτι γε καὶ φανερῶς ὠργίζετο. ὁ δὲ δὴ Σέξτος ἐθρύλει τε ὡς μὴ δικαιοῦντος τοῦ Ἀντωνίου αὐτόν, καὶ προθυμότερον τῶν προκειμένων εἴχετο, καὶ τέλος τῇ τε Ἰταλίᾳ ἐπέπλει, καὶ ἀποβάσεις ποιούμενος, πολλὰ μὲν ἐκάκου, πολλὰ δὲ καὶ ἀντέπασχε. κἂν τούτῳ ναυμαχία πρὸς Κύμῃ τοῦ τε Μενεκράτους καὶ τοῦ Καλουϊσίου Σα- D βίνου γίγνεται· καὶ ἐν αὐτῇ νῆες μὲν πλείους τοῦ Καίσαρος, ἅτε πρὸς θαλασσουργοὺς ἀντικαθισταμένου, ἀπώλοντο· ὁ δὲ δὴ Μενεκράτης τῷ Μηνᾷ συμπεσὼν ἐκ φιλονεικίας, καὶ φθαρείς, ἀντίρροπον τὴν συμφορὰν τῷ Σέξτῳ παρέσχε· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐκεῖνος προσεποιήσατό τι τῆς νίκης, καὶ ὁ Καῖσαρ παρεμυθεῖτο ἑαυτὸν τῆς ἥττης. καὶ (ἔτυχε γὰρ ἐν τῷ Ῥηγίῳ τὸν χρόνον τοῦτον ὢν) δείσαντες οἱ E Σέξτειοι μὴ καὶ ἐς τὴν Σικελίαν περαιωθῇ, καὶ πρὸς τὸν τοῦ Μενεκράτους θάνατον ἀθυμήσαντες, ἀπῆραν ἐκ τῆς Κύμης. ὁ οὖν Σαβῖνος ἐπιδιώκων αὐτούς, μέχρι μὲν Σκυλλαίου τοῦ τῆς Ἰταλίας ἀκρωτηρίου ἀπόνως ἦλθε· περιβαλόντι δ' αὐτῷ ἐκεῖνο ἄνεμος μέγας προσπεσών, πολλὰς τῶν νεῶν τὰς μὲν πρὸς τὴν ἄκραν προσήραξε, τὰς δὲ καὶ μετεώρους κατέδυσε, πάσας δὲ τὰς λοιπὰς διεσκέδασε. πυθόμενος οὖν τοῦτο ὁ Σέξ-

A ςτς, ἐπέμψεν ἐπ' αὐτὰς, τὸ ναυτικὸν Ἀπολλοφάνει προστάξας. καὶ ὃς εὑρὼν τὸν Καίσαρα ταύτῃ που παραπλέοντα, ἵνα μετὰ τοῦ Σαβίνου ἐς τὴν Σικελίαν διαβάλῃ, ἐπ' αὐτὸν ἦξε. κἀκ τούτου ἐκεῖνος τάς τε ναῦς συνωρμίσας, καὶ τοὺς ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν παρατάξας, τὸ μὲν πρῶτον πάνυ γενναίως αὐτὸν ἀπεκρούσατο (αἵ τε γὰρ νῆες ἀντίπρῳροι τεταγμέναι, οὐδεμίαν οἱ ἀσφαλῆ ἐμβολὴν ποιήσασθαι ἐπέτρεπον, ἀλλ' οἷα καὶ παχύτεραι καὶ ὑψηλότεραι οὖσαι, πλεῖον τοῖς πλησιάζουσι ἔβλαπτον, B καὶ οἱ ὁπλῖται ἐς χεῖρας σφίσιν ἰόντες, πολὺ κρείττους ἐγίγνοντο) ἔπειτα δὲ τοῦ Ἀπολλοφάνους, τοὺς μὲν τραυματίας, τούς τε ἀεὶ πονουμένους, ἐς ἑτέρας ναῦς ἐπιτεταγμένας οἱ μετεκβιβάζοντος ἐξ ἀνακρούσεως, ἄλλους δὲ ἀκραιφνεῖς μεταλαμβάνοντος, καὶ τοῖς τε περίπλοις συνεχεῖς ποιουμένου, καὶ πυρφόροις βέλεσι χρωμένου, ἐτράπετο, καὶ πρὸς τὴν γῆν καταφυγὰν καθωρμίσατο. καὶ ἐπεὶ C καὶ ὣς οἱ ἐναντίοι σφίσιν ἐνέκειντο, τάς τε ἀγκύρας τινὲς ἐξαίφνης ἀπέκοψαν, καὶ ἐς αὐτοὺς ἀπροσδόκητοι ἀντεξώρμησαν. καὶ τοῦτό τε ἐπέσχε μὴ πάσας τὰς ναῦς τὸν Ἀπολλοφάνη τὰς μὲν καταπρῆσαι, τὰς δὲ ἀναδήσασθαι, καὶ ὅτι νὺξ τῷ ἔργῳ ἐπεγένετο. τούτου δὲ τοιούτου συμβάντος, ἄνεμός τις τῇ ὑστεραίᾳ ἐξαίσιος τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Σαβίνῳ καθ' ἓν ὁρμοῦσιν ἐπιπεσὼν, σμικρὸν τὸ πρότερον πάθος αὐτῶν ἀπέφηνε. καὶ τὸ μὲν τοῦ Σαβίνου ναυτικὸν ἧττον ἐπόνησεν (ὁ γὰρ Μηνᾶς, ἅτε ἐκ πολλοῦ θα- D λαττουργὸς ὢν, τόν τε χειμῶνα προείδετο, καὶ ἐς τὸ πέλαγος εὐθὺς τὰς ναῦς ἀνώρμισε, καὶ αὐτὰς ἀγκύραις χαλαραῖς, ἵνα μὴ τὰ σχοινία τεινόμενα διαρραγῇ, διαλαβὼν, πρὸς αὐτὸν τὸν ἄνεμον ἀντῄρέ τε, καὶ οὕτως οὔτε τὶ σχοινίον ἔτεινε, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ ἔμενε, πᾶν ὅσον ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀπεωθεῖτο, ἐκ τῆς εἰρεσίας ἀνακομιζόμενος) οἱ δ' ἕτεροι, ἅτε τῇ προτεραίᾳ δεινῶς ταλαιπωρηκότες, καὶ τὰ θαλάττια E μηδέπω ἀκριβῶς εἰδότες, πρός τε τὴν γῆν ἐγγὺς οὖσαν ἐξεβράσθησαν, καὶ πολλὰς ναῦς ἀπέβαλον. ἥ τε νὺξ ὥσπερ πρότερον οὐκ ἐλάχιστα αὐτοῖς ἐβεβοηθήκει, οὕτω τότε ἐς τὰ μάλιστα ἐλυμήνατο. ὁ γὰρ ἄνεμος καὶ δι' αὐτῆς πολὺς γενόμενος, ἀπέρρηγνύ τε ἀπὸ τῶν ἀγκυρῶν τὰ σκάφη, καὶ πρὸς τὰς πέτρας ἐξεώθει.

lophanem in eas cum classe emisit: qui quũ eo loco circumnauigãtem Cæsarem cum Sabino, in Siciliam traiiciendi consilio, offenderet, aduersus eum se conuertit. Cæsar, naues in ordinem collocans, & armatos milites ad eas defendendas statuens, primò hostes fortiter omnino repulit: (nam naues eius, proris aduersus hostem directis, non concedebant vt is tutò ictum iis inferre posset, sed quum & crassiores & celsiores essent, maius damnum accedenti hostili naui inferebant: adhæc milites cum hoste manus conserẽtes, longè superiores fiebant) sed quũ Apollophanes se recipiens, saucios ac fessos subinde in alias naues, ad hoc destinatas, exponeret, aliósque integros pro iis reciperet, ac crebrò naues ad hostem appelleret, igniferis etiam iaculis vteretur: tandem Cæsar pulsus ad terram, confugit, & in stationem subduxit. Quũ etiamnum instarẽt hostes, quidam, repentè anchoris abscissis, obuiã iis ex improuiso prouecti sunt: id, ac nox superueniens, effecit quominus omnes naues Apollophanes accenderet, aut abduceret. Postridie ventus aduersus Cæsarem ac Sabinum (vno enim in loco stationem habebant) ita afflixit, vt prius incommodum exiguum iam videretur. Ac Sabini quidem classis minus læsa est. Menas enim rei maritimæ multo vsu peritus, quum tempestatem præuidisset, naues in altum deduxit, anchorísque laxioribus, ne funes inter tendendum rumperentur, fixit, eóque modo vento restitit, quum neque funes vlli intenderentur, & semper eodem in loco ipse cũ nauibus persisteret, naues in eum locum vnde eas ventus propulisset, remigando reducens. Reliqui verò, qui & pridie magno essent periculo conflictati, neque nauticas artes satis tum callerent, ad terram propinquam allisi, multas naues perdiderunt: ac nox, quæ præcedenti die haud minimo ipsis auxilio fuerat, tum summum eis detrimentum attulit. Nam ventus sub noctem validior factus, naues ab anchoris reuulsas in scopulos impulit, & cum ipsis

Cæsaris & Apollophanis naumachia.

Cæsaris classis tempestate affligitur.

Sextus Pompeius Neptuni filius.

Liparenſes à Cæſare in Cãpaniam tranſlati.

Cæſaris apparatus ad bellum Pompeianum.

Anno V.C. 717.

ſocii nauales etiam ac claſſici milites, quia & tenebræ proſpectum omnem adimebãt, & propter tumultum, ac ſonum à montibus redditum, ventúmque obſtrepentem, exaudire nihil poterant, vnà periere. Hac accepta clade Cæſar, Siciliæ potiundæ ſpe abiecta, contentus fuit continentis orã maritimam tueri. Pompeius autem magis tum elatus animo, verè Neptuni filius eſſe creditus eſt, veſtémque cæruleam induit, & (vt quidam referunt) equos viróſque viuos in fretum coniecit: Italiam poſtea ipſe vaſtans, Apollophanem in Africam miſit, quem, conſecutus Menas, damno affecit. Cæterùm, incolis earum quæ ſunt ſunt circum Siciliam inſularum, ad Pompeium deficientibus, Liparenſes Cæſar anteuertit, & ex inſula in Campaniã trãſlatos, Neapoli habitare vſque ad finem belli coegit. Interim per vniuerſam fermè Italiam naues ædificabat, remiges primùm ab amicis, tanquam vltro conferẽtibus, deinde à reliquis etiam ſenatoribus, equitibúſque & plebeiorum locupletibus accipiebat, claſſiariorum delectus agebat, pecuniam ab omnibus ciuibus, ſociis, ſubditíſque, & intra & extra Italiam, cõtrahebat. Nauibus parandis, & colligendis exercendíſque remigibus, totus is cum ſequenti annus eſt conſumptus. Cęſar hæc & reliqua omnia, quæ & in Italia & in Gallia fiebant, inſpiciebat, atque vti fierent mandabat. Agrippæ rei naualis apparandæ negotio dato: Nam in Gallia quoque rebellio facta erat, & Agrippam (conſul is tum erat cum L. Gallo) contra eos qui defecerant, bellum gerentem, cuius cauſa etiam ſecundus ipſe, inter Romanos, Rhenum tranſiuit, tum Cæſar euocatum, & triũphi honore affectum, claſſi fabricandę, exercendíſque naualibus, ſociis militibúſque præfecerat. Igitur Agrippa, triumpho omiſſo (turpe enim putabat eſſe ſi, re à Cæſare infeliciter geſta, ipſe exultaret) omni ſtudio in mandatum ſibi munus incubuit: proinde in vniuerſa ora ma-

A καὶ ἐκεῖνά τε οὕτω διώλλυτο, καὶ οἱ ναῦται οἵ τε ἐπιβάται, μήτε προϊδεῖν τι ὑπὸ τοῦ σκότους, μήτ᾽ ἐπακοῦσαι, διά τε τὸν θόρυβον, καὶ διὰ τὴν ἠχὼ τὴν ἐκ τῶν ὀρῶν, ἄλλως τε καὶ τοῦ πνεύματος ἀντιπαταγοῦντος σφίσι, δυνάμενοι, μάτην προσαπώλλυντο. καὶ διὰ τοῦτο ὅ,τε Καῖσαρ τῆς μὲν Σικελίας ἀπέγνω, τῆς δ᾽ ἠπείρου τῆς παραθαλασσίας φυλακὴν ἀγαπητῶς ἐποιήσατο. καὶ ὁ Σέξτος ἔτι καὶ μᾶλλον ἤρθη, καὶ τοῦ τε Ποσειδῶνος υἱὸς ὄντως ἐπίστευεν εἶναι, καὶ στολὴν κυανοειδῆ ἐν- B εδύσατο. ἵππους τε καὶ (ὥς γέ τινές φασι) καὶ ἄνδρας ἐς τὸν πορθμὸν ζῶντας ἐνέβαλε. καὶ αὐτὸς μὲν τὴν Ἰταλίαν ἦγε καὶ ἔφερεν, ἐς δὲ Λιβύην τὸν Ἀπολλοφάνην ἔπεμψε. καὶ τοῦτον μὲν ὁ Μηνᾶς ἐπιδιώξας καὶ καταλαβὼν ἐκάκωσε. μεθισταμένων δὲ τῶν περὶ τὴν Σικελίαν νησιωτῶν πρὸς τὸν Σέξτον, ὁ Καῖσαρ τοὺς Λιπαραίους προκατέλαβε, καὶ ἔκ τε τῆς νήσου ἐξανέστησε, καὶ ἐς Καμπανίαν ἐκόμισε, καὶ ἐκεῖ ἐν Νεαπόλει κατοικεῖν, μέχρις C οὗ ἂν πόλεμος ᾖ, ἠνάγκασε. κἀν τούτῳ πλοῖά τε κατὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν ἐναυπηγεῖτο· καὶ ἐρέτας τὰ μὲν πρῶτα παρὰ τῶν φίλων, ὡς καὶ ἑκόντων διδόντων, ἔπειτα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, τῶν τε δημοτῶν τῶν εὐπόρων, δούλους συνέλεγεν, ὁπλίτας τε κατελέγετο, καὶ χρήματα παρά τε τῶν πολιτικῶν καὶ παρὰ τῶν συμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων τῶν τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῶν ἔξω πάντων, ἤθροιζε. καὶ τόν D γε ἐνιαυτὸν τοῦτόν τε καὶ ὕστερον ἔς τε τὴν ναυπηγίαν τῶν νεῶν, καὶ ἐς τὴν ἄθροισιν τήν τε ἄσκησιν τῶν ἐρετῶν κατανάλωσεν, αὐτὸς μὲν ἐφορῶν καὶ διατάττων ταῦτά τε καὶ τὰ ἄλλα τά τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν τῇ Γαλατίᾳ (κίνησις γάρ τις περὶ αὐτοῖς ἐγίγνετο) τῷ δ᾽ Ἀγρίππᾳ τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἐγχειρίσας. τοὺς γὰρ Γαλάτας αὐτὸν τοὺς νεωτερίσαντας προσπολεμούμενον, ὅτε περ καὶ τὸν Ῥῆνον δεύτερος δὴ Ῥωμαίων ἐπὶ πολέμῳ E διέβη, μετεπέμψατο, καὶ τῇ τε δόσει τῶν νικητηρίων ἐτίμησε, καὶ ἐκπονῆσαι ἐξασκῆσαί τε τὸ ναυτικὸν ἐκέλευσε. καὶ ὃς (ὑπάτευε δὲ μετὰ Λουκίου Γάλλου) τὰ μὲν ἐπινίκια οὐκ ἔπεμψεν, αἰσχρὸν εἶναι νομίσας, τοῦ Καίσαρος κακῶς πεπραγότος, γαυρωθῆναι· τὸ δὲ δὴ ναυτικὸν πάνυ προθύμως ἐξεργάσατο. ἐγίγνετο μὲν γὰρ ἐν πάσῃ τῇ παραθα-

λασσίῳ Ἰταλίᾳ τὰ σκάφη· ὡς δ' οὐδεὶς αἰγιαλὸς ἐγκαθορμίσασθαι αὐτοῖς ἀσφαλὴς εὑρίσκετο (ἀλίμενα γὰρ ἔτι καὶ τότε τὰ πλείω τῆς ἠπείρου ταύτης ἦν) ἔργον μεγαλοπρεπὲς καὶ ἐνενόησε καὶ ἐξεποίησεν· ὃ ἐγὼ διὰ πλειόνων ἐξηγησάμενος, ἐκεῖνό τε ἐπιδείξω τῷ λόγῳ, καὶ τἆλλα τὰ κατ' αὐτὸ νῦν ὄντα.

Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ Καμπανίδι χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Ποτιόλων μηνοειδές ἐστιν· ὄρεσί τε γὰρ σμικροῖς καὶ ψιλοῖς πλὴν βραχέων περιείληπται, καὶ θάλασσαν τριπλῆν κολπώδη ἔχει. ἡ μὲν γὰρ ἔξω τε καὶ πρὸς ταῖς πόλεσιν ἐστίν, ἡ δ' ὀλίγῃ διαφυῇ ἀπ' αὐτῆς διείργεται· ἄλλη ἐν αὐτῷ τῷ μυχῷ λιμνώδης ὁρᾶται. καὶ καλεῖται αὕτη μὲν, Ἀουερνίς, ἡ δὲ μέση, Λουκρῖνις. ἡ γὰρ ἔξω τοῦ Τυρσηνικοῦ οὖσα, ἐς ἐκεῖνο καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τελεῖ. ἐν ταύτῃ δὴ τῇ θαλάσσῃ τῇ ἐντὸς ἑκατέρας στενοῖς τότε εἰσπλοις τὸ διάφραγμα τὴν Λουκρινίδα ἀπὸ τοῦ πελάγους ἐπ' ἀμφότερα πρὸς αὐτὴν τὴν ἤπειρον ὁ Ἀγρίππας συντρήσας, λιμένας ναυλοχωτάτους ἀπέδειξεν. ἐργαζομένων δ' αὐτῶν, εἰκών τις ὑπὲρ τῆς Ἀουερνίδος (εἴτ' οὖν τῆς Καλυψοῦς, ἧς δὴ χωρίον ἀνατιθέασιν, ἐς ὃ καὶ τὸν Ὀδυσσέα ἐσπλεῦσαι λέγουσιν, εἴτε καὶ ἑτέρας τινὸς ἡρωΐνης οὖσα) ἱδρῶτος, ὥσπερ τι σῶμα ἀνθρώπινον, ἀνεπλήσθη. καὶ τοῦτο μὲν ὅπῃ ποτὲ συμβαίνει, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἀξιαφήγητα ἐθεασάμην, φράσω. τὰ ὄρη ταῦτα πρὸς ταῖς ἔνδον θαλάσσαις ὄντα, πηγὰς πυρός τε ἅμα πολλοῦ καὶ ὕδατος συμμιγεῖς ἔχει· καὶ αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ ἑκάτερον οὐδαμοῦ εὑρίσκεται (οὔτε γὰρ πῦρ αὐτό, οὔθ' ὕδωρ ψυχρὸν αὐτὸ φαίνεται) ἐκ δὲ δὴ τῆς ὁμιλίας σφῶν τό, τε ὕδωρ θερμαίνεται, καὶ τὸ πῦρ ὑγραίνεται· καὶ ἐκεῖνο μὲν πρὸς τὴν θάλασσαν διὰ τῶν προπόδων ἐς τὰς δεξαμενὰς χωρεῖ· τὴν δ' ἀτμίδα αὐτοῦ ἔς τε οἰκήματα μετέωρα διὰ σωλήνων ἀνάγουσι, κἀνταῦθα αὐτῇ πυριῶνται. ὅσα γὰρ ἂν ἐπὶ πλεῖον ἀπό τε τῆς γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀναδράμῃ, ξηρότερα γίγνεται. κατασκευαί τε οὖν περὶ ἀμφότερον πολυτελεῖς ἤσκηνται, καὶ ἔστιν ἔς τε βίου διαγωγὴν καὶ ἐς ἄκεσιν ἐπιτηδειότατα. ταῦτά τε οὖν τὸ ὄρος ἐκεῖνο, καὶ

A ritima Italiæ naues conficiebantur. Sed quoniam littus nullũ erat quo tutò illæ in statione locari possent: (eo enim tempore pleræque eius continentis partes portum nullum habebant) opus præclarum & excogitauit Agrippa, & perfecit: quod ego copiosius exponam, vt & quale fuerit intelligi possit, & quæ præterea sit eius loci natura.

Cumæ vrbs est Campaniæ, ibique B locus quidã in lunæ formam curuatus, inter Misenum & Puteolos: is enim ferè totus montibus paruis ac nudis circũdatur, habétq; tres sinus maris, quorũ vnus extrà, prope ipsas vrbes est, Tyrrhenum vocant, quòd ad mare Tyrrhenum pertinet: secundus exigua intercapedine à priore dirimitur, Lucrino nomen est: tertius in ipso recessu interiori, stagni in morem extat, Auerni nomine. Proinde Agrippa, in ea maris C parte, propter ipsam continentem, id interstitium quod Lucrinum lacum vtrinque à mari dirimebat, angustis faucibus, per quas naues introire possent, apertis perfodit, effecítque portus nauium stationi aptissimos. Quum id opus fieret, supra Auernum lacum, simulacrum quoddam (siue id Calypsûs fuit, cui sacrum eum locum esse dicunt: quâ etiam Vlyssem naui intrasse perhibent: siue alius cuiusdam heroinæ) sudore, tanquam humanum quod- D dam corpus, repletum est. id quomodo factum sit, non habeo quod dicam: reliqua autem quæ eo in loco commemoratione digna vidi, exponam. Montes isti, qui ad interiores sinus extant, fontes habent ignis multi cum aqua commixti, ac nequaquam vel ignis vel aqua seorsim reperitur, verùm ex eorum inter se coitu & aqua calescit, & ignis fluidus fit: atque ea quidem aqua per montium procurrentes ad mare extremitates in cisternas defer- E tur: vaporem autem in ædes subliniores canalibus subducunt, ac eo calefiunt. nam quæ longius à terra & aqua sursum se attollunt, ea sicciora redduntur. Igitur vterque locus pretiosa habet ædificia, éstque & ad delectationem vitæ & ad medẽdum aptissimus. Hæc is mons habet.

Situs lacuum Auerni, Lucrini, itémque Baiarum describitur.

Portus ad Baias ab Agrippa factus.

Prodigium.

Calypso.

Baiarum naturam explicat.

præterea verò terra ibi hac natura est vt (quoniam ignis vim comburendi, propter aquæ coniunctionem, omnem amiserit, nihilominus tamen diuidere ac colliquare obiectam materiam possit) terræ eò loci pinguedine omni consumpta, tãtùm duræ eius & quasi osseæ partes relinquantur. igitur glebę necessariò sunt cauernosæ, &, si æstuoso in loco ponantur, in puluerem abeũt, sin aqua admisceatur, ita cohærent, vt quandiu humectæ sint, condensatæ in lapidis modum consistant. cuius rei caussa est, quòd eius terræ friabilis per se, ariditatem ignis cognatus auget atque eam comminuit: idẽ admixtione humoris quũ refrigeretur, interiores huius terræ partes humor constipat, ita vt dissolui inuicem haud possint. Hæc est Baiarum (id enim ei loco nomen) natura. Porro Agrippa, quum primùm istum locum ita fabricatus esset vt naues eò subire possent, naues conduxit, easque intexit, remigesque congregatos remos ducere in transtris docuit.

Romæ autẽ hominũ animi prodigiis turbati sũt: inter quæ multa annũtiata, etiam id relatũ est, Delphines apud Clypeã Africæ vrbẽ, inter se depugnasse, ac periisse: præterea ad ipsam vrbem sanguis è cœlo defluxerat, eúmque aues in varia loca distulerant: ludis quoque Romanis nullum senatorem in Capitolio epulatum esse, quod aliâs more receptum erat, in prodigium tractum fuit. Liuiæ autem huiusmodi prodigium euenit, quod ei voluptatem, aliis metum, attulit: Aquila gallinam albam in gremium eius abiecit, quæ ramũ lauri fructum suum ferentis gestabat. Liuia, quòd id ostentum haud exiguũ duceret, gallinam adseruauit diligẽter: laureum autem ramum seuit, atque is radicibus actis adoluit, ita vt postea temporis frondes triumphantibus diu admodum suppeditauerit: ac futurum erat vt Liuia suo in sinu potentiam Cæsaris, ipsúmque omnibus in rebus parentem sibi haberet. Ad prodigiorum terrorem accessit etiam magistratuum crebra commutatio, quæ Romanorum animos haud mediocriter mouebat:

Liuiæ ostentum factum.

A προσέτι καὶ γῆς φύσιν τοιάνδε παρέχεται· τοῦ πυρὸς τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔχοντος (ὑπὸ γὰρ τῆς τοῦ ὕδατος συνουσίας πᾶν τὸ φλογῶδες αὐτοῦ σβέννυται) διακρίνειν δὲ δὴ καὶ διατήκειν τὰ προστυχόντα οἷ καὶ ὡς δυναμένου, συμβαίνει τῆς γῆς τὸ μὲν λιπαρὸν ἐκτήκεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, τὸ δὲ τραχὺ καὶ ὀστῶδες, ὡς εἰπεῖν, ὑπολείπεσθαι. σηραγγώδεις τε οὖν οἱ ὄγκοι ἐξ ἀνάγκης γίγνονται, καὶ αὐχμῷ μὲν δοθέντες, ἐς κόνιν διαλύονται, ὕδατι δὲ συγ-
B κονία φυραθέντες, συνίσανται· καὶ ἐφ' ὅσον γ' ἂν ἐν τῷ ὑγρῷ ὦσι, πήγνυνταί τε καὶ πετρῶνται. αἴτιον δὲ, ὅτι τὸ μὲν κραῦρον αὐτῶν ὑπὸ μὲν τοῦ πυρὸς ὁμοφυοῦς ὄντος ἐπιπίνεταί τε καὶ θραύεται, τῇ δὲ δὴ συμμίξει τῆς νοτίδος ἀναψύχεται· κἀκ τούτου εἴσω διὰ παντὸς συμπιληθὲν, ἄλυτον γίγνεται. τοιαῦται μὲν αἱ Βαίαι (οὕτω γὰρ ὁ χῶρος καλεῖται) τυγχάνουσι. καὶ ἐς αὐτὰς τότε ὁ Ἀγρίππας ἐπεὶ τάχιστα τοὺς εἴσπλους ἐξε-
C ποίησε, τάς τε ναῦς καὶ τοὺς ἐρέτας ἤθροισε· καὶ τὰς μὲν κατέφραττε, τοὺς δὲ ἐπὶ ἰκρίων ἐρέττειν ἤσκει.

Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταράττοντο μὲν ὑπὸ σημείων (ἄλλα τε γὰρ συχνὰ σφίσιν ἐσηγγέλθη, καὶ ὅτι δελφῖνες πολλοὶ περὶ τὴν Ἀσπίδα τὴν τῆς Ἀφρικῆς πόλιν ἐμαχέσαντό τε ἀλλήλοις, καὶ διεφθάρησαν· καί τι καὶ αὐτοῦ πρὸς τῷ ἄστει αἷμα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ῥυὲν ὄρνιθες διεφόρησαν) ἐπειδή τε ἐν τῇ πανη-
D γύρει τῇ τῶν Ῥωμαίων οὐδεὶς τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ὥσπερ εἴθιστο, εἱστιάθη, ἐν τέρατος λόγῳ καὶ τοῦτ' ἔλαβον. ὅ, τε τῇ Λιουΐᾳ συνέβη, ἐκείνῃ μὲν καθ' ἡδονὴν ἐγένετο, τοῖς δ' ἄλλοις δέος ἐνεποίησε. λευκὴν γὰρ ὄρνιθα κλώνιον δάφνης ἐγκάρπου φέρουσαν ἀετὸς εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς ἐνέβαλε, καὶ (ἐδόκει γὰρ οὐ σμικρὸν τὸ σημεῖον εἶναι) τήν τε ὄρνιθα ἐν ἐπιμελείᾳ ἦγε, καὶ τὴν δάφνην ἐφύτευσε. καὶ ἡ μὲν ῥιζωθεῖσα ηὔξησεν, ὥστε
E καὶ τοῖς τὰ ἐπινίκια μετὰ τοῦτο πέμψασιν ἐπὶ πλεῖστον ἐξαρκέσαι· ἥ τε Λιουΐα ἐγκολπώσασθαι καὶ τὴν τοῦ Καίσαρος ἰσχὺν, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῦ κρατήσειν ἔμελλε. τοὺς δὲ δὴ ἄλλους τοὺς ἐν τῇ πόλει ταῦτά τε καὶ αἱ διαλλαγαὶ τῶν ἀρχόντων ἰσχυρῶς ἐτάραξαν·

οὐ γάρ

οὐ γὰρ ὅπως οἵ τε ὕπατοι καὶ οἱ στρατηγοί, ἀλλὰ καὶ οἱ ταμίαι ἐπ' ἀλλήλοις ἀντικατέστησαν. καὶ τοῦτ' ἐπὶ χρόνον ἐγένετο. αἴτιον δέ, ὅτι πάντες οὐχ οὕτως ἵν' οἴκοι ἐπὶ πλεῖον ἄρξωσιν, ὡς ἵνα ἐν τοῖς ἄρξασιν ἀριθμῶνται, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς δυνάμεις τὰς ἔξω λαμβάνειν ἐσπούδαζον. οὔκουν οὐδὲ ἐς ῥητὸν ἔτι τινὲς χρόνον ᾑροῦντο, ἀλλ' ὥστε ἐπιβῆναί τι τοῦ ὀνόματος τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀποστῆναι ὅταν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι δόξῃ. καὶ πολλοί γε ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἑκάτερον ἔπραξαν· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ παντάπασι τὰς ἀρχὰς ὑπὸ πενίας ἐγκατέλιπον. τῶν γὰρ σὺν τῷ Σέξτῳ τότε ὄντων, ὡς καὶ κατὰ δίκην δή τινα ἀτιμωθέντων, οὐ μνημονεύσω· βουλομένου δ' οὖν καὶ Μάρκου τινὸς Ὀππίου ἀγορανομίας ὑπ' ἀπορίας (ἐκ γὰρ
262 τῶν ἐπικεκηρυγμένων καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν) ἐκστῆναι, τὸ πλῆθος οὐκ ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἔς τε τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα, καὶ ἐς τὸ τῆς ἀρχῆς ἀνάλωμα ἀργύριον αὐτῷ συνεσήνεγκε. καὶ λόγος γε ἔχει καὶ τῶν κακούργων τινὰς ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον ἐν προσωπείοις, ὡς καὶ ὑποκρινομένους τι, ἐσελθόντας, συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα. καὶ ὁ μὲν οὕτω ζῶν τε ὑπὸ τοῦ ὁμίλου ἠγαπήθη, καὶ ἀποθανὼν οὐ πολλῷ ὕστερον, ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον ἐκομίσθη, καὶ ἐκεῖ καὶ ἐτάφη, καυθεὶς πρότερον. ἡ δὲ δὴ βουλή, ἀγανακτήσασα τῇ πάσῃ τοῦ πλήθους περὶ αὐτὸν σπουδῇ, τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, ὡς οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ χωρίῳ κείμενα, ἀνείλετο, πεισθεῖσα τοῖς ποντίφιξι, καίπερ πολλοὺς ἄλλους ἐν αὐτῷ καὶ πρότερον καὶ μετὰ ταῦτα θάψασα.

Κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ὁ Ἀντώνιος ἦλθε μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν αὖθις ἐκ τῆς Συρίας, πρόφασιν μὲν ὡς καὶ τοῦ Σεξτείου πολέμου διὰ τὰς τοῦ Καίσαρος συμφορὰς μεθέξων· οὐ μέντοι καὶ προσέμεινεν αὐτῷ, ἀλλ' ἅτε ἐς κατασκοπὴν αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ καὶ ἔργου τινὸς ἕνεκα ἀφιγμένος, ἐκείνῳ μὲν ναῦς ἔδωκε, καὶ ἄλλας πέμψειν ὑπέσχετο, ἀνθ' ὧν ὁπλίτας ἀντέλαβεν· αὐτὸς δὲ ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς Πάρθους στρατεύσων ἀπῆρε. πρὶν δὲ ἢ ἀποπλεῖν αὖθις, ᾐτιάσαντο ἀλλήλους, πρότερον μὲν διὰ τῶν ἑταίρων, ἔπειτα δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν·

A quum non consules modò & prætores, sed quæstores etiam, alii aliis identidem sufficerentur. In causa autē fuit, quòd vnusquisque id expetebat, non tam vt domi aliquandiu cum magistratu esset, quàm vt inter eos qui magistratū gessissent, relatus, honorem inde ac prouinciam aliquam acciperet. Itaque non ad certum quoddam tempus magistratus dabantur, sed pro arbitrio eorum penes quos suprema erat potestas, idem & accipiebat no- B men alicuius magistratus, & deponebat: id quod multi vtrunque eadem die fecerunt: nec defuerunt qui, propter suam paupertatem, omnino magistratus non adierunt. Inter quos (prætereo enim eos qui cum Sexto Pompeio fuerant, ac ignominia quadam tanquam damnati afficiebātur) Marcus Oppius quum ædilitatem omittere paupertatis causa (hic enim & pater quoque eius, in proscriptorum nu- C mero fuerant) statuisset, plebs id non permisit, sed stipem ei contulerunt, cùm ad sustentandam rem familiarem, tum ad impensas muneris ædilitii. fertúrque, quosdam flagitiosos personatos, pro histrionibus, in theatrum ingressos, pecuniam præbuisse. Non viuus modò iste Oppius ita gratus plebi fuit, sed defunctum etiam iidem paulo pòst in campum Martium extulerunt, crematúmque ibi humarunt. Quod plebis studium erga Oppiū, D omne indignè ferens senatus, ossa eius, monitu pontificum, tanquam loco sacro non rite posita, inde remouit, quanuis & antè & pòst multos eodem loco sepelierint.

M. Oppium quanto studio populus prosecutus.

Circa hoc tēpus Antonius ex Syria in Italiam venit: ac præ se ferebat venire se ad belli societatem contra Sextum Pompeium gerendi, aduersa fortuna Cæsaris permotum: sed quia re ipsa magis speculandi causa quàm agendi aderat, nauibus suis Cæsari datis, aliísque quas mitteret E promissis, receptísque loco eārum militibus, discessit, bellum Parthicum obtendens. Antequam discederet ex Italia Antonius, ipse & Cæsar mutuò primùm per amicos, pòst coram expostulauerunt:

Antonius in Italiam venit, & inde abit rursum.

ac, quia non vacabat ipsis bellum mouere, in gratiam redierunt, Octauiæ præcipuè opera. Ac, quò arctiori necessitudinis vinculo continerentur, Cæsar Antyllo, Antonii filio, filiam suam despondit, ac contrà Antonius suam ex Octauia filiã Domitio (quanquam is & ex percussoribus Cæsaris vnus esset, & proscriptus fuisset) desponderunt. Hæc verò ita ab iis fingebantur, quæ facturi haud quaquam erant: sed tantum simulabant, quia præsentia negotia id poscebant. (Octauiam quidem Antonius statim à Corcyra in Italiam remisit, ne sui in Parthico bello periculi consors ea foret. Prætereà verò Sexto Pompeio consulatum & sacerdotium, quæ ei destinata fuerãt, ademerunt illi: ac in aliud sibi quinquennium (iam enim exierat prius) principatum prorogauerunt. Deinde Antonius in Syriam profectus est, Cæsar bellum incepit: in quo ex sẽtentia ei omnia successerunt, nisi quòd Menas, homo natura fidei ambiguæ, ac semper felicioris partes potiores habens, quum præterea indignè ferret nullum sibi proprium esse imperium, sed Sabino se esse subiectum, iterum ad Sextum Pompeium transfugit. Hæc hyeme gesta, L. Gellio, Cocceio Nerua, consulibus.

Nouæ affinitates contractæ.

Menas ad Pōpeium rursum transit.

A καὶ (οὐ γάρ πω σχολὴν πολεμῆσαι σφίσιν ἦγον) συνηλλάγησαν τρόπον τινά, τῆς Ὀκταουίας ὅτι μάλιστα τοῦτο πραξάσης· καὶ ὅπως γε πλείοσι τοῖς τῆς συγγενείας συνδέσμοις συνέχοιντο. ὅ, τε γὰρ Καῖσαρ Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱεῖ τὴν θυγατέρα, καὶ ἐκεῖνος τῷ Δομιτίῳ, καίτοι τοῦ Καίσαρος σφαγεῖ τε γενομένῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀπολουμένοις ἐκτεθέντι, τὴν ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τῆς Ὀκταουίας οἱ γεννηθεῖσαν ἐνηγγύησε. ταῦτά τε ἅμα
B πρὸς ἀλλήλους ἐπλάσαντο· οὐ γάρ πω καὶ ποιήσειν τι αὐτῶν ἤμελλον, ἀλλ' ἐς τὴν χρείαν τῶν παρόντων σφίσι πραγμάτων ὑπεκρίνοντο. ἀμέλει καὶ τὴν Ὀκταουίαν αὐτὴν εὐθὺς ἐκ τῆς Κερκύρας ὁ Ἀντώνιος ἐς τὴν Ἰταλίαν, ἵνα δὴ μὴ συγκινδυνεύσῃ οἱ τοῖς Πάρθοις πολεμοῦντι, ἀπέπεμψεν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τῷ τότε ἐκεῖνά τε οὕτως ἔπραξαν, καὶ τὸν μὲν Σέξτον τῆς τε ἱερωσύνης ἅμα καὶ τῆς ὑπατείας ἐς ἣν ἀπεδέ-
C δεικτο, ἔπαυσαν, ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἡγεμονείαν ἐς ἄλλα ἔτη πέντε, ἐπειδὴ τὰ πρότερα ἐξεληλύθει, ἐπέτρεψαν. καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Ἀντώνιος μὲν ἐς τὴν Συρίαν ἠπείγετο, Καῖσαρ δὲ ἐς τὸν πόλεμον καθίστατο. καὶ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ γνώμην αὐτῷ ἐχώρει· ὁ δὲ δὴ Μηνᾶς, ἄπιστός τε φύσει ὢν, καὶ τὰ τοῦ κρείττονος ἀεὶ θεραπεύων, καὶ προσέτι καὶ ἀγανακτήσας ὅτι μηδεμίαν ἀρχὴν εἶχεν, ἀλλὰ τῷ Σαβίνῳ ὑποτέτακτο, πρὸς τὸν Σέξτον αὖθις ηὐτομόλησεν. Ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι, ἐν ᾧ Λούκιός τε Γέλλιος καὶ Κόκκιος Νερούας ὑπάτευσαν, ταῦθ' οὕτως ἐγένετο.

ΤΩΝ ΔΙΩ-

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ ἔνατον βιβλίον.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER QVADRAGESIMUS nonus.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ ΤΕΣΣΑΡΑ, ΕΝ οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι οἵδε ἐγένοντο,

Λ. Γέλλιος Λ. υἱ. Ποπλικόλας, καὶ Μ. Κόκκιος Νερούας.
Λ. Κορνουφίκιος Λ. υἱ. καὶ Σέξτος Πομπήϊος Σ. υἱ.
Μ. Ἀντώνιος Μ. υἱ. τὸ β', καὶ Λ. Σκριβώνιος Λ. υἱ. Λίβων.
Καῖσαρ, τὸ β', καὶ Οὐολκάκιος Λ. υἱ. Τοῦλλος.

HAEC GESTA SVNT ANNIS QVAtuor, quorum consules,

718. L. Gellius L.F. Poplicola, & M. Coccius Nerua.
719. L. Cornificius L.F. & Sex. Pompeius Sex.F.
720. M. Antonius M.F. II, & L. Scribonius L.F. Libo.
721. Cæsar. II, & Volcacius L.F. Tullus.

ΚΑΙΣΑΡ δὲ ὡς τό,τε ναυτικὸν ἡτοίμαστο, καὶ τὸ ἔαρ ἐνέστη, ἦρέ τε ἐκ τῶν Βαιῶν, καὶ παρὰ τὴν Ἰταλίαν ἐκομίζετο, ἐλπίδα οὐκ ἐλαχίστην ἔχων ἀπανταχόθεν πέριξ τὴν Σικελίαν περιλήψεσθαι. αὐτός τε γὰρ πολλαῖς ναυσὶν ἐπέπλει, καὶ αἱ τοῦ Ἀντωνίου ἐς τὸν πορθμὸν ἤδη προσῆσαν· ὅ,τε Λέπιδος ἄκων μὲν, ὑπέσχετο δ' οὖν αὐτῷ βοηθήσειν. μέγιστον δὲ τῷ τε ὕψει τῶν σκαφῶν καὶ τῇ παχύτητι τῶν ξύλων ἐθάρσει· ὑπερπαχῆ γὰρ καὶ ὑπερμεγέθη κατεσκευάσθη, ὥστε ἐπιβάτας τε πλείους ὅσους ἄγειν·



CLASSE parata, Cæsar, initio veris, Baiis naues soluit, ac præter Italiam prouectus est, magna cum spe Siciliam vndique circundandi. nam & naues plurimas secum habebat, & missæ ab Antonio, iam freto Siculo appulerant, ac Lepidus auxilium, vel inuitus, promiserat. Fidebat etiã plurimùm altitudini nauiũ, lignorúmq;, ex quibus eæ cõpactæ erãt, crassitiei, quæ modũ vtraq; excedebant, efficiebãtque vt maximus classicorum militũ numerus recipi posset:

Cæsar in bellũ contra Sextum Pompeium it.

erántque eæ naues turritæ, vt ex editiore hi loco, tanquam de muro, pugnarent, ipsǽque naues ad hostilium conflictum facilè resisterent, harúmque rostra, si violentius allidérentur, auerterét. His cogitationibus adductū Cæsarem, ac iam Palinurum promontorium præteruectū, ingēs tempestas inuasit, ac multas naues perdidit: reliquas disiectas Menas adortus, complures ex iis vel combussit vel secū abripuit. Quòd nisi Menas iterum, venia & aliis pollicitationibus quibusdam adductus, ad Cæsarem desciuisset, receptísque eius triremibus, quæ se à Cæsare ad ipsum transire simulabant, omnem cui præerat classem prodidisset, frustra vtique tunc etiam Cæsar eā nauigationem instituerat. Menæ autē vt deficeret à Pompeio causa fuit, quòd is eum neque ad bellum contra Lepidum gerendum adhiberet, & in omnibus negotiis suspectū haberet. Cæsar Menam denuo lubentissimè recepit, ita tamen vt nullam ei deinceps fidem haberet. ipse refectis nauibus, quæ læsæ fuerant, libertatéque donatis triremium remigibus, ac iis qui suis nauibus iam instructis supererant (multi enim naufragio perditis nauibus enatauerāt) in Antonii classem, quæ paucitate hominum laborabat, collocatis, in insulam Liparam aduectus est: ibi Agrippa cū classe relicto, continentem petiit, vt per occasionem pedestres quoque copias in Siciliam traiiceret. Pompeius eo cognito, Messanæ in statione classem habens, eius transfretationem operiebatur, Damochare, qui, Mylis cum classe subsistens, Agrippam obseruaret, constituto. Effluxit permultū temporis dum hi leuibus, vt res subinde ferebat, præliis alter alterius virium periculum facerent, in discrimen autem naualis pugnæ totam classem deducere nollent: quia & copias alter alterius quantæ essent ignorabat, & omnia vtrinque inflatius ac terribilius quàm pro rei veritate referebantur. Tandem Agrippa cunctationem sibi non conducere intelligens (Pompeianis enim, qui in sua regione stationem agebant, nihil causæ erat cur festinarent) optimis nauium acceptis, Mylas cursum instituit ad explorandam hostium multitudinem:

Cæsar incommodum patitur.

Menas rursum ad Cęsarem redit.

A καὶ γὰρ πύργους ἔφερον, ὅπως ὥσπερ ἀπὸ τείχους ἐξ ὑπερδεξίων ἀγωνίζωνται· καὶ αὐτὰ πρός τε τὰς ἐμβολὰς τῶν ἐναντίων ἀντέχειν, καὶ τοὺς ἐμβόλους αὐτῶν, ἅτε καὶ βιαιοτέραν τὴν σύγκρουσιν ποιουμένων, ἀποστρέφειν. τοιούτοις μὲν λογισμοῖς ὁ Καῖσαρ ἐς τὴν Σικελίαν ἠπείγετο. καὶ αὐτῷ τὸ ἀκρωτήριον τὸ Παλίνουρον ὀνομαζόμενον ὑπερβάλλοντι χειμὼν μέγας ἐπέπεσε, καὶ οὗτός τε πολλὰς ναῦς ἔφθειρε, καὶ ὁ Μηνᾶς παρατιλομέναις ταῖς
B λοιπαῖς ἐπιτιθέμενος, συχνὰς τὰς μὲν ἔκαυσε, τὰς δ' ἀνεδήσατο. εἰ δὲ μὴ αὖθις ἐπί τε τῇ ἀδείᾳ καὶ ἐπ' ἄλλαις τισὶν ἐλπίσι μετέστη, καὶ τριήρεις ψευδαυτομόλους δεξάμενος, πλὴν τὸ ναυτικὸν οὗ ἦρχε, προέδωκε, διακενῆς ἂν καὶ τότε ὁ ἐπίπλους τῷ Καίσαρι ἐγένετο. τοῦτο δὲ ἔπραξεν ὅτι οὐδὲ τῷ Λεπί- 264
δῳ πολεμῆσαι ὑπὸ τοῦ Σέξτου ἐπετράπη, καὶ πρὸς πάντα τἆλλα ὑπωπτεύετο. Καῖσαρ δὲ προσήκατο μὲν αὐτὸν καὶ τότε ἀσμενέστα-
C τα, οὐ μέντοι καὶ ἐπίστευσέ τι ἔτ' αὐτῷ. ὡς δ' οὖν τάς τε πεπονηκυίας ναῦς ἐπεσκευάσατο, καὶ τοὺς δούλους τοὺς τριηρίτας ἠλευθέρωσε, τούς τε περίνεως (πολλοὶ γὰρ φθειρομένων ἐν τῇ ναυαγίᾳ τῶν σκαφῶν ἀπεκολύμβησαν) ἐς τὸ τοῦ Ἀντωνίου ναυτικὸν ὀλιγανδροῦν κατέταξεν, ἔς τε Λιπάραν ἦλθε· κἀνταῦθα τόν τε Ἀγρίππαν καὶ τὰς ναῦς καταλιπών, ἐς τὴν ἤπειρον ἐκομίσθη, ἵνα καὶ τὸ πεζὸν ἐς τὴν Σικελίαν, ὅταν καιρὸς γένηται, περαιώσῃ.
D μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Σέξτος, αὐτὸς μὲν ἐν Μεσσήνῃ ὑφώρμει, τὸν διάπλουν αὐτοῦ τηρῶν, τῷ δ' Ἀγρίππᾳ Δημοχάρην ἀνθορμεῖν ἐν Μύλαις ἐκέλευσεν. οὗτοι οὖν τὸν μὲν πλεῖστον τοῦ χρόνου, ἀποπειρώμενοι μὲν ἀλλήλων κατὰ τὸ παρεῖκον, οὐ μέντοι καὶ ἐναποκινδυνεῦσαι παντὶ τῷ στόλῳ τολμῶντες, κατανήλωσαν· οὔτε γὰρ τὰς δυνάμεις ἀλλήλων ᾔδεσαν, καὶ πάντα πρός τε τὸ μεῖζον καὶ πρὸς τὸ φοβερώτερον παρ' ἀμφοτέροις περὶ τῶν ἑτέρων ἐλογοποιεῖτο. τέλος
E δὲ ὁ Ἀγρίππας, συνιεὶς ὅτι οὐ συμφέρει τὸ διατρίβειν (οἱ γὰρ τοῦ Σέξτου ἅτε ἐν τῇ οἰκείᾳ ναυλοχοῦντες, οὐδὲν ἐδέοντο σπεύδειν) τάς τε ἀρίστας τῶν νεῶν ἔλαβε, καὶ πρὸς κατασκοπὴν τοῦ τῶν ἐναντίων πλήθους ἐπὶ τὰς Μύλας ὥρμησε,

καὶ ἐπεὶ μήτε πάσας αὖθις ἰδεῖν ἐδυνήθη, A
μήτ᾽ ἀνταγωνιστής αὐτῷ ἠθέλησε· κατεφρό-
νησεν αὐτῶν, καὶ ἐπανελθὼν παρεσκευάζετο ὡς
καὶ πάσαις ταῖς ναυσὶ τῆς ὑστεραίας ἐπὶ τὰς Μύ-
λας ἐπιπλευσούμενος. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ὁ Δη-
μοχάρης ἔπαθε· μόνας τε γὰρ τὰς ἀφικομένας
ναῦς ὑποτοπήσας εἶναι, καὶ βραδυτάτας αὐ-
τὰς ὑπὸ τοῦ μεγέθους πλεούσας ἰδών, τόν τε
Σέξτον τῆς νυκτὸς μετεπέμψατο, καὶ ἡτοιμά-
ζετο ὡς καὶ αὐτῇ τῇ Λιπάρᾳ προσμίξων. ἡ-
μέρα τε ὑπέφηνε, καὶ ἀμφότεροι ἅμα ὡς καὶ B
ἐπ᾽ ἐλάττους σφῶν ἀλλήλοις ὄντας ἔπλεον·
ἐγγὺς δ᾽ ἤδη γιγνόμενοι, καὶ παρὰ δόξαν πολὺ
πλείους τοὺς ἐναντίους ὧν ᾤοντο εἶναι, ἰδόντες
ἑκάτεροι, τὰ μὲν πρῶτα ἐταράχθησαν ὁ-
μοίως ἀμφότεροι, καὶ τινὲς καὶ πρύμναν ἐκρού-
σαντο· ἔπειτα δὲ τὴν φυγὴν τῆς μάχης μᾶλ-
λον φοβηθέντες, καὶ ἐν μὲν ταύτῃ καὶ κρατή-
σειν ἀντελπίσαντες, ἐν δὲ ἐκείνῃ πανσυδὶ ἀ-
πολεῖσθαι προσδοκήσαντες, ἀντεξώρμησαν,
καὶ συμμίξαντες ἐναυμάχησαν. ἦσαν δὲ οἱ C
μὲν, τῷ πλήθει τῶν νεῶν, οἱ δὲ, ταῖς ἐμπειρίαις
τῶν ναυτικῶν προφέροντες· καὶ τοῖς μὲν τό, τε
ὕψος τῶν σκαφῶν, καὶ τὸ πάχος τῶν ἐπωτίδων,
οἵ τε πύργοι συνήροντο· τοὺς δ᾽ ἑτέρους οἵ τε
διέκπλοι ἀνέφερον, πρός τε τὴν ῥώμην
τῶν τοῦ Καίσαρος ἐπιβατῶν ἡ τόλμα αὐτῶν ἀν-
τήρκει. αὐτόμολοι γὰρ οἱ πλείους ἐκ τῆς Ἰτα-
λίας ὄντες, ἀπονοίᾳ πολλῇ ἐχρῶντο. κἀκ τού-
του πλεονεκτοῦντες ἅμα ἀλλήλων, καὶ ἡττ-
ούμενοι οἷς εἶπον, ἴσην τὴν ἰσχὺν ἐκ τοῦ τῶν D
ὑπαρχόντων σφίσιν ἀντιπάλου εἶχον. καὶ διὰ
τοῦτο χρόνῳ καὶ ἀγχώμαλα ἐπὶ πλεῖστον ἠ-
γωνίσαντο. οἵ τε γὰρ Σέξτειοι τοὺς μὲν ἄνδρας
τοὺς ἐναντίους τῷ ῥοθίῳ ἐξέπλησσον, καὶ τι-
νὰς ναῦς, ῥύμῃ τε σφίσι προσπίπτοντες, καὶ
τὰς παρεξειρεσίας αὐτῶν ἀναρρηγνύντες, ἐτίτρω-
σκον· ἀπὸ δὲ δὴ τῶν πύργων ἐν τῇ προσμίξει βαλ-
λόμενοι, καὶ χειρῶν ἐπιβολαῖς σιδηρῶν προσαρ-
πώμενοι, οὐδὲν ἔλαττον ὧν ἔδρων ἔπασχον. καὶ οἱ
Καισάρειοι ἐς χεῖρας μὲν σφίσιν ἰόντες, καὶ ἐς E
τὰς ναῦς σφῶν μετεκβαίνοντες, κρείττους ἐγί-
γνοντο· ἐκπηδώντων δ᾽ αὐτῶν ἐς τὴν θάλασσαν
ὁπότε βαπτίζοιντο, καὶ ἑτέρων σκαφῶν ῥᾳδίως,
ἔκ τε τοῦ καλῶς νεῖν καὶ ἐκ τοῦ κούφως ἐσκευ-
άσθαι, ἐπιβαινόντων, ἀντιρρόπως ἠλαττοῦντο.

& quia neque vniuersos eos videre poterat, neque quisquam aduersus ipsum exibat, contempto hoste, Liparam reuectus, ita se parauit tanquam postridie totam classem Mylas adducturus. Idē hoc Damochari contigit: is eas tantùm naues Agrippam habere existimans, quæ Mylas aduenissent, eásque propter molem suam tardissimas esse conspicatus, noctu ad se vocato Pópeio, omnia ad hunc modum composuit vt qui ad Liparam accedere statuisset. Orta luce, vterque aduersus alterum, tanquam minoribus copiis instructum, prouectus est. Vbi verò classes inuicem sibi appropinquauêre, & vterque hostium longè maiorem sua opinione numerum conspexit, terror vtrisque pariter incidit, neque defuerunt qui retrorsum naues suas agerēt. Sed pòst fugam magis quàm pugnam metuentes, quum in hac spes victoriæ esset reposita, in illa autem extremæ omnium perniciei metus, ad confligēdum nauali prælio progressi sunt. Erant multitudine nauium alteri, alteri peritia rei nauticæ superiores: atque alteris nauium altitudo, crassities epotidum turrésque proderant, alteros facultas enauigandi adiuuabat: & contra robur classiariorum Cæsaris, audacia Pompeianorum (quippe plerique ex Italia quum perfugissent, ex desperatione salutis ad furorem vertebantur) sufficiebat. Itaque quū vtrique in quo hostibus præstarent suis, haberent, quasi æquatis viribus congressi sunt, diúque æquo marte pugnatum est. Pompeiani enim aduersarios suos impetu terrebant, nauésque nonnullas vehemētius incitatis suis inuadentes, ita vt earum remos quoque exteriores detergerent, vulnerabant: sed de turribus in conflictu iaculis petiti, manicísque ferreis iniectis affixi hostium nauibus, non minus damni recipiebant. Cæsariani etsi hostem, comminus pugnantes, & in eius nauim transeuntes, superabant, tamen hoc vicissim Pompeiani præstabant quòd, nauibus suis subsidentibus, facilè in mare exiliebant, & in alias naues se recipiebant: ad quam rem & natandi vsus, & leuis habitus eis conferebat.

Nauale prœliū apud Mylas inter Agrippā & Democharem.

Nauium etiam ab altera parte agilitatem, ab altera, moles & firmitas adæquabat. Serò admodum, & iam instante nocte, Cæsariani superiores euaserunt: neque tamen ii hostē insecuti sunt, quòd (vt mea quidem fert opinio, & verisimile est) neque assequi eos possent, & verebātur ad terram suas naues appellere, vadorum (quæ ante eam erant) imperiti. Sunt qui dicant, Agrippam, quia non sui ipsius, sed Cæsaris causa, pugnabat, satis habuisse fugatis à se hostibus: solitúmque dicere ad amicissimos suos, esse hunc morem plerisque principib⁹, vt nolint quēquam ipsis præstantiorem haberi, ideóque eos plerasque res ipsos gerere, vbi videlicet haud magno labore sit statura victoria, contrà difficiliora incertioráque negotia aliis eos iniungere: ac, si cogantur aliquādo iis rem aliquam minus incommodam mandare, tum gloriam eos horum iniquissimo animo ferre: atque vt aduersam eis fortunam esse non cupiunt, ita titulum rei alicuius feliciter gestæ nolle eis adscribi. Proinde duo hæc, cum qui suæ ipsius incolumitatis curam gereret, obseruare iubebat: vnum, vt negotio præfectus, difficultatem eius à sese remoueret: alterum, vt rei bene gestæ nomen iisdem reseruaret. Ego autem vera quidem hæc esse, & Agrippæ cordi fuisse compertum habeo: quòd autem non insequeretur hostem, has ei causas fuisse non arbitror, vt quem, si vel maximè voluisset, consectari non potuerit. Naualis huius pugnæ tempore, quum primùm Cæsar Sextum Messana abiisse, fretúmque præsidio nudatū intellexit, ea occasione belli haudquaquam neglecta, confestim conscensis Antonianis nauibus, Tauromenium transmisit. Verùm hoc ei factum secus cecidit. nauiganti quidem ei, ac in terrā egredienti, adeóque castra etiā ponēti, nemo impedimēto fuit: sed peracto nauali prælio, Pompeius, quum Messanam festinatò rediisset, ac de præsentia Cæsaris cognouisset, celeriter integros in naues suos, eorum loco qui in pugna fuerant, imposuit: atque ita & nauibus Cæsarem mari, & terra militibus armatis aggressus est.

Agrippæ dictũ de principum ingenijs, vtque eorum administri se gerere debeant.

Cæsar Tauromenium traiicit, & cladem patitur.

ante castra in acie constituebat, ac nauibus sæpenumero ad hostes aduehebatur, eorúmque onerarias abducebat, vt cum his solis, antequam omnes eorum copiæ conuenissent, decertaret: tamen Antonius hanc ipsam causam habuit cur non periclitandam pugnæ fortunam cogitaret, leuibúsque certaminibus tantùm vires hostium exploraret, donec suus exercitus, alioquin iam minus instante Cæsare, transfretauit. Eo recepto, castra haud procul à Cæsare ipse posuit, & vtraque ex parte sinus equitatum etiam subsidio collocauit. Igitur Cæsar quiescens ipse, ac nullum prælium vltro suscipiens, in Græciam ac Macedoniam quosdam misit, qui eò Antonium

Agrippæ res gestæ.

auocarent. Eo tẽpore Agrippa Leucadem repentè aduectus, insulam, & naues quæ in ea erant, cepit: ac Patras deinde, victo nauali pugna Q.

Q. Asidius.

Asidio: pòst Corinthum quoque recepit. Quæ quum euenissent, ac præterea M. Titius & Statilius Taurus

M. Titius.

subitò adorti equitatum Antonii, fudissent, sociúmque sibi Philadelphum, regem Paphlagoniæ, adsciuissent: & Cn. etiam Domitius, infensus Cleopatræ redditus, ad Cæsarem transiuisset (qui, etsi Cæsari nihil profuit, nam paulo pòst morbo decessit, tamen visus fuit propterea ab Antonio profugisse quòd de rebus eius desperasset) eiúsque factum multi essent secuti:

Philadelphus rex Paphlagoniæ.

Cn. Domitij defectio ab Antonio & mors.

Antonij in suos crudelitas

Antonius, audacia perdita, omnes suos in suspicione habere cœpit, ex iísque cùm alios tum Iamblichum, Arabiæ cuiusdã partis regem, inter tormenta occîdit: quibusdámque negotium dedit vt Q. Postumium senatorẽ discerperent. Veritus deinde ne Q. etiam Dellius & Amyntas Galata, quos ad conducendos stipendiarios milites in Macedoniam & Thraciã miserat, res Cæsaris præferrent, ad eos contendit, vt, si qui hostes eos inuasissent, auxilium suis ostẽderet. Interim naualis pugna huiusmodi incidit. Sossius sperans, se, si L. Tauresium, qui paucis cum nauibus stationem aduersus Antonianos ser-

Iamblichus.

Q. Postumius.

Q. Dellius.
Amyntas.

A θεὶς κατέστη, καίτοι ἐκείνου τόν τε πεζὸν πρὸ τοῦ στρατοπέδου συνεχῶς παραταξάντος, καὶ ταῖς ναυσὶ πολλάκις σφίσιν ἐπιπλέοντος, τάς τε ὁλκάδας αὐτῶν κατάγοντος, ὅπως, πρὶν πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῷ συνελθεῖν, μόνοις τοῖς τότε παροῦσιν οἱ συμμίξῃ. ἐκ γὰρ αὐτοῦ τούτου οὐκ ἠθέλησεν ἐς αὐτὸν ἀναρρῖψαι, ἀλλὰ πείραις καὶ ἀκροβολισμοῖς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐχρήσατο, μέχρι οὗ τὰ στρατεύματα συνελέξατο. τούτοις δὲ ἄλλως τε καὶ τοῦ Καίσαρος μηκέθ' ὁμοίως ἐγκειμένου, τόν τε B πορθμὸν ἐπιδιέβη, καὶ οὐ πόρρω αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσατο. κἀκ τούτου καὶ ἱππικὸν περὶ τὸν κόλπον ἀμφοτέρωθεν αὐτῷ προσήδρευεν. ὁ οὖν Καῖσαρ, αὐτὸς μὲν ἡσύχαζε, καὶ οὐδένα ἔτι κίνδυνον αὐθαίρετον ἀνῃρεῖτο, ἐς δὲ δὴ τὴν Ἑλλάδα τήν τε Μακεδονίαν ἔπεμψέ τινας, ὅπως τὸν Ἀντώνιον πρὸς ἐκεῖνα ἀπαγάγῃ. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπραττον. Ἀγρίππας δὲ τότε μὲν τήν τε Λευκάδα καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σκάφη αἰφνιδίως ἐπιπλεύσας ἔλαβε, καὶ Πάτρας C εἷλε, Κύιντον Ἀσίδιον ναυμαχίᾳ νικήσας· ὕστερον δὲ καὶ τὴν Κόρινθον παρεστήσατο. ὡς οὖν ταῦτα συνέβη, καὶ ὁ Τίτιος ὁ Μάρκος, ὅ, τε Ταῦρος ὁ Στατίλιος τό, τε ἱππικὸν τοῦ Ἀντωνίου ἐξαίφνης ἐπεκδραμόντες ἐκράτησαν, καὶ Φιλάδελφον βασιλέα Παφλαγονίας προσεποιήσαντο, κἀν τούτῳ καὶ ὁ Δομίτιος ὁ Γναῖος, ἀχθεσθείς τι τῇ Κλεοπάτρᾳ, μετέστη, καὶ χρήσιμος μὲν οὐδὲν τῷ Καίσαρι ἐγένετο (νοσήσας γὰρ, οὐκ ἐς μακρὰν ἐτελεύτησεν· ἔ- D δοξεν οὖν ὡς καὶ κατεγνωκὼς τῶν πραγμάτων παρ' οἷς ἦν, ηὐτομοληκέναι· καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι αὐτὸν συχνοὶ ἐμιμήσαντο) οὐκέθ' ὁμοίως ὁ Ἀντώνιος ἐθάρσει, ἀλλ' ὑπετόπει τε πάντας, καὶ ἀπέκτεινεν ἐκ τούτου ἄλλους τε καὶ Ἰάμβλιχον, Ἀραβίων τινῶν βασιλέα, βασανίσας, Κύιντόν τε Ποστούμιον, βουλευτὴν, διασπάσασθαί τισιν ἐπιτρέψας. καὶ τέλος, φοβηθεὶς μὴ καὶ ὁ Δέλλιος ὁ Κύιντος, ὅ, τε Ἀμύντας ὁ Γαλάτης, (ἔτυχον δὲ ἐπὶ μισθο- E φόρους ἔς τε τὴν Μακεδονίαν καὶ ἐς τὴν Θρᾴκην πεπεμμένοι) τὰ τοῦ Καίσαρος αἱρῶνται, ὥρμησε πρὸς αὐτοὺς, ὡς καὶ ἐπικουρήσων σφίσιν, ἄν τι πολέμιον προσπέσῃ· κἀν τούτῳ ναυμαχία τις ἐγένετο. ὁ γὰρ Σόσσιος, Λουκίου Ταρησίου ναυσὶν ὀλίγαις ἐφορμοῦντος σφίσιν, ἐλπίσας ἄξιόν τι λόγου πρά-

ξειν, ἂν πρὶν τὸν Ἀγρίππαν ἐπελθεῖν συμβάλῃ αὐτῷ (τῷ γὰρ Ἀγρίππᾳ ἅπαν τὸ ναυτικὸν ἐπετέτραπτο) ἐξανήχθη τε ἐξαπιναίως ὑπὸ τὴν ἕω, ὁμίχλην βαθεῖαν τηρήσας, ἵνα μὴ τὸ πλῆθος σφῶν προϊδὼν φύγῃ, καὶ παραχρῆμα τῇ πρώτῃ προσβολῇ τρεψάμενος αὐτὸν, ἐπεδίωξε μὲν, οὐχ εἷλε δέ. τοῦ γὰρ Ἀγρίππου κατὰ τύχην ἀπαντήσαντός οἱ, οὐ μόνον οὐδὲν τῆς νίκης ἀπώνατο, ἀλλὰ καὶ προσδιεφθάρη μετά τε τοῦ Ταρκονδιμότου, καὶ μετὰ ἄλλων πολλῶν. ὁ οὖν Ἀντώνιος διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ἐπανελθὼν ἱππομαχίᾳ τινὶ πρὸς τὰς τοῦ Καίσαρος προφυλακὰς ἡττήθη, οὐκέτ' ἔγνω στρατοπεδεύεσθαι, ἀλλ' ἐκλιπὼν τῆς νυκτὸς τὸ πλησίον τῶν ἐναντίων τάφρευμα, ἀνεχώρησεν ἐπὶ θάτερα τοῦ πορθμοῦ, ἔνθα αὐτῷ τὸ πλέον τοῦ στρατοῦ ηὐλίζετο. καὶ ἐπεὶ καὶ ἐπιτήδεια αὐτὸν, ἅτε καὶ τῆς σιτοπομπείας εἰργόμενον, ἐπιλείπειν ἤρχετο, διαγνώμην ἐποιήσατο, πότερον κατὰ χώραν μείναντες διακινδυνεύσωσιν, ἢ μεταστάντες που, χρόνῳ τὸν πόλεμον διενέγκωσιν. εἰπόντων δὲ ἄλλων ἄλλα, ἐνίκησεν ἡ Κλεοπάτρα, τά τε ἐπικαιρότατα τῶν χωρίων φρουραῖς παραδοθῆναι, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐς τὴν Αἴγυπτον μεθ' ἑαυτῶν ἀπᾶραι συμβουλεύσασα. ταύτην γὰρ τὴν γνώμην ἔσχεν, ἐπειδὴ ὑπὸ σημείων ἐταράχθη. χελιδόνες τε γὰρ περί τε τὴν σκηνὴν αὐτῆς καὶ ἐν τῇ νηὶ τῇ στρατηγίδι ἐφ' ἧς ἔπλει, ἐνεόττευσαν· καὶ γάλα αἷμά τε ἐκ κηροῦ ἐρρύη. τάς τε εἰκόνας αὐτῶν, ἃς οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ ἀκροπόλει τὸ τῶν θεῶν σχῆμα ἐχούσας ἔστησαν, κεραυνοὶ ἐς τὸ θέατρον κατήραξαν. ἔκ τε οὖν τούτων, καὶ ἐκ τῆς τοῦ στρατεύματος καὶ ἀθυμίας ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἀρρωστίας, ἡ Κλεοπάτρα αὐτή τε ἔδεισε, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐξεφόβησεν. οὐ μέντοι καὶ κρύφα, ἢ καὶ φανερῶς, ὡς καὶ φεύγοντες, ἐκπλεῦσαι (μὴ καὶ ἐς δέος τοὺς συμμάχους ἐμβάλωσιν) ἠθέλησαν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν παρασκευασάμενοι, ἵνα ἅμα, ἄν τι ἀνθίστηται, βιάσωνται τὸν ἔκπλουν. κἀκ τούτου πρῶτον μὲν τὰ ἄριστα τῶν σκαφῶν, ἐπειδὴ ἐλάττους οἱ ναῦται ἔκ τε τῆς φθορᾶς καὶ ἐκ τῆς αὐτομολίας ἐγεγένηντο, ἐπιλεξάμενοι, τὰ λοιπὰ κατέπρησαν· ἔπειτα δὲ νύκτωρ πάντα τὰ τιμιώτατα λάθρα ἐς αὐτὰς ἐσεφόρησαν. ἐπειδή τε ἕτοιμα ἦν,

289

A uabat, ante reditum Agrippæ (cui vniuersa Cæsaris classis commissa erat) aggrederetur, posse rem aliquã memorandam gerere, sub auroram repentè contra eum euectus est, obseruata densa nebula, ne Tauresius nauium suarum multitudine præuisa fugeret: ac eum primo conflictu fugatum quum insequeretur, obuiam facto forte fortuna Agrippa, non modò nõ assecutus est Tauresium, aut victoriæ fructum aliquẽ percepit, sed ipse cum Tarcondimoto aliisque multis interiit. B Hoc Antonium, & quia ipse reuertens, equestri prælio ab excubiis Cæsaris superatus fuisset, à consilio castra castris hostium opposita habendi detraxit. Itaque iis noctu relictis ad alteram sinus partem discessit, vbi castra copiæ eius ampliores habebant. Et quum iam commeatibus etiam interclusum alimenta deficere inciperent, deliberationem proposuit, an ibi manentes prælio decertarent, an verò aliò digressi, bellum tempore traherent. C Ibi quum esset sententiis variatum, Cleopatræ consilium vicit, quæ suadebat vt opportunissima loca præsidiis firmarentur, ac secum & cum Antonio reliqui in AEgyptum abirent. Prodigia autem eam vt ita sentirent impulerant. Nam hirundines circa eius tentorium ac in prætoria naui ipsius nidificauerant, ex cera lac sanguísque profluxerant: statuæ eius & Antonii, quas Athenienses deorum forma factas in arce posuerant, fulmine in theatrum deiectæ fuerant. D His signis, exercitúsque præterea mœstitia ac infirmitate Cleopatra territa, Antonio quoque timorem iniecerat. Neque verò aut furtim aut palam, fugientium more, auehi statuerunt, ne sociis quoque metum incuterent: sed tanquam ad nauale prælium instructi, vt etiam si quis obstare vellet, vi dicessum sibi conficerent. Igitur primùm optimis quibusque nauibus delectis (nam & militum numerus cladibus ac fugis diminu- E tus fuerat) cæteras combusserunt: deinde noctu pretiosissimis quibusque rebus in eas comportatis, quum essent omnia iam instructa,

Nauali pugna Sossius & Tarcondimotus pereunt.

Antonij deliberatio.

Prodigia.

Fugam Antonius instituit.

Antonius conuocatos milites ita est allocutus,

Antonii ad milites suos oratio.

QVAE à me, milites, ad hoc bellum comparari debuerant, confecta omnia satis sunt. Est enim vestrûm multitudo ingens, ex omni flore sociorum ac subditorum delecta, & ad omne genus pugnæ cõposita, quod quidẽ in vsu apud nos sit: deinde tot opifices, ita vt singulæ nostrarum copiarum partes seorsim hostibus formidini esse possint. Videtis enim ipsi quot & quales socios nauales, militésque classicos habeamus, quot legionarios, quot equites, funditores, quot cetratos, sagittarios pedites equitésque: quorum pleraque militum genera vel desunt hostibus, vel certè multo & pauciora infirmioráque nostris adsunt. Iam pecuniæ etiam ipsis & paucæ sunt, & eæ ipsæ pensionibus violentis coactæ, vt neque sufficere diu eæ possint, & eos qui contulerunt, nobis quàm eis propensiores effecerint: qui quum alioquin eis non optimè cuperent, etiam apertè nunc seditiones mouebunt. contrà nobis pecuniæ sunt, & ex abundantibus diuitiis collectæ, neque cum vllius partæ iniuria, profuturæque omnibus. Quæ quum tot tantáque nobis adsint commoda, nihil quidem statuerã de me ipso magnificè loqui: sed tamen quoniam ad summam hoc quoque facit, ac apud omnes homines maximi ponderis existimatur, nimirum vt qui bellum feliciter sint gesturi, optimum habeãt imperatorem: ipsa res hoc ita fert, vt necessariò omnino mihi de me ipso sit dicendum, quò intelligatis, & vos tales esse qui etiam sine bono duce vincere possitis: & me eum esse qui vel malis cũ militibus victoria potiri queam. Eam enim nũc ætatem ago, qua hominum & corpora & animi quammaximè vigent, ac neque iuuentutis temeritas, neque senectutis debilitas eis officit, sed medio inter vtrunque loco constituti plurimum valent. Deinde hac ego & natura sum, & ita institutus, vt & intelligere quæ in rem vno quoque tempore sint, & efferre eadem facilimè possim:

Suas copias laudat, hostiũ exagitat.

Loquitur de seipso.

De ætate.

Natura. Disciplina. Peritia.

A συνεκάλεσεν ὁ Ἀντώνιος τοὺς στρατιώτας, καὶ
ἔφη τοιάδε,
Ὅσα μὲν ὑπ' ἐμοῦ προσῆκον ἦν
ἐκποιηθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον, πάνθ' ἱκα-
νῶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, προπαρεσκεύασται.
καὶ γὰρ πλῆθος πολὺ ὑμῶν ἐστι πᾶν ὅ,τι περ
ἄνθος καὶ παρὰ τῶν ὑπηκόων καὶ παρὰ τῶν
συμμάχων ἐξειλεγμένον· καὶ παντὸς εἴδους
μάχης, ὅσα γε καὶ παρ' ἡμῖν νομίζεται, καὶ
τοσοῦτοι χειροτέχναι ἐστέ, ὥς τε καὶ καθ' ἑαυ-
τοὺς ἕκαστοι φοβεροὶ τοῖς ἀντιπάλοις εἶναι. ὁ-
B ρᾶτε δέ που καὶ αὐτοὶ ὅσον μὲν καὶ οἷον ναυτικὸν
ἔχομεν, ὅσους δὲ καὶ οἵους ὁπλίτας, ἱππέας,
σφενδονήτας, πελταστάς, τοξότας, ἱπποτοξό-
τας. ὧν τὰ μὲν πλείω οὐδ' ὑπάρχει ἀρχὴν
τοῖς ἐναντίοις· ὅσα δὲ κέκτηνται, πολὺ ἐλά-
ττονα καὶ ἀσθενέστερα τῶν ἡμετέρων ἐστί. καὶ
μὴν καὶ τὰ χρήματα ἐκείνοις μὲν ὀλίγα, καὶ
ταῦτα ἐκ συντελείας βιαίου πεπορισμέ-
να, οὔτ' ἂν ἐπὶ πολὺ ἐξαρκέσειεν ἄν, καὶ τοὺς
συνεσενηνοχότας αὐτά, οἰκειοτέρους ἡμῖν ἢ
C τοῖς λαβοῦσι πεποίηκεν εἶναι· ὥστε μήτ' ἄλ-
λως εὐνοϊκῶς σφᾶς αὐτοῖς ἔχειν, καὶ προσέτι
καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ στασιάζειν. ἡμῖν δὲ ἐκ
περιουσίας παρεσκευασμένα, οὔτε λελύπη-
κέ τινα, καὶ πάντας ἡμᾶς ὠφελήσει. πρὸς δὲ
τούτοις, τοσούτοις τε καὶ τοιούτοις οὖσιν, ὤκνη-
σα μὲν ἄλλως αὐτὸς περὶ ἐμαυτοῦ σεμνόν τι
εἰπεῖν, ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦθ' ἓν τῶν πρὸς τὸ τοῦ
πολέμου κράτος φερόντων ἐστί, καὶ μέγιστόν
γε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εἶναι πεπίστευται
D (λέγω δέ, καὶ τὸ στρατηγοῦ τινὸς ἀρίστου τοὺς
καλῶς πολεμήσοντας τυχεῖν) ἀναγκαιότα-
τόν μοι τὸ περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν αὕτη ἡ χρεία
πεποίηκεν· ἵν' ἔτι μᾶλλον ἴδητε τοῦθ' ὅτι αὐ-
τοί τε τοιοῦτοι ἐστὲ οἷοι καὶ ἄνευ ἄρχοντος ἀ-
γαθοῦ νικᾶν, καὶ ἐγώ, τοιοῦτος οἷος καὶ με-
τὰ κακῶν στρατιωτῶν κρατεῖν δύνασθαι.
τήν τε γὰρ ἡλικίαν ταύτην ἄγω, ἐν ᾗ καὶ μά- 290
λιστα ἄνθρωποι καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ διανοίᾳ
ἀκμάζουσι, καὶ μήτε τῇ τῆς νεότητος προπε-
E τείᾳ, μήτε τῇ τοῦ γήρως ἐκλύσει κακύνονται,
ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέσον ἑκατέρου ἔχοντες, ἔρρωνται
τὰ μάλιστα. καὶ προσέτι τοιαύτῃ μὲν φύσει, τοιαύ-
τῃ δὲ καὶ παιδείᾳ κέχρημαι, ὥστε καὶ γνῶναι πάν-
τα τὰ προσήκοντα, καὶ εἰπεῖν ῥᾷστα δύνασθαι.

τήν τε ἐμπειρίαν (ἥπερ που καὶ τοῖς ἀνοήτοις καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις λόγου τινὸς ἀξίοις δοκεῖν εἶναι ποιεῖ) διὰ πάντων μὲν τῶν πολιτικῶν, πάντων δὲ τῶν στρατιωτικῶν, προσείληφα. ἔκ τε γὰρ μειρακίου δεῦρο ἀεὶ ἐν αὐτοῖς ἐξήτασμαι, καὶ πολλὰ μὲν ἤρχθην, πολλὰ δὲ ἦρξα· ἀφ' ὧν τοῦτο μὲν, ὅσα τε καὶ οἷα χρὴ προστάττειν, τοῦτο δὲ, ὅσα καὶ οἷα χρὴ πειθαρχοῦντα πράττειν, μεμάθηκα. ἐφοβήθην, ἐθάρσησα· ἐξ ὧν τοῦ μὲν, τὸ ῥᾳδίως τι μὴ δεδιέναι, τοῦ δὲ, τὸ μὴ προχείρως, εἴθισμαι. εὐτύχησα, ἔπταισα· παρ' ὧν τὸ μήτ' ἀπογιγνώσκειν τι, μήθ' ὑπερφρονεῖν ἔχω. λέγω δὲ ταῦτα ἐν εἰδόσι, μάρτυρας ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντάς μου ποιούμενος· οὐχ ἵνα ἄλλως τι περὶ ἐμαυτοῦ κομπάσαιμι (ἱκανὸν γάρ μοι πρὸς εὔκλειαν τὸ συνειδὼς ὑμῶν ὑπάρχει) ἀλλ' ἵνα καὶ ἐκ τούτων καταμάθητε, ὅσῳ βέλτιον τῶν ἐναντίων παρεσκευάσμεθα. ἐλαττούμενοι γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ πλήθει τῶν τε στρατιωτῶν ἅμα καὶ χρημάτων, καὶ τῇ πολυειδείᾳ τῆς παρασκευῆς, οὐδενὶ τῶν πάντων τοσοῦτον ἐλλείπουσιν, ὅσον τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ τῇ ἀπειρίᾳ τοῦ στρατηγοῦντος αὐτῶν. περὶ οὗ τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν δέομαι καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς εἰπεῖν, κεφαλαιώσας δὲ ἐρῶ τοῦτο ὃ καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι τε ἀρρωστότατος τῷ σώματί ἐστι, καὶ ὅτι οὐδεμίαν πώποτε ἐπιφανῆ μάχην οὔτε ἐν τῇ ἠπείρῳ, οὔτε ἐν τῇ θαλάσσῃ αὐτὸς νενίκηκεν. ἀμέλει καὶ ἐν τοῖς Φιλίπποις ἐν τῷ αὐτῷ ἀγῶνι, ἐγὼ μὲν ἐκράτησα, ἐκεῖνος δὲ ἡττήθη. τοσοῦτον μὲν ἀλλήλων διαφέρομεν· τὰ δὲ δὴ πολλὰ, τῶν ἄμεινον παρεσκευασμένων καὶ αἱ νῖκαι γίγνονται. εἰ δ' οὖν τινα καὶ ἐκεῖνοι ἰσχὺν ἔχουσιν, ἀλλ' ἔν τε τῷ ὁπλιτικῷ καὶ κατὰ τὴν γῆν εὕροιτ' ἂν αὐτὴν οὖσαν, ταῖς δὲ δὴ ναυσὶν οὐδ' ἀνταραι τὸ παράπαν ἡμῖν δυνήσονται. ὁρᾶτε γάρ που καὶ αὐτοὶ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πάχος τῶν ἡμετέρων σκαφῶν, ὥστε εἰ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἰσοπαλεῖς αὐταῖς ἐκεῖναι ἦσαν, ἀλλ' ὑπό γε τούτων οὐδὲν ἂν οὔτε ταῖς ἐμβολαῖς οὔτε ταῖς προσβολαῖς ἐκακουργήσαν. τὸ μὲν γὰρ ἡ παχύτης τῶν ξύλων, τὸ δὲ αὐτὸ τὸ ὕψος τῶν νεῶν, καὶ εἰ μηδεὶς ἀπ' αὐτῶν ἠμύνετο, πάντως ἂν ἐπέσχε. τοῦ δὲ δὴ καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν τοσούτων ἐπιπλεόντων, καὶ προσέτι καὶ ἀπὸ τῶν πύργων ἄνωθεν αὐτῶν ἐφικνουμένων, δυνήσεταί τις σφίσι

A experientiam quoque (quæ stupidis etiam & disciplinæ expertibus aliquid existimationis conciliat) rerũ & ciuilium & bellicarum mihi paraui, ab ineunte ætate ad hũc vsque diem in vtrisque exercitatus: sæpenumero parui aliorũ imperiis, sæpenumero aliis imperaui: itaque & quid imperare, & quid subditũ obtemperantem agere conueniat, noui. timui, audax fui, eóque & timoris & audaciæ modum calleo: fortuna & secunda & aduersa vsus sum, vt B neque desperandum quicquam, neque contemnendum sciam. Hæc apud conscios vos loquor, vósque testes facio eorum quæ dixi, nõ vt me ab re vobis iactarem (mihi enim ad gloriam satis est, mearum vos esse laudũ conscios) sed vt hoc ipso quoque intelligeretis, quanto hostibus paratiores simus. Qui etsi nobis multitudine militũ ac pecuniæ, ac multiplici apparatus varietate cedunt, tamen nulla alia res magis eos inferiores nobis efficit quàm ætas & im- C peritia ducis, cui⁹ singillatim omnia vitia recẽsere opus ego non habeo: id summatim dicã quod vos quoque compertum habetis. Nimirum igitur & corpore est infirmissimo, neque vlla insigni aut terrestri aut nauali pugna ipse victoriam parauit. Profectò enim apud Philippos in ipso prælio victus ille est, ego vici. Habetis quanto sim Cæsare præstãtior. Enimuero fere penes eos victoria solet esse qui instructiores sunt. Quòd si igitur & hostium ali- D quod est robur, certè id in legionibus & in terra esse inuenietis: nauibus autem ne congredi quidem omnino nobiscum poterunt. Videtis enim ipsi molem ac crassitiem nostrarum nauium, vt, si etiam numero nos hostium nauibus æquales essemus, tamen ii neque rostris impellendo, neque oppugnando lædere possint nostras, quas etiam defensoribus vacuas, crassities tamen lignorum & altitudo ipsa facilè tutas præstiterint. At verò quum nostris nauibus tãtus sagittariorum ac funditorum vehatur numerus, iique etiam de turribus desuper iaculẽtur, audebit quisquam iis hostis appro-

ANTONII AD MILITES SVOS ORATIO.

Cæsarem contemnit, & verbis obterit.

ANTONII AD MILITES SVOS ORATIO.

pinquare: aut si appropinquarit, quî tandem non à multitudine ipsa remorum nostrorum eius nauis subuertatur? quî non vndique nostris à tabulatis nauium, ac turribus iacula coniicientibus, nauis eius obruta subsidat? Neque verò quia victoria nauali apud Siciliam potitus est Agrippa, ideo eos classe aliquid posse existimare debetis. Neque enim tũ cum Pompeio ipso, sed cum seruis eius depugnauerunt, ac contra eos qui multo imparatiores nobis erãt: aut, si quis omnino eam victoriam magni facit, meritò is cladem qua ipse Cæsar à Sexto affectus est, ei opposuerit: ac sic etiam nequaquã pares Cæsaris nostris vires, sed longè omnibus partibus nostras & maiores & præstantiores inueniet. Denique, quanta tandem portio Sicilia est nostri imperii? aut quam rationẽ Sexti copiæ ad nostras habuerunt? quæ causa est cur, si Cæsar maximè easdem quas tum habuit, copias habeat, neque augmentum, neque detrimentum passas, potius propter secundam quam sensit fortunam, is metuendus, quàm propter cladem acceptam contemnendus sit? Quibus ego mecum cogitatis, nolui pedestribus primùm copiis fortunam pugnæ tentare, quibus eum aliquãtum posse opinio est, ne si quid ea nobis incommodi accidisset, animo quisquam nostrûm caderet: sed nauibus, quibus & plurimum valemus, & longè maiorem hostilibus numerum habemus, pugnam inire statui, vt si his vicissemus, etiam pedestres deinde eius copias despiceremus. Nam hoc quoque satis notũ vobis est, quòd in classe vtrique nostrûm totius belli omne momentum est positum: qua si nos superiores euaserimus, nihil est quod reliquos deinde hostes metuamus, quos tanquam in exigua insula circunsessos, quum omnia circumcirca in nostra sint potestate, nullo negotio, ac, si nulla alia re, fame certè expugnabimus. Porro autem certamen nobis futurum non de rebus exiguis aut vilibus, sed pugnantibus acriter, maxima præmia; segniter autem, extrema pericula proposita esse, verbis indigere nõ arbitror. Quid enim victores isti si fiãt, crudelitatis in nos sibi reliquũ faciẽt? qui ferè omnes viros il-

Victoriam Cæsaris Siciliensem eleuat.

Cur classe potius quàm acie pedestri voluerit decertare.

Quæ victis timenda essent proponit, Cæsaris iniuriis ac crudelitate in alios & se enumeratis.

A προσμίξαι; εἰ δ' δὴ καὶ πλησιάσειέ τις, πῶς
μὲν ἂν οὐχ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πλήθους τῶν κω-
πῶν βαπτισθείη; πῶς δ' οὐκ ἂν ὑπὸ πάν-
των τῶν τε ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων καὶ τῶν ἀπὸ
τῶν πύργων βαλλόμενος καταποντωθείη; μὴ
γὰρ ὅτι περὶ Σικελίαν Ἀγρίππας ἐναυκρά-
τησε, παρὰ τοῦτο καὶ ἀρετὴν αὐτοὺς ναυτικὴν
ἔχειν ἡγεῖσθε. οὔτε γὰρ πρὸς τὸν Σέξτον, ἀλλὰ
πρὸς τοὺς δουλεύοντας αὐτῷ, οὔτε πρὸς ὁμοίαν
ἡμῖν ἀντιπαρασκευήν, ἀλλὰ πρὸς πολὺ διά-
B φορον ἠγωνίσαντο. εἴτε τις τὴν εὐτυχίαν ἐ-
κείνην ἐν μεγάλῳ τιθείη, δίκαιός ἐστι καὶ τὴν
ἧτταν τὴν αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος, ἣν ὑπ' αὐτοῦ
Σέξτου ἐνικήθη, ἀντιλογίσασθαι· καὶ οὕτως
οὐχ ὅπως ἴσα πρὸς ἴσα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείω
καὶ κρείττω πάντα τὰ ἡμέτερα τῶν ἐκείνοις
ὑπαρχόντων εὑρήσει. τὸ δ' ὅλον, πόστην μὲν ἡ
Σικελία μερίδα τῆς ἄλλης ἀρχῆς, πόστην δὲ
ἡ τοῦ Σέξτου δύναμις τῆς ἡμετέρας παρα-
σκευῆς εἶχεν; ὥστε τινὰ εἰκότως ἂν τὰ τοῦ Και-
σαρος, τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα ὄντα, καὶ μήτε πλείω
C μήτ' ἀμείνω γεγονότα, καταδεῖσαι μᾶλλον
ἐξ ὧν ηὐτύχησεν, ἢ θαρσῆσαι ἐξ ὧν ἔπταισεν. 291
ὅθεν που καὶ ἐγὼ ταῦτα λογιζόμενος, οὐκ ἠ-
θέλησα τῷ πεζῷ παρακινδυνεῦσαι, ἐν
ᾧ δὴ δοκοῦσι τρόπον τινὰ ἰσχύειν, ἵνα μηδεὶς ὑ-
μῶν, πταίσματός τινος ἐν ἐκείνῳ γενομένου, ἀ-
θυμήσῃ· ἀλλὰ ταῖς ναυσίν, αἷς κράτιστοί τε ἐ-
σμέν, καὶ παμπληθεῖς αὐτῶν περίεσμεν· ἵν'
ἐν ταύταις κρατήσαντες, καὶ τοῦ πεζοῦ σφῶν
καταφρονήσωμεν. εὖ γὰρ δὴ τοῦτο ἴστε, ὅτι πᾶ-
D σα ἡ τοῦ πολέμου ῥοπὴ ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ ναυ-
τικοῦ ἀμφοτέροις ἡμῖν ἤρτηται· κἂν ἐν τού-
τῳ περιγενώμεθα, οὐδὲν ἔτι δεινὸν οὔθ' ὑπὸ
τῶν ἄλλων πεισόμεθα, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νησιδίῳ
τινὶ αὐτούς, ἅτε πάντων τῶν πέριξ ἡμετέρων
ὄντων, ἀπειληφότες, ἀκονιτί, κἂν μηδενὶ ἄλ-
λῳ, τῷ γε λιμῷ χειρωσόμεθα. καὶ μὴν οὐχ
ὅτι ὑπὲρ μικρῶν οὐδ' ὑπὲρ φαύλων τινῶν
ἀγωνιούμεθα, ἀλλ' ὥστε, προθυμηθέντες
μὲν, τῶν μεγίστων τυχεῖν, ἀμελήσαντες δέ, τὰ
E δεινότατα παθεῖν, οὐδὲ λόγου πρὸς δεῖν ἡγοῦ-
μαι. τί γὰρ οὐκ ἂν ἡμᾶς, ἄν γε καὶ κρατήσω-
σιν, ἐργάσαιντο, πάντας μὲν ὡς εἰπεῖν τοὺς

μετὰ τοῦ

μετὰ τοῦ Σέξτου τῶν ἐλλογίμων γενομένους ἀπεκτονότες, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν μετὰ τοῦ Λεπίδου συναραμένων σφίσιν ἀπολωλεκότες; καὶ τί λέγω ταῦτα, ὁπότε καὶ αὐτὸν τὸν Λέπιδον, μηκέτι ἀδικήσαντα, καὶ προσέτι καὶ συμμαχήσαντα αὐτοῖς, τῆς τε ἡγεμονίας ἁπάσης παραλελύκασι, καὶ ὥσπερ τινὰ αἰχμάλωτον ἐν φρουρᾷ ἔχουσι; καὶ τούς τε ἐξελευθέρους πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ προσέτι καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τὰ χωρία κεκτημένους ἠργυρολογήκασιν οὕτως, ὥστε καὶ ἐς ὅπλα τινὰς αὐτῶν ἐλθεῖν ἀναγκάσαι, κἀκ τούτου συχνοὺς φθεῖραι; ἀλλ' ἔστιν ὅπως φείσονται ἡμῶν οἱ τῶν συμμάχων μὴ πεφεισμένοι; ἀφέξονται τῶν ἡμετέρων οἱ τὰ τῶν οἰκείων δεδασμολογηκότες; φιλανθρωπεύσονταί τινι νικήσαντες, οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί τι πεποιηκότες; καί, ἵνα γε μὴ πάντα τὰ τῶν ἄλλων λέγων διατρίβω, ἀλλ' αὐτὰ τὰ εἰς ἡμᾶς αὐτοῖς τετολμημένα καταλέξω, τίς μὲν οὐκ οἶδεν ὅτι κοινωνὸς ἐγὼ καὶ συνάρχων τοῦ Καίσαρος ἀποδειχθείς, καὶ τήν τε πραγματείαν τῶν κοινῶν ἐκ τοῦ ἴσου αὐτῷ λαβών, καὶ τιμῶν καὶ ἀρχῶν τῶν ὁμοίων τυχών, καὶ τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἐν αὐταῖς ὤν, πάντων αὐτῶν, ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ ἐστίν, ἀπεστέρημαι, καὶ ἰδιώτης μὲν ἐξ ἡγεμόνος, ἄτιμος δὲ ἐξ ὑπάτου γέγονα; οὐχ ὑπὸ τοῦ δήμου, οὐδ' ὑπὸ τῆς βουλῆς (πῶς γάρ, ὁπότε καὶ ἔφυγον αὐτίκα ἐκ τῆς πόλεως καὶ οἱ ὕπατοι, καὶ ἄλλοι τινές, ἵνα μηδὲν τοιοῦτον ψηφίσωνται;) ἀλλ' ὑπό τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν ὄντων· οἵτινες οὐκ αἰσθάνονται μόναρχον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοὺς πρώτους ἀσκοῦντες. ὁ γὰρ τολμήσας τὰς διαθήκας μου ζῶντος, δύναμιν τοσαύτην ἔχοντος, Ἀρμενίους νικῶντος, καὶ ζητῆσαι, καὶ βίᾳ τοὺς λαβόντας αὐτὰς ἀφελέσθαι, καὶ ἀνοῖξαι, καὶ δημοσίᾳ ἀναγνῶναι, πῶς ἂν ἢ ὑμῶν, ἢ ἄλλου τινὸς φείσαιτο; καὶ ὅ γε τοιοῦτος εἰς ἐμὲ τὸν φίλον, τὸν ὁμοτράπεζον, τὸν συγγενῆ, γεγονώς, πῶς ἂν φιλάνθρωπόν τι πρὸς τοὺς ἄλλους πρὸς οὓς οὐδὲν αὐτῷ συμβόλαιόν ἐστι, ποιήσειε; καὶ μὴν εἰ δεῖ τι τοῖς ἐψηφισμένοις ὑπ' αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, ὑμῖν μὲν καὶ φανερῶς ἀπειλεῖ (πολεμίους γοῦν ἄντικρυς τοὺς πλείονας ὑμῶν πεποίηται) ἐμοὶ δὲ οὐδὲν αὐτῷ τοιοῦτον ἐπήγγελκε, καίτοι καὶ πολεμῶν μοι,

lustres quotquot cum Sexto Pompeio fuerant, interfecerint? multos qui eis cum Lepido auxilium tulerant, necauerint? Imò autem qui Lepidum nulla eis iniuria, ac subsidio etiã exhibito, principatu prorsus spoliauerint, ac tanquam captiuum in custodia teneant? Qui libertis omnibus per totam Italiam, omnibúsque aliis qui prædia possiderent, ita pẽsionem imperauerint, vt quosdam eorum ad arma capienda adegerint, eáque occasione permultós occiderint? scilicet hi nobis parcent, qui ne à sociis sibi temperarunt? abstinebunt rebus nostris qui suis etiam tributum imposuerunt? clementia victores vtentur, qui etiam ante victoriam tales se exhibuerunt? Ac ne quas in alios ii fecere iniurias omnes enumerando prolixior sim, hæc potius quæ contra nos ausi sunt, referam. Quis enim nescit, me participem rerum ac collegam Cæsaris constitutum, curámque reipublicæ cũ eo æqualem sortitum, iisdémque honoribus & magistratibus ornatum, tantúmque hactenus temporis in iis versatum, nunc, quantum quidem penes Cæsarem est, iis omnibus spoliatum, ex imperatore priuatum, ex consule honoribus exutum effici, non quidem iussu populi senatúsve (quî enim isthuc, quum palam ex vrbe profugerint consules, & alii nonnulli, ne quid huiusmodi decernere opus haberent?) sed Cæsaris ipsius opera, eorúmque qui eum sectantur, neque sentiunt se ei regnũ, in seipsos primùm vsurpandum, parare? Nam qui ausus est mei viuentis, tantis copiis instructi, Armeniæ victoris, testamentum quærere, id habentibus vi eripere, resignare, publicéque legere, quomodo hic vobis aut vlli alii parcat? Qui talis in me amicũ, conuictorẽ, cognatũ suũ, fuit, quánam humanitate hic in eos quibuscum ei nihil intercedit iuris, vtetur? Quòd si eius rei coniecturam sumere libet ex his quæ iste decreuit, vos quidem hostes plerosq; iudicauit, & manifestò vobis minatur: mihi verò nihil huiusmodi indixit, quũ & bellũ cõtra me gerat,

ANTONII AD MILITES SVOS ORATIO.

ANTONII AD MILITES SVOS ORATIO.

& omnia, non quasi me vicisset, sed quasi etiam interfecisset, iá nunc agat. Quo modo si me tractat, quem nõdum hostis se loco habere simulat, minimè quidem à vobis se continebit, contra quos bellum se suscepisse palam fatetur. Quid autem sibi vult, qui quum arma contra omnes nos ferat, in decreto tamen aliis se bellum facere, aliis non facere, asserit? non profectò, nõ eo animo quòd discrimen aliquod inter nos statuat, aut, si vicerit, diuersis alios atque alios modis tractare statuerit: sed vt seditionem inter nos misceat, inuicémque commissos, infirmiores reddat. Neque enim ignorat, se nobis, si, concordia seruata, vno omnia animo agamus, superiorem nequaquam futurum: dissentientes autem nos, ac in diuersa studia scissos, spem sibi vincendi esse: ideóque ad hunc modum nobiscum agit. Proinde, quemadmodum ego, & qui mecum sunt Romani, periculũ nostrum præuidimus, quantunuis decreto nobis securitas promittitur, eiúsque insidias intelleximus, ac quemadmodum neque vos destituimus, neque priuatim nostrum commodum prospicimus: sic vos etiam, quos ipse non negat se hostiũ, ac quidem summorum hostium, numero censere, decet, hæc cum animis vestris reputantes, arbitrari, pericula ac spes ex æquo ad omnes spectare, ideóque omni conatu rebus communibus opitulari, omnique alacritate in iis nobiscum elaborare, componẽtes inter se ea quæ victis patienda, & victoribus obtinenda nobis sint. Equidem magnũ est, hoc effecisse, ne victi contumelias iniuriásque patiamini: id verò longè maximum, victoribus licere ea quæ votis quisquam expetenda haberet, omnia agere. Tot verò talésque quum simus, tam præclarè armis, pecunia, nauibus, equísque instructi, peiora nos velle melioribus præferre, quúmque possimus alios etiam in libertatem vindicare, velle cũ illis seruitutem subire summũ id verò dedecus fuerit. Hoc enim inter me & Cæsarem differt, quòd is rex vester esse cupit, ego autẽ ipsius quoq; partes sequẽtes libertati asserere, vt iureiurãdo etiã confirmaui.

A καὶ πάντα οὐχ ὅπως τὰ τοῦ κεκρατηκότος, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ πεφονευκότος με ἤδη ποιεῖ. ὥσθ' ὁπότε ἐμέ, ὃν μηδέπω καὶ νῦν πολέμιον ἔχειν προσποιεῖται, τοιαῦτα δέδρακεν, ἥκιστα ἂν ὑμῶν ἀπόσχοιτο, οἷς καὶ αὐτὸς ἐκπεπολεμῶσθαι σαφῶς ὁμολογεῖ. τί ποτ' οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ τὰ μὲν ὅπλα πᾶσιν ὁμοίως ἡμῖν ἐπιφέρειν, ἐν δὲ δή τῷ ψηφίσματι, τοῖς μὲν πολεμεῖν, τοῖς δὲ μή, φάσκειν; οὐ μὰ Δί' οὐχ ἵνα διαφορότητά τινα ἐν ἡμῖν ἐργάσηται, 292

B οὐδ' ἵνα τοῖς μὲν ἄλλως, τοῖς δὲ ἄλλως, ἄν γε κρατήσῃ, χρήσηται, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς στασιάσας συγκρούσῃ, καὶ κατὰ τοῦτο ἀσθενεστέρους ποιήσῃ. οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε ὅτι ὁμοφρονούντων μὲν ἡμῶν, καὶ καθ' ἓν πάντα πραττόντων, οὐδαμῇ οὐδαμῶς κρείττων ἂν γένοιτο· διενεχθέντων δέ, καὶ τῶν μὲν ταῦτα, τῶν δὲ ἐκεῖνα ἑλομένων, τάχα ἂν κρατήσειε· καὶ διὰ τοῦτο τοῦτον ἡμῖν τὸν τρόπον προσφέρεται. ὥσπερ οὖν καὶ ἐγὼ καὶ οἱ συνόντες μοι Ῥωμαῖοι τόν τε κίνδυνον (καίπερ ἄδειάν τινα τῶν ἐψηφισμένων

C ἕνεκα ἔχοντες) προορώμεθα, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτοῦ συνίεμεν, καὶ οὔτε προϊέμεθα ὑμᾶς, οὔτ' αὖ ἰδίᾳ τὸ συμφέρον ἡμῖν αὐτοῖς προσκοποῦμεν· οὕτω που καὶ ὑμᾶς, οἷς οὐδ' αὐτὸς ἀρνεῖται μὴ οὐκ ἐχθροῖς καὶ ἐχθίστοις γε ἡγεῖσθαι, χρὴ πάντα ταῦτα ἐνθυμηθέντας, καὶ κοινοὺς μὲν τοὺς κινδύνους, κοινὰς δὲ καὶ τὰς ἐλπίδας ποιησαμένους, καὶ συναίρεσθαι τὰ πράγματα παντοίως, καὶ συσπουδάσαι προθύμως· ἐνθυμηθέντας

D παρ' ἄλληλα, καὶ ἃ πεισόμεθα, ὥσπερ εἶπον, ἡττηθέντες, καὶ ὧν τευξόμεθα, κρατήσαντες. μέγα μὲν γὰρ καὶ τὸ μηδὲν μήθ' ὑβριστικὸν μήτε πλεονεκτικὸν ἐλαττωθέντας πη ἡμᾶς παθεῖν· μέγιστον δέ, τὸ νικήσαντας πάνθ' ὅσα τις ἂν εὔξαιτο πρᾶξαι. αἴσχιστον δέ, τοσούτους καὶ τοιούτους ὄντας, καὶ ὅπλα καὶ χρήματα καὶ ναῦς καὶ ἵππους ἔχοντας, τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν ἀμεινόνων ἑλέσθαι· καί, παρὸν

E καὶ ἐκείνοις τὴν ἐλευθερίαν παρασχεῖν, συνδουλῶσαι μᾶλλον αὐτοὺς ἐθελῆσαι. τοσοῦτον γάρ που διαφέρομεν ἀλλήλων, ὥσθ' ὁ μὲν καὶ ὑμῶν μοναρχῆσαι ἐπιθυμεῖ, ἐγὼ δὲ καὶ ἐκείνους ἐλευθερῶσαι βούλομαι, καθάπερ που καὶ τοῖς ὅρκοις πεπίστωμαι.

» ὡς οὖν ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὁμοίως ἀγωνιού- A
» μενοι, καὶ κοινὰ τἀγαθὰ πᾶσι κατακτησόμε-
» νοι, σπουδάσωμεν, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἔν τε
» τῷ παραχρῆμα κρατῆσαι, καὶ διὰ παντὸς
» εὐδαιμονῆσαι.

Τοιαῦτά τινα ὁ Ἀντώνιος εἰπών, πάνυ γε μὲν τοὺς πρώτους τῶν συνόντων οἱ ἐς τὰς ναῦς ἐσεβίβασε, μή τι νεωτερίσωσι καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, ὥσπερ ὅ, τε Δέλλιος καὶ ἄλλοι τινὲς αὐτομολήσαντες· παμπληθεῖς δὲ καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ ὁπλίτας ἐνεβιβάσατο. ἐπειδὴ γὰρ τῷ B τε μεγέθει τῶν τοῦ Καίσαρος νεῶν, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἐπιβατῶν αὐτῶν ὁ Σέξτος οὐχ ἥκιστα ἥττητο, τά τε σκάφη κατεσκεύασε πολὺ τῶν ἐναντίων ὑπερέχοντα (τριήρεις μὲν γὰρ ὀλίγας, τετρήρεις δὲ, καὶ δεκήρεις, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ διὰ μέσου πάντα ἐξεποίησε) καὶ ἐπ' αὐτὰ πύργους τε ὑψηλοὺς ἐπικατεσκεύασε, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐπανεβίβασεν, ὥστε καθάπερ ἀπὸ τειχῶν αὐτοὺς μάχεσθαι. Καῖσαρ δὲ καθεώρα μὲν τὴν παρασκευὴν αὐτῶν, καὶ εὐτρεπίζετο· μαθὼν δὲ δὴ καὶ τὴν διάνοιαν σφῶν παρά τε ἄλλων C καὶ παρὰ τοῦ Δελλίου, συνήγαγε καὶ αὐτὸς τὸ στράτευμα, καὶ ἔλεξεν ὧδε,

» Ὁ ρ ῶ ν, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, καὶ ἐξ ὧν
» ἀκοῇ μεμάθηκα, καὶ ἐξ ὧν ἔργῳ πεπείρα-
» μαι, τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα τῶν πολεμικῶν,
» μᾶλλον δὲ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις πρα-
» γμάτων, τοῖς τά τε δικαιότερα καὶ τὰ εὐσεβέ-
» στερα καὶ φρονοῦσι καὶ πράττουσι κατορθούμε-
» να· τοῦτό που καὶ αὐτὸς οὐχ ἥκιστα ἐννοῶ, καὶ
» ὑμῖν παραινῶ προσσκοπεῖν. καὶ γὰρ ὅτι μάλιστα D
» καὶ πολλὴν καὶ μεγάλην ἰσχὺν, ἀφ' ἧς ἄν τις
» καὶ τὰ ἧττον δίκαια προῃρημένος, κρατήσειν
» ἐλπίσειεν, ἔχομεν, ὅμως πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τῇ
» τοῦ πολέμου προφάσει ἢ ἐπὶ ταύτῃ θαρσῶ. τὸ
» γάρ τοι, Ῥωμαίους τε ὄντας, καὶ τῆς πλείστης
» καὶ ἀρίστης οἰκουμένης ἄρχοντας, καταφρονεῖ-
» σθαι καὶ καταπατεῖσθαι πρὸς γυναικὸς ΑἸ-
293 » γυπτίας, ἀνάξιον μὲν τῶν πατέρων, τῶν τὸν Πύρ-
» ρον, τὸν Φίλιππον, τὸν Περσέα, τὸν Ἀντίοχον
» καθελόντων, τῶν τοὺς Νυμαντίνους, τοὺς Καρ- E
» χηδονίους ἀναστησάντων, τῶν τοὺς Κίμβρους,
» τοὺς Ἄμβρωνας κατακοψάντων· ἀνάξιον δὲ
» καὶ ἡμῶν αὐτῶν, τῶν τοὺς Γαλάτας κατε-
» στραμμένων, τῶν τοὺς Παννονίους κεχειρωμένων,

A Itaque, milites, tanquam pro vtrisque certantes, & communia omnibus bona paraturi, ita contẽdamus vt & nunc vincamus, & deinceps perpetua felicitate fruamur.

His peroratis, Antonius primores ex iis quos secum habebat, in naues imposuit, ne, si in sua ipsorum potestate essent, nouiquid tentarẽt: quod Dellius & nonnulli alii ad Cæsarem perfugientes fecerant: permultos autem sagittarios etiam, funditorésque & armatos milites imposuit. B Quia enim propter magnitudinem nauium Cæsaris, ac multitudinem classiariorum Sex. Pompeius præcipuè victus fuisset, naues Antonius ædificauerat multo hostilibus maiores, paucas quidem triremes, reliquas omnes à quaternis vsque ad denos ordines remorum capaces: turrésque in iis altas extruxerat, multitudinémque in iis hominum collocauerat, qui quasi de muro pugnarent. Cæsar apparatum hostium conspiciens, ipse etiam se ad pugnã C composuit. sed vbi consilium eorum ex aliis, ac maximè Dellio, intellexit, conducto in vnum locum ipse quoque exercitu, hanc orationem habuit,

Dellius ad Cæsarem perfugit.

Naues Antonij quales.

CAESARIS AD MILITES SVOS ORATIO.

Qᴠᴠᴍ & auditu, milites, accepissem, & reipsa expertus essem, maximas ac plurimas bellicas, aut potius omnes actiones humanas, feliciter ab iis confectas qui in consilio capiendo, ínque agendo, iustitiam & pietatem præ aliis obseruassent, nunc id & mente cum primis repeto, & vos considerare iubeo. nam D etsi tantis sumus instructi viribus, vt etiam in causa iniquiore victoriam sperare nobis liceret, tamen haud paulo plus fiduciæ in belli causa quàm in apparatus robore pono. Romanos enim nos, ac maximis optimísque orbis terrarum partibus imperantes, despectui haberi, conculcaríque ab AEgyptia muliere, indignum quidem fuerit maioribus nostris, qui Pyrrhum, Philippum, Perseum, Antio- E chum debellauerunt, qui Numantinos & Carthaginem exciderunt, Cimbros & Ambrones ad internecionem delẽrunt: indignum autem nobis quoque ipsis, qui Gallos domuimus, Pannonios subegimus,

A maiorum, & suis rebus gestis.

CAESARIS AD MILITES SVOS ORATIO.

ad Istrum vsque progressi sumus, Rhenum transiuimus, in Britanniã traiecimus. Quî enim non dolore afficiantur omnes isti, qui, quas dixi, præclaras res confecerunt, si nos sentiant mulieri perniciosæ subiectos esse? Quî verò nobis non ingẽs sit dedecus, si qui omnibus hactenus virtute præstitimus, nunc horum contumelias æquo animo toleremus? qui, proh deûm fidem, quum sint Alexandrini ac AEgyptii, (quo neque verius, neque maius eorum dedecus dici potest) quũ deorum loco reptilia ac alia animantia colant: immortalitatis opinionem vt consequantur, cadauera sua condiant: qui ad ferociam pronissimi, ad fortitudinem imbecillissimi quum sint, ac (quod summum est) fœminæ pro viro seruiant, tamen ausi sunt bona nostra affectare, ac nostrûm ipsorum opera ea adipisci, vt nos vltro eis felicitate nostra cedamus. Cui enim non dolorem moueat si videat reginam eorum Romanis militibus stipatam? Quis non gemat si audiat, equites & senatores Romanos, eunuchorum instar, eam adulari? Quis non lugeat, audiens vidénsque Antonium ipsum, qui bis consul, imperator sæpius fuit, qui mecum reipublicæ præfecturam gessit, cui tot vrbes, tot exercitus commissi sunt, nunc omnibus patriis viuendi moribus relictis, barbaricos & peregrinos omnes imitatum, nostri legúmque, ac deorum à maioribus nostris ad nos transmissorum, nullam curam habentem, mulierem istam pro Iside aut Luna adorare, natis eius Solis ac Lunæ nomina tribuere, denique seipsum Osiridem ac Dionysium appellare? hinc, quasi si vniuersæ terræ dominus esset, totas insulas ac continentes etiã terras donare? Equidẽ noui, milites, incredibilia vobis hæc & mirabilia videri: quò magis indignationẽ hæc vobis cõcitare par est, quum quæ vos ne audita quidẽ creditis, verè ab ipso agantur:

A τῶν μέχρι τοῦ Ἴστρου προκεχωρηκότων, τῶν τὸν Ῥῆνον διαβεβηκότων, ἐς Βρεταννίαν πεπεραιωμένων. πῶς μὲν γὰρ οὐ μέγα ἂν ἀλγήσειαν πάντες ἐκεῖνοι οἱ τὰ προειρημένα κατειργασμένοι, εἰ αἴσθοιντο ἡμᾶς ὀλεθρίᾳ γυναικὶ ὑποπεπτωκότας; πῶς δ' οὐκ ἂν ἡμεῖς μεγάλως ἀσχημονήσαιμεν, εἰ πάντων ἀρετῇ πανταχοῦ προέχοντες, ἔπειτα τὰς τούτων ὕβρεις πράως φέροιμεν; οἵτινες, ὦ Ἡράκλεις, Ἀλεξανδρεῖς τε καὶ Αἰγύπτιοι ὄντες
B (τί γὰρ ἂν ἄλλο τις αὐτοὺς χεῖρον ἢ ἀληθέστερον εἰπεῖν ἔχοι;) καὶ τὰ μὲν ἑρπετὰ καὶ τἆλλα θηρία, ὥσπερ τινὰς θεούς, θεραπεύοντες, τὰ δὲ σώματα τὰ σφέτερα ἐς δόξαν ἀθανασίας ταριχεύοντες, καὶ θρασύνεσθαι μὲν προπετέστατοι, ἀνδρίζεσθαι δὲ ἀσθενέστατοι ὄντες, καὶ τὸ μέγιστον, γυναικὶ ἀντ' ἀνδρὸς δουλεύοντες, ἐτόλμησαν τῶν τε ἡμετέρων ἀγαθῶν ἀντιποιήσασθαι, καὶ δι' ἡμῶν αὐτὰ κατακτήσασθαι· ὥστε σφίσιν ἑκουσίους ἡμᾶς
C τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν εὐδαιμονίας παραχωρῆσαι. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν ὀδύραιτο, ὁρῶν στρατιώτας Ῥωμαίους δορυφοροῦντας τὴν βασιλίδα αὐτῶν; τίς δ' οὐκ ἂν στενάξειεν, ἀκούων ἱππέας καὶ βουλευτὰς Ῥωμαίων κολακεύοντας αὐτήν, ὥσπερ εὐνούχους; τίς δ' οὐκ ἂν θρηνήσειε καὶ ἀκούων καὶ ὁρῶν αὐτὸν τὸν Ἀντώνιον, τὸν δὶς ὕπατον, τὸν πολλάκις αὐτοκράτορα, τὸν τὴν προστασίαν μετ' ἐμοῦ τῶν κοινῶν ἐπιτραπέντα, τὸν τοσαύτας μὲν πόλεις,
D τοσαῦτα δὲ στρατόπεδα ἐγχειρισθέντα, νῦν πάντα μὲν τὰ πάτρια τοῦ βίου ἤθη ἐκλελοιπότα, πάντα δὲ τἀλλότρια καὶ βαρβαρικὰ ἐζηλωκότα; καὶ ἡμῶν μὲν, ἢ τῶν νόμων ἢ τῶν θεῶν τῶν προγονικῶν, μηδὲν προτιμῶντα, τὴν δ' ἄνθρωπον ἐκείνην, καθάπερ τινὰ Ἶσιν, ἢ Σελήνην, προσκυνοῦντα; καὶ τούς τε παῖδας αὐτῆς, Ἥλιον καὶ Σελήνην ὀνομάζοντα, καὶ τὸ τελευταῖον, καὶ ἑαυτόν, Ὄσιριν καὶ Διόνυσον ἐπικεκληκότα; κἀκ τούτων,
E καθάπερ πάσης μὲν τῆς γῆς, πάσης δὲ τῆς θαλάσσης κυριεύοντα, καὶ νήσους ὅλας καὶ τῶν ἠπείρων τινὰ κεχαρισμένον; ἄπιστα μὲν εὖ οἶδ' ὅτι καὶ θαυμαστὰ ταῦτα ὑμῖν, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, φαίνεται· διὰ τοῦτο δὲ δὴ μᾶλλον ἀγανακτεῖν ὀφείλετε. εἰ γὰρ ἃ μηδ' ἀκούσαντες πιστεύετε, ταῦτ' ὄντως γίνεται,

» καὶ ἐφ' οἷς οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀλγήσειε μα- A
» θών, ταῦτ' ἐκεῖνος ποιεῖ τρυφῶν, πῶς οὐκ ἂν
» εἰκότως ὑπεροργισθείητε; καίτοι ἔγωγε καὶ
» τὸ κατ' ἀρχὰς οὕτω περὶ αὐτὸν ἐσπούδα-
» σα, ὥστε αὐτῷ καὶ τῆς ἡμετέρας ἡγεμονείας
» μεταδοῦναι, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀδελφὴν
» συνοικίσαι, καὶ στρατεύματα χαρίσασθαι.
» καὶ μετὰ ταῦθ' οὕτως ἐπιεικῶς, οὕτω φιλι-
» κῶς πρὸς αὐτὸν ἔσχον, ὥστε μήθ' ὅτι τὴν ἀ-
» δελφήν μου ὕβρισε, μήθ' ὅτι τῶν γεννηθέντων
» οἱ ἐξ αὐτῆς τέκνων ἠμέλησε, μήθ' ὅτι τὴν B
» Αἰγυπτίαν αὐτῆς προετίμησε, μήθ' ὅτι τοῖς
» ἐκείνης παισὶ πάνθ' ὡς εἰπεῖν τὰ ὑμέτερα ἐ-
» δωρήσατο, μήτε δι' ἄλλο μηδέν, ἐθελῆσαι
» αὐτῷ πολεμῆσαι. αἴτιον δέ, ὅτι πρῶτον μὲν
» ἐνόμιζον οὐ τὸν αὐτὸν δεῖν τρόπον πρός τε
» τὴν Κλεοπάτραν καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον
» προσφέρεσθαι. ἐκείνην μὲν γάρ, καὶ ὑπὸ
» τοῦ ἀλλοφύλου, πολεμίαν εὐθὺς οἷς ἔπρα-
» ττεν εἶναι· τοῦτον δέ, ἅτε καὶ πολίτην, ἐνδέ-
» χεσθαι σωφρονισθῆναι. ἔπειτα δὲ ἤλπιζον
» ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐθελούσιος, ἀλλ' ἄκων γε ἐκ C
» τῶν ἐπ' ἐκείνῃ ψηφισθέντων μεταγνώσεται.
» διὰ μὲν δὴ ταῦτα οὐδένα αὐτῷ πόλεμον
294 » ἐπήγγειλα. ἐπεὶ δὲ ὑπεριδὼν αὐτὰ καὶ κα-
» ταφρονήσας, οὔτ' ἀφιέντων αὐτὸν ἡμῶν, ἀ-
» φεθῆναι, οὔτ' ἐλεούντων, ἐλεηθῆναι βού-
» λεται· ἀλλ' εἴτε ὡς ἀλόγιστος, εἴθ' ὡς μαινό-
» μενος (καὶ γὰρ τοῦθ' ἐγὼ ἀκηκοὼς πεπίστευκα,
» ὅτι ὑπ' ἐκείνης τῆς καταράτου μεμάγευ-
» ται) τῆς μὲν ἡμετέρας εὐεργεσίας καὶ τῆς
» παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας οὐδὲν προτι- D
» μᾷ, τῇ δὲ γυναικὶ δουλεύων, τόν τε πόλεμον
» καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς αὐθαι-
» ρέτους καὶ καθ' ἡμῶν καὶ κατὰ τῆς πατρίδος
» ἀναιρεῖται· τί λοιπὸν ἄλλο, πλὴν ἀμύνα-
» σθαι καὶ τοῦτον μετὰ τῆς Κλεοπάτρας ἡμῖν
» προσήκει; μήτ' οὖν Ῥωμαῖον εἶναί τις αὐ-
» τὸν νομιζέτω, ἀλλά τινα Αἰγύπτιον· μήτ'
» Ἀντώνιον ὀνομαζέτω, ἀλλά τινα Σαραπί-
» ωνα· μὴ ὕπατον, μὴ αὐτοκράτορα γεγονέναι
» ποτὲ ἡγείσθω, ἀλλὰ γυμνασίαρχον. ταῦτα E
» γὰρ ἀντ' ἐκείνων αὐτὸς ἐθελοντὴς ἀνθείλε-
» το, καὶ πάντα τὰ πάτρια σεμνολογήματα
» ἀπορρίψας, εἷς τῶν ἀπὸ Κανώβου κυμ-
» βαλιστῶν γέγονε. μὴ μέντοι μηδὲ δείσῃ τις αὐτόν, ὡς καὶ ῥοπήν τινα τοῦ πολέμου παρέξοντα.

CAESARIS AD MILITES SVOS ORATIO.

Suam æquanimitatem proponit.

& quæ cognoscere sine dolore nemo potest, ea is per luxuriam edat: quod summam meritò vobis iram mouere debet. Ego autem initio tanto eum studio colui, vt & participem principatus mei fecerim, & meam ei sororem nuptum dederim, exercitúsque donauerim: postmodo ea vsus sum in illum humanitate ac beneuolentia, vt neque propterea quòd sororem meam ignominia affecisset, neque quòd natos sibi ex ea liberos neglexisset, neque quòd ei AEgyptiam prætulisset, neque quòd huius liberis omnia ferè vestra bona dono dedisset, neque vllam aliam ob causam bellum ei faciendum duxerim. Primò enim existimabam non eodem modo quo Cleopatram, Antonium etiam tractandum esse: quum ista ex iis quæ egisset, quia alienigena esset, statim hostis iudicaretur: Antonius autem, quòd ciuis esset, ad sanitatem mentis reduci posset. deinde sperabam, si non sponte, at certè vel inuitum, propter decretum contra eam factum, pœnitentiam cœptorũ acturum esse. Has ob causas igitur nullum ei bellum indixi: Quoniam verò his spretis ac despectis, neque veniam nobis dantibus, ignosci sibi vult, neque misericordia nostra vti statuit: sed, siue stultitia adductus, siue insania (audiui enim, ac fidem audito habui, esse eum detestatæ illius mulieris incantamentis peruersum) nihili faciens nostrum beneficium, nostrámque in se humanitatem, seruiens mulieri, eius causa bellum & pericula vltro contra nos & patriam suscipit; quid nobis reliquum est nisi vt in eum vnà & in Cleopatram vindicemus? Nemo proinde eum pro Romano, sed AEgyptio, habeat: nemo Antonium nominet, sed Serapionem aliquem: nemo consulem aut imperatorem fuisse, sed gymnasiarcham, existimet. Hæc enim pro istis volẽs recepit, omníque patrio splendore proiecto, vnus ex cymbalistis Canopi factus est. Neque metuere quisquam debet, ne is aliquod momẽtũ bello sit allaturus:

Antonij mores & studia deridet.

CAESARIS AD MILITES SVOS ORATIO.

nam prius quoque nullius cum pretii fuisse bellatorem vos nouistis, qui eum apud Mutinam vicistis. Quòd si quid virtutis, dum nobiscum militauit, iste sibi parauit, scire tamen oportet, omnem eam vitæ hac mutatione eum perdidisse. Fieri enim non potest vt is qui regio luxui mollitieique muliebri indulget, viro aliquid dignum vel consulat vel agat. Est enim necesse omnino vt quibus vnusquisque vitæ rationibus vtitur, earum similis reddatur. Cuius signum euidens est quòd qu͂ interea temporis vnũ tantùm bellũ gesserit, ac vnicã expeditionem fecerit, in prælijs plurimos ciues amisit: turpissimè autem à Praaspis recedens, plures adhuc suorum in fuga perdidit. Etenim si quis vestrûm ridiculè saltare, ac choream Bacchi ducere opus habeat, omnino is ab Antonio superabitur ea in re: nam saltare hic didicit: sin pugna & armis opus est, quid tandem in eo timendum est? Num ætas? atqui ea defloruit, & effœminata est. Animi vis? atqui muliebris & cinædica lasciuia eũ corrupit. Pietas erga deos nostros? atqui contra hos & patriam bellum suscepit. Fides erga socios? quis autem nescit quomodo inductum in fraudem Armeniæ regem ceperit? Num eius in amicos bonitas? quis ergo non vidit quàm miserè eorũ multos interemerit? Existimatio eius, in qua est apud milites? quasi verò non hi quoque de eo desperauerint. id quod ex eo patet quòd ad nos ab eo permulti quotidie transeunt. Atque ego quidem hoc acturos omnes ciues existimo, sicut antè etiam fecerunt, quum is à Brundusio in Galliam iret. Quandiu enim eis spes diuitiarum sine periculo potiundarum adfuit, omnino libenter cum eo multi mãserunt: nunc verò vbi pugnandum eis erit contra nos suos gentiles, pro iis qui nihil ad ipsos pertinent, certè prælium detrectabunt: eo magis quidem quòd nobiscum ipsis saluis esse & beatis tutò licet. At verò multos auxiliarios secum, magnam pecuniæ vim habet. Certè Asiæ continentis habitatores crebrò à nobis victos fuisse

A τὸν μὲν γὰρ οὐδὲ ἐν τῷ πρὶν ἄξιος τινός, ὡς που σαφῶς ἴστε οἱ περὶ Μουτίναν αὐτοῦ κεκρατηκότες· εἰ δ᾽ οὖν ποτε καὶ ἐκ τῆς σὺν ἡμῖν στρατείας ἀρετήν τινα εἶχεν, ἀλλ᾽ εὖ ἴστε ὅτι πᾶσαν αὐτὴν νῦν ἐν τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ διέφθαρκεν. ἀδύνατον γάρ ἐστι, βασιλικῶς τε τινὰ τρυφῶντα, καὶ γυναικείως θρυπτόμενον, ἀνδρῶδές τι φρονῆσαι καὶ πρᾶξαι. διὰ τὸ πᾶσαν ἀνάγκην εἶναι, οἵοις ἄν τις ἐπιτηδεύμασι συνῇ, τούτοις αὐτὸν ἐξομοιοῦσθαι. B τεκμήριον δέ· ἕνα πόλεμον ἐν παντὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεπολεμηκώς, καὶ μίαν στρατείαν πεποιημένος, παμπόλλους μὲν ἐν ταῖς μάχαις πολίτας ἀπολώλεκεν, αἴσχιστα δ᾽ ἀπὸ τῶν Πραάσπων ἀποκεχώρηκε, πλείστους δὲ καὶ ἐν τῇ φυγῇ προσαποβέβληκεν. ὥστ᾽ εἰ μὲν γελοίως πως ὀρχεῖσθαι καὶ κορδακίζειν τινὰ ἡμῶν ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔλαττον αὐτοῦ ἠνέγκατο (ταῦτα γὰρ μεμελέτηκεν) ἐπεὶ δὲ ὅπλων καὶ μάχης δεῖ, τί τις ἂν C αὐτὸν φοβηθείη; τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος; ἀλλὰ παρήβηκε καὶ ἐκτεθήλυνται. τὴν ῥώμην τῆς γνώμης; ἀλλὰ γυναικίζει καὶ ἐκκεκιναίδισται. τὴν εὐσέβειαν τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς ἡμῶν; ἀλλὰ πολεμεῖ καὶ ἐκείνοις καὶ τῇ πατρίδι. τὴν πιστότητα τὴν πρὸς τοὺς συμμάχους; καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὅπως τὸν Ἀρμένιον ἐξαπατήσας ὤχετο; τὴν δὲ ἐπιείκειαν τὴν πρὸς τοὺς φίλους; καὶ τίς οὐχ ἑώρακε τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ κακῶς ἀπολωλότας; D τὴν εὐδοξίαν τὴν παρὰ τοῖς στρατιώταις; καὶ τίς οὐχὶ καὶ ἐκείνων αὐτοῦ κατέγνωκε; σημεῖον δέ, ὅτι συχνοὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς μεθίστανται. νομίζω δὲ ἔγωγε ὅτι καὶ πάντες οἱ πολῖται ἡμῶν τοῦτο ποιήσουσιν, ὥσπερ ποτὲ καὶ πρότερον, ὅτε ἐκ τοῦ Βρεντεσίου πρὸς τὴν Γαλατίαν ᾔει. μέχρι μὲν γὰρ πλουτήσειν ἀκινδύνως ἤλπιζον, καὶ μάλα ἄσμενοί τινες αὐτῷ συνῆσαν· μάχεσθαι δὲ E δὴ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὁμοφύλους ὑπὲρ τῶν μηδὲν σφίσι προσηκόντων (ἄλλως τε καὶ ἐξὸν αὐτοῖς ἀδεῶς σὺν ἡμῖν καὶ σώζεσθαι καὶ εὐδαιμονεῖν) οὐκ ἐθελήσουσιν. ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις ὅτι καὶ συμμάχους πολλοὺς καὶ χρήματα πολλὰ ἔχει. οὐκοῦν ὅπως μὲν τοὺς τὴν Ἀσίαν ἤπειρον οἰκοῦντας νικᾶν εἰώθαμεν,

οἱ δὲ μὲν ὁ Σκιπίων ἐκεῖνος ὁ Ἀσιατικός, οἱ δὲ δὲ καὶ ὁ Σύλλας ὁ Εὐτυχής, ὁ Λούκουλλος, ὁ Πομπήιος, ὁ Καῖσαρ ὁ πατήρ ὁ ἐμός, ὑμεῖς αὐτοί, οἱ τοὺς μετά τε τοῦ Βρούτου καὶ τοῦ Κασσίου συστρατευσαμένους κεκρατηκότες. τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος, ὅσῳ τὸν πλοῦτον σφῶν πλείονα ἑτέρων νομίζετε εἶναι, τοσούτῳ μᾶλλον σπουδάσατε σφετερίσασθαι. ὑπὲρ γὰρ τῶν μεγίστων ἄθλων μεγίστους καὶ τοὺς ἀγῶνας ἄξιον ποιεῖσθαι. καίτοι μεῖζον οὐδὲν
295 ἄλλο φήσαιμι ὑμῖν προκεῖσθαι, τοῦ, τὸ ἀξίωμα τὸ τῶν προγόνων διασῶσαι· τοῦ, τὸ φρόνημα τὸ οἰκεῖον φυλάξαι· τοῦ, τοὺς ἀφεστηκότας ἀφ' ἡμῶν τιμωρήσασθαι· τοῦ, τοὺς ὑβρίζοντας ὑμᾶς ἀμύνασθαι· τοῦ, πάντων ἀνθρώπων νικήσαντας ἄρχειν· τοῦ, μηδεμίαν γυναῖκα περιορᾶν μηδενὶ ἀνδρὶ παρισουμένην. ἢ πρὸς μὲν Ταυρίσκους καὶ Ἰάπυδας, καὶ Δαλμάτας καὶ Παννονίους, προθυμότατα αὐτοὶ ὑμεῖς οἱ νῦν παρόντες ὑπὲρ ὀλίγων τινῶν τειχῶν, καὶ γῆς ἐρήμου πολλάκις ἐμαχέσασθε, καὶ πάντας αὐτούς, καίτοι πολεμικωτάτους ὁμολογουμένως ὄντας, ἐχειρώσασθε, καὶ νὴ Δία καὶ πρὸς Σέξτον ὑπὲρ Σικελίας μόνης, καὶ πρὸς αὐτὸν τοῦτον τὸν Ἀντώνιον ὑπὲρ Μουτίνης μόνης ὁμοίως ἠγωνίσασθε, ὥστ' ἀμφοτέρων αὐτῶν κρατῆσαι· πρὸς δὲ δὴ γυναῖκα πᾶσι τοῖς ὑμετέροις ἐπιβουλεύουσαν, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὰ ὑμέτερα τοῖς ἐκείνης παισὶ διαδεδωκότα, καὶ πρὸς τοὺς καλοὺς αὐτῶν ἑταίρους καὶ τραπεζέας, οὓς αὐτοὶ ἐκεῖνοι κοπρείας ἀποκαλοῦσιν, ἧττόν τι προθυμηθήσεσθε; διὰ τί; διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν; ἀλλ' οὐδὲν πλῆθος σωμάτων ἀρετῆς κρατεῖ. διὰ τὸ γένος; ἀλλ' ἀχθοφορεῖν μᾶλλον ἢ πολεμεῖν μεμελετήκασι. διὰ τὴν ἐμπειρίαν; ἀλλ' ἐρέττειν μᾶλλον ἢ ναυμαχεῖν ἴσασιν. ἐγὼ μὲν καὶ αἰσχύνομαι ὅτι πρὸς τοιούτους ἀνθρώπους ἀγωνίζεσθαι μέλλομεν, ὧν καὶ κρατήσαντες οὐκ εὐδοκιμήσομεν, καὶ ἡττηθέντες ἀσχημονήσομεν. μὴ γάρ που τὸ μέγεθος τῶν σκαφῶν αὐτῶν, ἢ τὸ πάχος τῶν ξύλων ἀντίπαλον ταῖς ἀρεταῖς ὑμῶν εἶναι νομίζετε. ποία μὲν γὰρ ναῦς αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἔτρωσέ τινα, ἢ ἀπέκτεινε; πῶς δ' οὐ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τε ὑ-

A nouit Scipio Asiaticus, Sylla Felix, Lucullus, Pōpeius, pater meus Cæsar, nouistis vos ipsi, qui Asianos Bruto & Cassio opem ferentes deuicistis. Iam quo maiores Antonii diuitias esse cogitatis, tanto magis in id vobis incumbendum est vt vestras eas faciatis. Pro maximis enim præmiis, maxima etiam certamina subire conuenit. Quanquam ego quidem maius vobis huius belli præmium propositum esse nullum dixerim, quàm vt dignitatem maio-
B rum conseruetis: vt magnanimitatem vestram tueamini: vt eos qui à nobis defecerunt, vlciscamini: vt vindictam ab iis qui iniuriis vos affecêre, sumatis, vt victores omnibus hominibus imperetis: vt ne patiamini vllam mulierem viris æquari. Num verò qui tot prælia vos ipsi qui nunc mihi adestis, contra Tauriscos, Iapydes, Dalmatas, Pannoniósque, propter oppida quædam & terram desertam, fecistis, cósque o-
C mnes, bellicosissimos omnium opinione habitos, subegistis, imò etiam de vnica Sicilia contra Sextū Pompeium, de Mutina sola contra hunc ipsum Antonium certauistis, ac vtrunque vicistis: iam minus gnauiter pugnandum vobis arbitrabimini contra fœminam, omnibus vestris rebus insidiatam: contra maritum eius, omnia vestra bona filiis eius elargitum: contra egregios eorum socios ac mensarum asseclas, quos ipsimet stercorarios vocant? Quid ita verò? an propter multitu-
D nem eorum? atqui hæc nihil contra virtutem corporū potest. Propter nationē? atqui onera baiulare magis didicerunt quàm bellare. Propter peritiam? at remos ducere magis quàm nauali prælio pugnare nouerunt. Me quidem pudet cum huiusmodi hominibus nobis esse confligendum, quos si vicerimus, gloriæ id futurum nobis non sit: dedecori autem, si vincamur. Porro neque magnitudinem nauium, neque crassitiem lignorum virtuti vestræ parem esse censete. Quæ enim vnquam nauis per se aut sauciauit vllum, aut occîdit? quî autem fiet vt non propter ipsam altitudinem ac

Caesaris ad milites suos oratio.

Præmium bello propositum.

Copias & apparatum Antonij eleuat.

CAESARIS AD MILITES SVOS ORATIO.

crassitiem & difficilius à remigibus impellantur, & gubernatoribus minus pareant? Quid proderunt his qui ab iis pugnabunt, qui neque enauigare, neque circumnauigare (quæ pugnæ naualis sunt opera) poterunt? Neque enim pedestre prælium nobiscum in mari conserent: neque ad hoc parati sunt vt tanquã intra muros aliquos circunsessi oppugnentur. Nobis quidem admodum erit commodum, eos ligneis quasi mœniis septos aggredi. Si enim eodem loco naues hostiũ velut infixæ substiterint, rostris eas nobis perrumpere licebit, aut tormentis eminus pertundere, igníque & iaculis ignitis inflammare: sin se loco mouere ausæ fuerint, neque insequentes aliquam nostram consequentur, neque fugientes euadent, propter grauitatem suam ad agendum aliquid incommodissimæ, propter molem autem ad accipienda damna opportunissimæ. Quanquam quid attinet multis verbis tempus terere, quum iam aliquoties periculum eorum fecerimus, & apud Leucadem, & nuper, non modò non superati ab ipsis, sed omnibus partibus victores. Itaque non tam meo sermone quàm vestris ipsorum actis confirmati, nunc ad imponendum toti bello finem animos intendite: hoc scientes, quòd si hodie vicerimus, nullus nobis sit labor reliquus futurus: nam & alioquin hominum id natura fert, vt primis certaminibus aduersam fortunam experti, etiam ad cætera sint animo demissiore: & nos extra omnem controuersiam terra iis prævalemus, ita vt etiam nullam antè cladẽ passos vincere possemus. Quæ ipsi hostes etiam cognita habent, adeo vt consternati animis (nihil enim vos eorum quæ audiui, celabo) propter accepta detrimenta, spéque salutis, si hîc remaneant, amissa, ideo effugere aliquò conentur, atque ob id classem nunc educere non naualis prælii conserendi sed fugæ cõsilio capiendæ instituerint, ac optimas pretiosissimásque suas res in naues imposuerint, vt, si possint, cũ his effugiant. Nos igitur eos qui ipsi confitentur se nobis viribus impa-

A φους καὶ τοῦ πάχους καὶ δυσκινητότεραι ἔσονται τοῖς ἐλαύνουσιν αὐτάς, καὶ ἀπειθέστεραι τοῖς κυβερνῶσι; τί δ' ἂν ὄφελος τοῖς ἀπ' αὐτῶν μαχομένοις γένοιτο, μήτε διεκπλεῖν, μήτε περιπλεῖν (ἅπερ που ναυμαχίας ἔργα ἐστὶ) δυναμένοις; οὐ γάρ που πεζομαχεῖν ἡμῖν ἐν τῇ θαλάττῃ μέλλουσιν, οὐδ' αὖ ὥσπερ ἐν τείχεσί τισι κατακεκλεισμένοι πολιορκηθῆναι παρεσκευάδαται. ἐπεὶ τοῦτό γε καὶ πάνυ προσῆκον ἂν εἴη· λέγω δὲ τὸ πρὸς ξύλινα
denique P. Turullium senatorem, vnum ex Iulii Cæsaris percussoribus, amicum tum suum, Cæsari tradidit, ac seipsum etiam interfecturum pollicitus est, si eo facto salus Cleopatræ repræsentari posset. Cæsar, Turullio occiso, idque in Co insula (ita vt visus sit Turullius pœnas AEsculapio dedisse, cui⁹ in luco, qui in Co insula est, arbores ceciderat) Antonio ne tum quidem respondit quicquam. Igitur tertiam legationé Antonius, ac filium suum Antyllum cum multo auro, misit. Cæsar, auro accepto, eum sine responso propositi irritum à se dimisit: Cleopatræ, vt primò sic secundò etiam ac tum tertiò, multas & comminationes & pollicitationes proposuit. Nihilominus tamen veritus ne Antonius & Cleopatra, desperata veniæ impetratione, in incepto perstarent, ac vel suis viribus vincerent, aut in Hispaniam ac Galliam traiicerent, aut pecunias, quas immensas esse audierat, corrumperent: (nam eas omnes Cleopatra in sepulcrum congesserat, quod parauerat in regia: ac, si vel in re minima fortunam aduersam sensisset, omnes secum crematuram minitabatur) Thyrsum libertum suum ad Cleopatram misit, qui & humaniter multa cum ea loqueretur, & Cæsarem eius amore captum diceret: sperans, eam, quæ ab omnibus hominibus amari volebat, eò adduci posse vt Antonio necato seipsam & pecuniam incolumem seruaret. Neque Cæsar eo consilio falsus fuit. Verùm antequam hæc acta sunt, Antonius cognito, Cornelium Gallum, accepto Scarpi exercitu, subitò Parætonium occupasse, etsi in Syriam proficisci euocatus à gladiatoribus in animo habebat: tamen eo omisso, ad Parætonium cõtendit, sperans quidem se eas copias à Gallo ad se sine vllo labore traducturum, (nam beneuolentia erga se affectos propter communem militiam nouerat) sin aliter nequiret, vi certè potiturum: nam & nauales & terrestres copias secum adducebat magnas. Sed neque colloqui cum iis potuit, quanquam ad murũ accederet, & alta voce clamaret (con-

P. Turullij interitus: qui ex Cæsaris percussoribus erat.

Antonius pro Cleopatræ salute mori vult.

Thyrsus ad decipiendã Cleopatram à Cæsare missus.

Cornelius Gallus.

Antonius rem infeliciter ad Parætonium gerit.

cinere enim tubicines iusserat Gallus, ita vt nemo exaudire quicquam posset) & præterea subita eorum eruptione damnum accepit, ac classis quoque incômodum passus est. Catenas sub aqua latentes aliquot noctu per fauces portus Gallus extéderat, ac deinde nullo apertè præsidio portum custodiens, absque omni timore Antonii naues cum sui contemptu intro nauigare passus fuerat: postquam ex intro peruenerunt, attractis per instrumenta ad hoc parata catenis, naues simul terra maríque, & ex ædibus circunuentas, partim incendit partim submersit. Dum hæc fiunt, Cæsar Pelusium vi, vt ferebatur, re vera autem proditione Cleopatræ, cepit. Hæc, quum nemo suppetias ferret, Cæsari autem resisti nullo modo posse audiret, ac ex sermonibus Thyrsi (quo maximè mouebatur) crederet eum suo amore captum, cùm quòd id ita esse cuperet, tum quòd eadem ratione patrem eius ac Antonium sibi mancipauerat, ideóque non veniam modò sibi, & regnum AEgypti, sed Romanorum imperium sperabat, statim ei Pelusio cesserat. Pòst quum idem ad Alexandriam accederet, ciues occultè prohibuit contra eum exire, quum palam eos vt hosti occurrerent cohortari videretur. Antonius quum ad nuntium eorum quæ Pelusii euenissent, Parætonio discessisset, ante Alexandriam Cæsari obuiam factus, equitatu eum ab itinere fatigatum superauit. Hinc aucta confidentia, ac eo etiam quòd iaculatus in Cæsaris castra libellos, sena in singulos sestertia promisisset: pedestri etiam certamine congressus, victus est. Etenim Cæsar ipse vltro libellos militibus suis recitans, Antonium criminatus, turpitudinéque proditionis eis ostensa, ac studio sui renouato, eò adegit, vt fidem suam tentatam indignè ferentes, strenuos se esse fidelésque demonstrare summo studio anniterentur.

Cæsar Pelusio potitur.

Cleopatra Pelusium prodit, & totam causam.

Antonius vincit Cæsarem, & superatur.

Antonius insperatò victus, ad classem confugit: ac eò se compa-

A λοις τοὺς σαλπικτὰς συνηχεῖν κελεύσας, οὐδὲν οὐδενὶ ἐσακοῦσαι ἐπέτρεψε) καὶ προσέτι καὶ ἐπεκδρομῇ αἰφνιδίῳ ἔπταισε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ταῖς ναυσὶν ἐσφάλη. ἁλύσεις γάρ τινας ὑφύδρους νύκτωρ διὰ τοῦ στόματος τοῦ λιμένος ὁ Γάλλος διατείνας, οὐδεμίαν αὐτοῦ 304 φανερὰν φυλακὴν ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀδεῶς εἴσω μετὰ καταφρονήματος ἐς πλέοντας σφᾶς περιεῖδεν. ἐπεὶ μέντοι ἔνδον ἐγένοντο, B τάς τε ἁλύσεις μηχαναῖς ἀνέσπασε, καὶ πανταχόθεν ἅμα τὰς ναῦς αὐτῶν ἔκ τε τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν, τῆς τε θαλάσσης, περισχὼν, τὰς μὲν κατέπρησε, τὰς δὲ κατεπόντωσε. κἀν τούτῳ καὶ τὸ Πηλούσιον ὁ Καῖσαρ, λόγῳ μὲν, κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, ἔργῳ δὲ, προδοθὲν ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας, ἔλαβεν. ἐκείνη γὰρ ὡς οὔτε τις ἐβοήθησε σφίσι, καὶ τὸν Καίσαρα ἀνανταγώνιστον ὄντα ᾔσθετο, τό, τε μέγιστον, ἀκούσασα τοὺς διὰ τοῦ Θύρσου πεμφθέντας C οἱ λόγους, ἐπίστευσεν ὄντως ἐρᾶσθαι· πρῶτον μὲν ὅτι καὶ ἐβούλετο, ἔπειτα δὲ ὅτι καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τόν τε Ἀντώνιον ὁμοίως ἐδεδούλωτο. κἀκ τούτου οὐχ ὅπως τήν τε ἄδειαν, καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος ἕξειν προσεδόκησε· τό, τε Πηλούσιον εὐθὺς αὐτῷ προήκατο. καὶ μετὰ τοῦτο προσελαύνοντι πρὸς τὴν πόλιν ἐκώλυσε τοὺς Ἀλεξανδρέας λάθρα ἐπεξελθεῖν· D ἐπεὶ ὅσον γε ἀπὸ βοῆς καὶ πάνυ σφᾶς προετρέψατο τοῦτο ποιῆσαι. ὁ δ᾽ οὖν Ἀντώνιος ἐκ τοῦ Παραιτονίου πρὸς τὴν περὶ τοῦ Πηλουσίου πύστιν ἐπανελθὼν, προαπήντησε πρὸ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ Καίσαρι, καὶ αὐτὸν κεκμηκότα ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ὑπολαβὼν, τοῖς ἱππεῦσιν ἐνίκησεν. ἀναθαρσήσας τε ἔκ τε τούτου, καὶ ὅτι βιβλία ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ τοξεύμασιν ἐσέπεμψε, πεντακοσίας σφίσι καὶ χιλίας δραχμὰς ὑπισχνούμενος, συνέβαλε E καὶ τῷ πεζῷ, καὶ ἡττήθη. ὁ γὰρ Καῖσαρ αὐτὸς τὰ βιβλία ἐθελοντὴς τοῖς στρατιώταις ἀνέγνω, τόν τε Ἀντώνιον διαβάλλων, καὶ ἐκείνους ἔς τε τὴν τῆς προδοσίας αἰσχύνην, καὶ ἐς τὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ προθυμίαν ἀντικαθιστάς· ὥστε καὶ διὰ τοῦτο αὐτούς, τῇ τε τῆς πείρας ἀγανακτήσει, καὶ τῇ τοῦ μὴ ἐθελοκακεῖν δόξαι ἐνδείξει, σπουδάσαι.

Καὶ ὁ μὲν, ἐπειδὴ παρὰ δόξαν ἠλαττώθη, πρός τε τὸ ναυτικὸν ἀπέκλινε, καὶ παρεσκευά-

ζετο ὡς καὶ ναυμαχήσων, ἢ πάντως γε ἐς τὴν Ἰβηρίαν πλευσούμενος. ἰδοῦσα δὲ τοῦθ' ἡ Κλεοπάτρα, τάς τε ναῦς αὐτομολῆσαι ἐποίησε, καὶ αὐτὴ ἐς τὸ ἡρῷον ἐξαίφνης ἐσεπήδησε, λόγῳ μὲν, ὡς τὸν Καίσαρα φοβουμένη, καὶ προδιαφθεῖραι τρόπον τινὰ ἑαυτὴν βουλομένη· ἔργῳ δὲ, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐκεῖσε ἐσελθεῖν προσκαλουμένη. ὑπετόπει μὲν γὰρ προδίδοσθαι, οὐ μέντοι καὶ ἐπίστευεν, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, ἐκείνην ἢ ἑαυτὸν ἠλέει. ὅπερ που ἡ Κλεοπάτρα ἀκριβῶς εἰδυῖα, ἤλπισεν ὅτι ἂν πύθηται αὐτὴν τετελευτηκυῖαν, οὐκ ἐπιβιώσεται, ἀλλὰ παραχρῆμα ἀποθανεῖται. καὶ διὰ τοῦτο ἔς τε τὸ μνημεῖον σύν τε εὐνούχῳ τινὶ καὶ σὺν θεραπαίναις δύο ἐσέδραμε, κἀκεῖθεν ἀγγελίαν αὐτῷ ὡς καὶ ἀπολωλυῖα ἔπεμψε. καὶ ὃς, ἀκούσας τοῦτο, οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλ' ἐπαποθανεῖν αὐτῇ ἐπεθύμησεν. ἐνταῦθα δὴ τὸ μὲν πρῶτον τῶν παρόντων τινὸς ἐδεήθη ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνῃ· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος σπασάμενος τὸ ξίφος ἑαυτὸν κατειργάσατο, ζηλῶσαί τε αὐτὸν ἠθέλησε, καὶ ἑαυτὸν ἔτρωσε· καὶ ἔπεσέ τε ἐπὶ στόμα, καὶ δόξαν τοῖς παροῦσιν ὡς καὶ τεθνηκὼς παρέσχε. θορύβου τε ἐπὶ τούτῳ γενομένου, ᾔσθετό τε ἡ Κλεοπάτρα, καὶ ὑπερέκυψεν ἀπὸ τοῦ μνημείου. αἱ μὲν γὰρ θύραι αὐτοῦ συγκλεισθεῖσαι ἅπαξ, οὐκέτ' ἀνοιχθῆναι ἐκ μηχανήματός τινος ἐδύναντο, τὰ δ' ἄνω πρὸς τῇ ὀροφῇ οὐδέπω παντελῶς ἐξείργαστο. ἐντεῦθεν οὖν ὑπερκύψασαν αὐτὴν ἰδόντες τινὲς ἀνεβόησαν, ὥστε καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐσακοῦσαι· καὶ ὃς, μαθὼν ὅτι περίεστιν, ἐξανέστη μὲν, ὡς καὶ ζῆσαι δυνάμενος· προχυθέντος δ' αὐτῷ πολλοῦ αἵματος, ἀπέγνω τε τὴν σωτηρίαν, καὶ ἱκέτευσε τοὺς παρόντας ὅπως πρός τε τὸ μνῆμα
305 αὐτὸν κομίσωσι, καὶ διὰ τῶν σχοινίων τῶν πρὸς τὴν ἀνολκὴν τῶν λίθων κρεμαμένων ἀνιμήσωσι. καὶ ὁ μὲν ἐνταῦθα οὕτως ἐν τοῖς τῆς Κλεοπάτρας κόλποις ἐναπέθανεν. ἐκείνη δὲ ἐθάρσησε μέν πως τὸν Καίσαρα, καὶ εὐθὺς αὐτῷ τὸ γεγονὸς ἐδήλωσεν, οὐ μὴν καὶ πάνυ ἐπίστευε μηδὲν κακὸν πείσεσθαι. κατεῖχεν οὖν ἑαυτὴν ἔνδον, ἵν' εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο σωθείη, τῷ γε φόβῳ τῶν χρημάτων καὶ τὴν ἄδειαν καὶ τὴν βασιλείαν ἐκπρίηται. οὕτω που

A parauit, vt aut nauali pugna decerneret, aut in Hispaniam transmitteret. Sed Cleopatra, eo intellecto, id effecit vt naues ab eo transfugerent: ipsa autem confestim in monimentum insiluit, verbo quidem, quasi id metu Cæsaris ac mortis sibi consciscendæ causa faceret, re ipsa autem, quòd eodem Antonium quoque venire volebat. Antonius etsi se proditum esse suspicabatur, tamen amor ne id crederet obtinuit, ac ferè B magis eius quàm sui ipsius commiseratione afficiebatur: id exploratum habens Cleopatra, speránsque fore vt si ipsam obiisse audiret, ipse etiam superuiuere nollet, sed confestim mortem expeteret, in sepulcrum cum eunucho & duabus ancillis cucurrit, atque inde nuntium suæ mortis emisit. Quo audito Antonius, nulla mora interposita, ipse quoque mori decreuit. ac primùm C quendam eorum quos secum habebat, orauit vt se occideret: quum verò is gladio nudato semetipsum interfecisset, imitari hoc factum cupiens, sibi ipsi vulnus ingessit: collapsúsque in faciem, mortem obiisse ab astantibus iudicatus est. Inde coorto tumultu, Cleopatra quum id sensisset, ex fastigio sepulcri prospexit: (nam ianua eius ita erat parata, vt aperiri semel clausa nequiret, solæ partes superiores ad fastigiũ nondum erant absolutæ) quam quum D vidissent quidam, adeo exclamauerunt vt Antonius quoque exaudierit: ísque intellecto eam esse superstitem, consurrexit, quòd viuere se posse arbitraretur. sed multo profuso sanguine, desperata vita, obtestatus est præsentes, vt se ad sepulcrum deferrent, ac per funes qui ad extrahendos lapides suspensi erant, demitterent, sicque in gremio Cleopatræ diem suum clausit. Cleopatra nonnihil Cæsari fidens, omnem ei rem statim significauit: tamen me- E tuens sibi ne quid durius in se statueretur, in sepulcro remansit: vt si nulla alia ratione salutem consequi posset, at certè metu pecuniarum amittendarum sibi veniam à Cæsare & regnum redimeret: adeo etiam

Cleopatra Antoniũ prodit.

Antonius mortem sibi ipsi consciscit.

In gremio Cleopatræ diem claudit.

inter tantas calamitates regni memoriam retinebat, vt mallet nomine & ornamentis eius retentis mori, quàm priuata vita frui: ideóque & ignem paratum perdendis pecuniis habebat, & aspides, aliósque serpentes, quibus se ipsam interficeret: qui quo modo mortem afferrent, in aliis iam antè hominibus periculum fecerat. Cæsar, etsi gaza potiri, eámque viuam capere cupiebat, vt in triumpho duceret, tamen, si quid fide interposita promisisset, impostor videri nolens, id agebat, vt cum ea captiua, ac inuitè in suam potestatem redacta, agere ex animi sententia posset: itaque C. Proculeium equitem ad eam misit, & Epaphroditum libertum, mandato quę loquerentur agerentque. Hi cum Cleopatra congressi, tolerabilibus ei conditionibus propositis, subitò eam, priusquam assentiretur, corripuerunt: remotísque omnibus iis rebus quæ ad mortem consciscendam facerent, aliquot diebus ei, ibi vt commoraretur, dum Antonii cadauer condiret, concessis: deinde in regiam adduxerunt, nihil ei de comitatu ac consueto cultu detrahentes, quò magis ea quæ cupiebat impetraturam se speraret, ac ne quid sibi ipsa mali iniungeret. Quinetiam quum petiisset Cęsaris colloquium, obtinuit: ac ipse, quò magis eam deciperet, se venturum ad eam promisit. Tum Cleopatra, conclaui ornatissimo ac sella pretiosissima parata, sejpsam cultu quammaxime abiecto adornauit (nam habitus eam lugubris mirè decebat) ac in sella consedit, appositis multis ac variis Cæsaris superioris imaginibus, inque sinum suum epistolis ab eo ad se datis acceptis. Ingredientéque Cæsare, pudore suffusa exiluit, & Salue, inquit, ô domine: hoc enim nomen mihi ademptum, dii tibi tribuerunt. Sed vides nimirum ipse hîc patrem tuum, qualis sæpenumero ille ad me ingressus est: audísque quos mihi honores tribuerit, qui me etiam reginam AEgypti constituit. Vt au-

C. Proculeius. Epaphroditus.

Cleopatra capitur.

Cæsaris & Cleopatræ colloquium.

A καὶ τότε ἐν τηλικαύτῃ συμφορᾷ οὖσα, τῆς δυναστείας ἐμέμνητο, καὶ μᾶλλόν γε ἔν τε τῷ ὀνόματι καὶ ἐν τῷ σχήματι αὐτῆς ἀποθανεῖν, ἢ ἰδιωτεύσασα ζῆν ᾑρεῖτο. ἀμέλει εἶχε μὲν καὶ τὸ πῦρ ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἶχε δὲ καὶ ἀσπίδας, ἄλλα τε ἑρπετὰ ἐφ' ἑαυτῇ· προπειραθεῖσα αὐτῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅντινα τρόπον ἕκαστον σφῶν ἀποκτίννυσι. Καῖσαρ δὲ ἐπεθύμει μὲν καὶ τῶν θησαυρῶν ἐγκρατὴς γενέσθαι, καὶ ἐκείνην ζῶσάν τε συλλαβεῖν καὶ ἐς τὰ νικητήρια ἀναγαγεῖν· B οὐ μέντοι καὶ αὐτὸς, πίστιν τινὰ αὐτῇ δοὺς, ἀπατεὼν δόξαι γεγονέναι ἠθέλησεν, ἵν' ὡς καὶ αἰχμαλώτῳ καὶ ἀκούσῃ τρόπον τινὰ χειρωθείσῃ χρήσηται. καὶ διὰ τοῦτ' ἔπεμψε πρὸς αὐτὴν Γάιόν τε Προκουλήιον, ἱππέα, καὶ Ἐπαφρόδιτον, ἐξελεύθερον, ἐντειλάμενος σφίσιν ὅσα καὶ εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι ἐχρῆν. καὶ οὕτως ἐκεῖνοι συμμίξαντες τῇ Κλεοπάτρᾳ, καὶ μέτριά τινα διαλεχθέντες, ἔπειτ' ἐξαίφνης συνήρπασαν αὐτὴν, πρίν τι ὁμολογηθῆναι. C κἀκ τούτων ἐκποδὼν πάντα, ἀφ' ὧν ἀποθανεῖν ἐδύνατο, ποιησάμενοι, ἡμέρας μέν τινας κατὰ χώραν αὐτῇ, τὸ τοῦ Ἀντωνίου σῶμα ταριχευούσῃ, διατρῖψαι ἐπέτρεψαν· ἔπειτα δὲ ἐς τὰ βασίλεια αὐτὴν ἤγαγον, μήτε τῆς ἀκολουθίας τι μήτε τῆς θεραπείας τῆς συνήθους οἱ παραλύσαντες, ὅπως ἔτι καὶ μᾶλλον ἐλπίσῃ τε ὅσα ἐβούλετο, καὶ μηδὲν κακὸν ἑαυτὴν δράσῃ. D ἀμέλει καὶ ὀφθῆναι καὶ διαλεχθῆναί τι τῷ Καίσαρι ἐθελήσασα, ἐπέτυχε. καὶ ἵνα γε ἐπὶ πλεῖον ἀπατηθῇ, αὐτὸς ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτὴν ὑπέσχετο. οἶκόν τε οὖν ἐκπρεπῆ καὶ κλίνην πολυτελῆ παρασκευάσασα, καὶ προσέτι καὶ ἑαυτὴν ἠμελημένως πως κοσμήσασα (καὶ γὰρ ἐν τῷ πενθίμῳ σχήματι δεινῶς ἐνέπρεπεν) ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς κλίνης, πολλὰς μὲν εἰκόνας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ παντοδαπὰς παραθεμένη, E πάσας δὲ τὰς παρ' ἐκείνου οἱ πεμφθείσας ἐς τὸν κόλπον λαβοῦσα. καὶ μετὰ τοῦτο ἐσελθόντος τοῦ Καίσαρος, ἀνεπήδησέ τε ἠρυθριασμένη, καὶ εἶπε, Χαῖρε, ὦ δέσποτα. «
σοὶ μὲν γὰρ τοῦτο θεὸς ἔδωκεν, ἐμὲ δὲ ἀφείλετο. «
ἀλλ' ὁρᾷς μέν που καὶ αὐτὸς τὸν πατέρα σου, τοιοῦτον οἷος πολλάκις πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν, «
ἀκούεις δὲ ὅπως τά τε ἄλλα ἐτίμησέ με, καὶ δὴ καὶ βασιλίδα τῶν Αἰγυπτίων ἐποίησεν. ἵνα «

δ' οὖν

δ' οὖν τι καὶ αὐτοῦ ἐκείνου περὶ ἐμοῦ πύθῃ, λάβε καὶ ἀνάγνωθι τὰ γράμματα ἅ μοι αὐτοχειρίᾳ ἐπέστελλε. Ταῦτά τε ἅμα ἔλεγε, καὶ πολλὰ καὶ ἐρωτικὰ αὐτοῦ ῥήματα ἀνεγίνωσκε. καὶ τοτὲ μὲν ἔκλαιε, καὶ τὰς ἐπιστολὰς κατεφίλει, τοτὲ δὲ πρὸς τὰς εἰκόνας αὐτοῦ προσέπιπτε, καὶ ἐκείνας προσεκύνει. τά τε βλέφαρα ἐς τὸν Καίσαρα ἐπενέκλα, καὶ ἐμμελῶς ἀνωλοφύρετο. θρυπτικόν τέ τι προσεφθέγγετο, ἄλλοτε μὲν λέγουσα, Ποῦ μοι Καῖσαρ ταῦτά σου τὰ γράμματα; ἄλλοτε B δὲ, ὅτι, Ἀλλ' ἐν τούτῳ καὶ σύ μοι ζῇς. Εἶτα αὖθις, Εἴθε σου προτεθνήκειν. Καὶ μάλα αὖθις, Ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἔχουσα, σὲ ἔχω. Τοιαύτῃ τινὶ ποικιλίᾳ καὶ τῶν ῥημάτων καὶ τῶν σχημάτων ἐχρῆτο, μελιχρὰ ἄττα καὶ προσβλέπουσα αὐτῷ καὶ λαλοῦσα. ὁ οὖν Καῖσαρ συνίει μὲν αὐτῆς καὶ παθαινομένης καὶ πληκτιζομένης· οὐ μέντοι καὶ προσεποιεῖτο, ἀλλ' ἐς τὴν γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρείσας, τοῦτο μόνον εἶπε, Θάρσει ὦ γύναι, καὶ θυμὸν C

306 ἔχε ἀγαθόν. οὐδὲν γὰρ κακὸν πείσῃ. Περιαλγήσασα οὖν ἐκείνη ὅτι μήτε προσεῖδεν αὐτὴν, μήτε τι ἢ περὶ τῆς βασιλείας, ἢ καὶ ἐρωτικόν τι ἐφθέγξατο, πρός τε τὰ γόνατα αὐτοῦ προσέπεσε, καὶ ἀνακλαύσασα, Ζῆν μὲν (ἔφη) Καῖσαρ, οὔτε ἐθέλω, οὔτε δύναμαι· ταύτην δέ σε τὴν χάριν ἐς τὴν τοῦ πατρὸς μνήμην αἰτῶ, ἵν' ἐπειδή με Ἀντωνίῳ μετ' ἐκεῖνον ὁ δαίμων παρέδωκε, μετ' αὐτοῦ καὶ ἀποθάνω. εἴθε μὲν γὰρ ἀπολώλειν εὐθὺς D τότε μετὰ τὸν Καίσαρα· ἐπεὶ δέ μοι καὶ τοῦτο παθεῖν ἐπέπρωτο, πέμψον με πρὸς Ἀντώνιον, μηδέ μοι τῆς σὺν αὐτῷ ταφῆς φθονήσῃς· ἵν' ὥσπερ δι' ἐκεῖνον ἀποθνήσκω, οὕτω καὶ ἐν ᾅδου αὐτῷ συνοικήσω. Καὶ ὁ μὲν πρὸς τοιαῦτα οὐδὲν ἀπεκρίνατο. φοβηθεὶς δὲ μὴ ἑαυτὴν διαχρήσηται, θαρσεῖν τε αὐτῇ αὖθις παρεκελεύσατο, καὶ οὔτε τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἀφείλετο, καὶ ἐν ἐπιμελείᾳ αὐτὴν ἐποιεῖτο, ὅπως οἱ τὰ ἐπινίκια λαμπρυνῇ. E τοῦτο οὖν ὑποτοπήσασα, καὶ μυρίων θανάτων χαλεπώτερον αὐτὸ νομίσασα εἶναι, ὄντως τε ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε, καὶ πολλὰ μὲν τοῦ Καίσαρος, ὅπως τρόπον τινὰ ἀπόληται, ἐδεῖτο, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὴ ἐμηχανᾶτο.

A tem aliquid eius etiam ex me percipias, accipe & lege eas literas, quas ipse sua manu exaratas ad me misit. His dictis, multa amatoria Cæsaris verba recitauit, ac modò illacrumauit, literásque exosculata est: modò ad eius imagines deuoluta, eas adorauit, palpebrísque in Cæsarem reflexis, artificiosum luctum ac voces ad molliendum animum appositas edidit, aliâs has: Quonam mihi Cæsar hæ tuæ literæ redierunt? aliâs: At verò in hoc tu quoque mihi superstes es: deinde iterum: Vtinam quidem te prior ego mortem obiissem: mox rursum: Atqui quum hunc habeo, te quoque habeo. Hac varietate & sermonis & gestuum vsa, alia quædam & voce & intuitu ei abblandita est. Cæsar quanquam mulierem ciendis affectibus intentam animaduertebat, tamen eo dissimulato, oculis in terram defixis, hoc vnum pronuntiauit, Bono esto animo mulier, nihil enim mali patieris. At Cleopatra ingenti dolore correpta, quòd neque aspexisset eam Cæsar, neque de regno aut amore vllum fecisset verbum, ad genua eius se proiiciens, fletúmque edens, Viuere quidem, inquit, ô Cæsar, neque volo neque possum: hanc autem à te per patris tui memoriam peto gratiam, vt quoniam ab eo me fortuna Antonio despondit, cum eo etiam mori liceat. Vtinam verò statim post mortem Cæsaris vita excessissem: nunc quoniam vt hæc perferrem in fatis fuit, mitte me ad Antonium, neque mihi communem cum eo sepulturam inuide, vt quemadmodum eius causa pereo, ita etiam apud inferos cum eo sim. Ad hæc verba nihil Cæsar respondit: veritus autem ne se ipsa occideret, iterum animo vt esset bono hortatus est: ac neque solitam ei vitæ rationem ademit, & accuratè obseruari iussit, adhibiturus eam ad exornādum suum triumphum. Quod ita fore suspicata Cleopatra, ac infinitis mortibus id acerbius ducens, mori seriò cupiit, multísque Cæsarem precata, vt quacunque ratione vitam sibi adimeret, multis idem ipsa modis tentauit.

Sed quum frustra id esset, sententiam se mutasse finxit, ac multum spei in Cæsare, multum in Liuia habere, vltróque se velle nauigare dixit: cimeliáque quædam quæ dono huic ferret, parauit: sperans futurum vt fidem faceret se mori nolle: minúsque attentè custodita, necem sibi consciscere posset. Neque eam hæc spes frustrata est. Igitur vbi cùm alii tum Epaphroditus, cui custodia eius mandata erat, ex animo ita eam sentire putantes, de diligentia obseruandæ ipsius remiserunt, ad id se componens vt quàm minimo cum dolore diem suum clauderet, epistolam, qua à Cæsare petebat vt cum Antonio sepeliri ipsam iuberet, Epaphrodito dedit perferendam, obsignatam quidem: vt is aliud quiddam contineri ea existimans, occasione epistolæ Cæsari reddendæ è medio remoueretur: eóque digresso, rē propositam exequendam sibi sumens, veste se omnium elegantissima induit, ac quàm potuit pulcerrimè exornauit, omníque habitu regio assumpto, vita excessit. Quo mortis genere obierit, certum nemo nouit: puncturæ tantùm exiguæ in brachio eius repertæ sunt. Perhibent quidam eam in vrna illatam aspidem, aut inter flores quosdam, corpori suo adhibuisse: alii acum ab ea, qua capillum componere solita esset, veneno inunctam tradunt: cuius ea fuerit natura vt quum corpori aliâs nullum damnum iniungat, vbi primùm tamen sanguinem vel minimùm attigerit, mortem & celerrimam & absque omni dolore afferat: hanc acum ab ea more suo in capite eatenus gestatam, tum detractam, brachióque in hoc sauciato, sanguini immissam fuisse. Ad hunc igitur Cleopatra modum, aut certè minimè dissimili ratione, cum ancillis duabus mortua est. Nam eunuchus simul atque Cleopatra capta fuit, serpentibus sese vltro mordendum præbuerat, mórsúsque in foueam, præparatam sibi ad id, inciderat. Cæsar, audito Cleopatræ interitu, attonitus, corpus eius vidit, remediáq; ei, & Psyllos adhibuit, si qua eam ratione vitæ restituere posset. Psylli enim hi viri sunt (neque enim fœmella nascitur Psylla) qui possunt omnium

Cleopatræ mors.

Eunuchi fides.

Psylli.

A ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐπέραινε, μεταγινώσκειν τε ἐπλάσατο, ὡς καὶ ἐλπίδα πολλὴν μὲν καὶ ἐς ἐκεῖνον, πολλὴν δὲ καὶ ἐς τὴν Λιουίαν ἔχουσα· καὶ ἐκουσία τε πλευσεῖσθαι ἔλεγε, καὶ κόσμους τινὰς ἀποθέτους ἐς δῶρα ἡτοιμάζετο· εἴπως πίστιν ἐκ τούτων μὴ τεθνήξειν λαβοῦσα, ἧττόν τε τηρηθείη, καὶ ἑαυτὴν ἐξεργάσαιτο. ὃ καὶ ἐγένετο. ἐπεὶ γὰρ οἵ τε ἄλλοι, καὶ ὁ Ἐπαφρόδιτος, ᾧπερ ἐπετέτραπτο, πιστεύσαντες ταῦθ' ὡς ἀληθῶς φρονεῖν, τῆς ἀκρι- B βοῦς φυλακῆς ἠμέλησαν, παρεσκευάζετο ὅπως ὡς ἀλυπότατα ἀποθάνῃ. καὶ γραμματεῖόν τι, δι' οὗ ἐδεήθη τοῦ Καίσαρος ἵνα αὐτὴν μετὰ τοῦ Ἀντωνίου ταφῆναι κελεύσῃ, αὐτῷ τῷ Ἐπαφροδίτῳ σεσημασμένον (ὅπως προφάσει τῆς ἀποκομιδῆς αὐτοῦ, ὡς καὶ ἄλλο τι ἔχοντος, ἐκποδὼν οἱ γένηται) δοῦσα, ἔργου εἴχετο. τήν τε γὰρ ἐσθῆτα τὴν περικαλλεστάτην ἐνδῦσα, καὶ ἑαυτὴν εὐπρεπέ- C στατα εὐθετήσασα, τό, τε σχῆμα τὸ βασιλικὸν πᾶν ἀναλαβοῦσα, ἀπέθανε. καὶ τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν ᾧ τρόπῳ διεφθάρη· κεντήματα γὰρ λεπτὰ περὶ τὸν βραχίονα αὐτῆς μόνα εὑρέθη. λέγουσι δὲ οἱ μὲν ὅτι ἀσπίδα ἐν ὑδρείᾳ, ἢ καὶ ἐν ἄνθεσι τισὶν ἐσκομισθεῖσαν οἱ προσέθετο. οἱ δὲ, ὅτι βελόνην ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ἰῷ τινὶ, δύναμιν τοιαύτην ἔχοντι ὥστε ἄλλως μὲν μηδὲν τὸ σῶμα βλά- D πτειν, ἂν δ' αἵματος καὶ βραχυτάτου ἅψηται, καὶ τάχιστα καὶ ἀλυπότατα αὐτὸ φθείρειν, χρίσασα, τέως μὲν αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐφόρει, ὥσπερ εἰώθει, τότε δὲ, προκατανύξασα τινὶ τὸν βραχίονα, ἐς τὸ αἷμα ἐνέβαλεν. οὕτω μὲν, ἢ ὅτι ἐγγύτατα, μετὰ τῶν δύο θεραπαινῶν ἀπώλετο. ὁ γὰρ εὐνοῦχος, ἅμα τῷ συλληφθῆναι αὐτήν, τοῖς τε ἑρπετοῖς ἑαυτὸν ἐθελοντὴς παρέδωκε, καὶ δηχθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐς σορὸν προπαρεσκευασμένην οἱ ἐσπε- E πηδήκει. ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς, ἐξεπλάγη, καὶ τό, τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῷ, καὶ ψύλλους, εἴπως ἀνασφήλειε, προσήνεγκεν. οἱ δὲ δὴ ψύλλοι οὗτοι, ἄνδρες μέν εἰσι (γυνὴ γὰρ οὐ γίνεται ψύλλα) δύνανται δὲ πάντα

τε ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ παραχρῆμα, πρὶν θνήσκειν τινά, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοὶ μηδέν, ὑπὸ μηδενὸς αὐτῶν δηχθέντες, βλάπτεσθαι. φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα ἤτοι μετ' ὄφεων που εὐθὺς ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων σφίσιν. οὔτε γὰρ τῷ παιδίῳ τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσι. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ, μηδένα τρόπον ἀναβιώσασθαι τὴν Κλεοπάτραν δυνηθείς, ἐκείνην μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἠλέησεν, αὐτὸς δ' ἰσχυρῶς ἐλυπήθη, ὡς καὶ πάσης τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης ἐστερημένος.

A ſerpentū venena ex hominib. nondum mortuis exugere, neque ipſis morſis à ſerpētibus incommodum vllum accidit. Naſcuntur autem ex ſeipſis: natóſq; aut ſerpentibus continuò iniectis, aut ipſis faſciolis in ſerpentes coniectis probant. nā ſerpentes neque lædere infantem poſſunt, & veſtibus eius impoſitis, torpore corripiūtur. Quum nullo modo ad vitam reduci Cleopatra poſſet, B miratus eam, ac miſericordia proſecutus, magnopere doluit, omni ſe triūphi ſui gloria ſpoliatum eſſe ratus.

307 Ἀντώνιος μὲν δὴ καὶ Κλεοπάτρα, πολλῶν μὲν τοῖς Αἰγυπτίοις, πολλῶν δὲ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις κακῶν αἴτιοι γενόμενοι, οὕτω τε ἐπολέμησαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησαν· ἔν τε τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν. ἔσχον δὲ τήν τε φύσιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν τύχην τοῦ βίου τοιάνδε· ὁ μέν, συνεῖναί τε τὸ δέον, οὐδενὸς ἥττων ἐγένετο, καὶ πολλὰ ἀφρόνως ἔπραξεν· ἀνδρίᾳ τε ἐν τισὶ διέπρεψε, καὶ ὑπὸ δειλίας πολλὰ ἐσφάλη· τῇ τε μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ δουλοπρεπείᾳ ἐξ ἴσου ἐχρῆτο· καὶ τά τε ἀλλότρια ἥρπαζε, καὶ τὰ οἰκεῖα προΐετο· ἠλέει τε ἀλόγως συχνούς, καὶ ἐκόλαζεν ἀδίκως πλείονας. κἀκ τούτων, ἰσχυρότατός τε ἐξ ἀσθενεστάτου, καὶ πλουσιώτατος ἐξ ἀπορωτάτου γενόμενος, οὐδετέρου αὐτῶν ἀπώνατο, ἀλλὰ καὶ τὸ κράτος τὸ τῶν Ῥωμαίων μόνος ἕξειν ἐλπίσας, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. Κλεοπάτρα δὲ, ἄπληστος μὲν ἀφροδίτης, ἄπληστος δὲ χρημάτων γενομένη, καὶ πολλῇ μὲν φιλοτιμίᾳ φιλοδόξῳ, πολλῇ δὲ καὶ περιφρονήσει θρασείᾳ χρησαμένη, τήν τε βασιλείαν τῶν Αἰγυπτίων ὑπ' ἔρωτος ἐκτήσατο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων λήψεσθαι δι' αὐτοῦ ἐλπίσασα, ταύτης τε ἐσφάλη, κἀκείνην προσαπώλεσε. δύο τε ἄνδρας Ῥωμαίων τῶν καθ' ἑαυτὴν μεγίστων κατεκράτησε, καὶ διὰ τὸν τρίτον ἑαυτὴν κατεχρήσατο. οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοί τε ἐγένοντο, καὶ οὕτως ἀπήλλαξαν. τῶν δὲ δὴ παίδων αὐτῶν, Ἄντυλλος μέν, καίτοι τὴν τε τοῦ Καίσαρος θυγατέρα ἐγγεγυημένος, καὶ ἐς τὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡρῷον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, καταφυγών, εὐθὺς ἐσφάγη. Καισαρίων δὲ ἐς Αἰθιοπίαν φεύγων, κατελήφθη τε ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ διεφθάρη.

Ita Antonius ac Cleopatra multorum malorū & AEgyptiis & Romanis autores, & bellum geſſerunt, & mortem oppetierunt, ac eodem modo cōditi; in eadem arca ſepulti ſunt. Fuit autem hæc vtriuſq; animi natura, & vitæ fortuna. Antonius quæ ex vſu eſſent intelligendo nemini conceſſit, idémque multa imprudēter egit: in nonnullis reb. fortitudine C claruit, multas propter timiditatem infeliciter geſſit: par in eodem magnanimitas ac puſillanimitas erat: aliena rapiebat, ſua negligebat: multos præter rationem miſerabatur, plures iniuſtè plectebat. his artibus ex infirmiſſimo potentiſſimus, ex pauperrimo ditiſſimus effectus, neutro bono vſus eſt: ſed quum ſolus Romanorum imperio potiri cuperet, ſeipſum interfecit. At Cleopatra modum neque rei Venereæ, D neque auaritiæ ſtatuere nouerat: multa per ambitionē prodigalitate, multa etiam temeraria ſuperbia vtens: regnū AEgyptium amore parauerat, ac eadē arte Romanum quoq; adipiſci intēdens, & hoc non cōſecuta eſt, & ſuū inſuper perdidit. quúmq; duos viros, Romanorū ſuo tempore maximos, ſub ſe redegiſſet, propter tertium necem ſibi ipſa conſciuit. Hæc illorum & vita fuit & exitus. Ex liberis autem eorum Antyllus, quanquam ei erat Cæſaris filia deſponſata, E ac in patris eius ſacellum à Cleopatra factum confugerat, ſtatim iugulatus eſt: Cæſario autem, in AEthiopiam fugiens, interceptus in itinere, necatus:

Antonii ingenium.

Cleopatræ natura.

Cæſar in liberos eorū quid ſtatuerit.

Antylli & Cæſarionis interitus.

Cleopatra Iubæ nupta.

Cleopatra autem Iubæ, Iubæ filio, in matrimonium tradita est. Hunc Iubam Cæsar in Italia educatum, ac suam militiam secutum, hoc regno, & paterno etiam, donauit: hísque etiam Alexandrum & Ptolemæum concessit.

Alexander & Ptolemæus.

sororis suæ filiabus, quas ex Antonio susceperat Octauia, ac nutriuerat, pecunias ex bonis paternis tribuit. Iulio, Antonii & Fuluiæ filio, libertos eius confestim ea omnia dare iussit, quę morientes ei relinquere legibus iubebantur. Qui Antonii rebus fauissent, eorum alios supplicio affecit, alios venia, vel sua sponte, vel amicis intercedentibus. Quúmque inuenisset apud Antonium permultos principum ac regum liberos, alios obsidum nomine, alios per contumeliam educatos fuisse: eorum partem domum remisit, partim coniugio inuicem copulauit, alios retinuit. ego, cæteris omissis, duo tantùm exempla eius rei nominatim commemorabo.

Iotape patri reddita.

Iotapen regi Medorum, qui ad se victus confugerat, vltro reddidit:

Artaxæ in Romanos iniuria.

Artaxæ autem, quia is Romanos, qui in Armenia superfuerant, occidisset, fratres suos quantunuis petenti non remisit:

Alexandrinis cur pepercerit.

AEgyptiis porro Alexandrinísque vniuersis ignouit, ac nullum eorum occîdit: cuius causa reuera hæc fuit, quòd nolebat tot talésque viros, qui multis in rebus magnopere Romanis profuissent, extremis malis afficere. nam prætendebat huius suæ clementiæ causam, deum Serapin, Alexandrúmque vrbis cōditorem, tertiúmque præter eos Areum Alexandrinum ciuem, cuius olim in philosophia opera ac conuersatione vsus erat.

Areus philosophus.

Cæsar orationem Græcam habet ad Alexandrinos.

Orationem autem, qua causam veniæ ipsis datæ exponeret, Græcè habuit, vt intelligi ab ipsis posset.

Corpus Alexandri à Cæsare attrectatum.

Deinde corpus Alexandri inspexit, ídque attrectauit, ita vt nasi quoque (ita enim fertur) particulam aliquam fregerit: Ptolemæorum autem corpora, quanquam ea ostendere Alexandrini enixè volebant, non spectauit: regem se, non mortuos voluisse videre dicens.

Apis.

Eadémque de causa Apim quoque noluit accedere, deos se, non boues, adorare consueuisse perhibens.

A ἥ τε Κλεοπάτρα Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβου παιδὶ συνῴκησε. τούτῳ γὰρ ὁ Καῖσαρ τραφέντι τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ συστρατευσαμένῳ οἱ, ταύτην τε καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔδωκε, καὶ αὐτοῖς καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τόν τε Πτολεμαῖον ἐχαρίσατο. ταῖς τε ἀδελφιδαῖς, ἃς ἐκ τοῦ Ἀντωνίου ἡ Ὀκταουία ἀνῄρητό ποτε καὶ ἐτετρόφει, χρήματα ἀπὸ τῶν πατρῴων ἀπένειμε. καὶ τῷ Ἰούλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου τῆς τε Φουλουίας υἱεῖ, τοὺς ἐξελευθέρους αὐτοῦ πάνθ' ὅσα
B τελευτῶντας σφᾶς καταλιπεῖν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους ἔδει, παραχρῆμα δοῦναι ἐκέλευσε. τῶν τε ἄλλων τῶν τὰ τοῦ Ἀντωνίου μέχρι τότε πραξάντων, τοὺς μὲν ἐκόλασε, τοὺς δὲ ἀφῆκεν, ἢ δι' ἑαυτόν, ἢ διὰ τοὺς φίλους. ἐπειδή τε συχνοὶ παρ' αὐτῷ καὶ δυναστῶν καὶ βασιλέων παῖδες, οἱ μὲν ἐφ' ὁμηρείᾳ, οἱ δὲ καὶ ἐφ' ὕβρει τρεφόμενοι εὑρέθησαν, τοὺς μὲν οἴκαδε αὐτῶν ἀπέστειλε, τοὺς δὲ ἀλλήλοις συνῴκισεν· ἑτέρους τε κατέσχεν. ὧν ἐγὼ τοὺς
C μὲν ἄλλους ἐάσω, δύο δὲ δὴ μόνον ὀνομαστὶ μνησθήσομαι. τὴν μὲν γὰρ Ἰωτάπην τῷ Μήδῳ, καταφυγόντι μετὰ τὴν ἧτταν πρὸς αὐτόν, ἑκὼν ἀπέδωκε, τῷ δ' Ἀρτάξῃ τοὺς ἀδελφοὺς καίπερ αἰτήσαντι, οὐκ ἔπεμψεν, ὅτι τοὺς ὑπολειφθέντας Ῥωμαίους ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ἀπεκτόνει. περὶ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους τοιαῦτα ἐγίγνετο. τῶν δὲ Αἰγυπτίων τῶν τε Ἀλεξανδρέων πάντων ἐφείσατο, ὥστε μὴ διολέσαι τινά· τὸ μὲν ἀληθές, ὅτι οὐκ ἠξίωσε τοσούτους
D τε αὐτοὺς ὄντας καὶ χρησιμωτάτους τοῖς Ῥωμαίοις ἐς πολλὰ ἂν γενομένους, ἀνήκεστόν τι δρᾶσαι· πρόφασιν δ' ὅμως προεβάλλετο, τόν τε θεὸν τὸν Σάραπιν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν· καὶ τρίτον, Ἄρειον τὸν πολίτην, ᾧ που φιλοσοφοῦντί τε καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο. καὶ τόν γε λόγον, δι' οὗ συνέγνω σφίσιν, ἑλληνιστί, ὅπως συνῶσιν αὐτοῦ, εἶπε. καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο, ὥστε τι τῆς ῥινός, ὥς
E φασι, θραυσθῆναι. τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουληθέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο, εἰπὼν ὅτι, βασι-
" λέα, ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα. κἀκ " 308
τῆς αὐτῆς ταύτης αἰτίας, οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἠθέλησε λέγων, θεοὺς ἀλλ' οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἰθίσθαι.

Ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ τῷ Γάλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. πρός τε γὰρ τὸ πολύανδρον καὶ τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας, καὶ πρὸς τὸ ῥᾴδιον τό, τε κοῦφον τῶν τρόπων αὐτῶν, τήν τε σιτοπομπείαν καὶ τὰ χρήματα, οὐδενὶ βουλευτῇ οὐχ ὅπως ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνεπιδημεῖν αὐτῇ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ἂν μή τινι αὐτὸς ὀνομαστὶ συγχωρήσῃ. οὐ μέντοι οὐδ' ἐκείνοις βουλεύειν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφῆκεν, ἀλλὰ B τοῖς μὲν ἄλλοις ὡς ἑκάστοις, τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσε· τοσαύτην που νεωτεροποιίαν αὐτῶν κατέγνω. καὶ σφῶν οὕτω τότε ταχθέντων, τὰ μὲν ἄλλα καὶ νῦν ἰσχυρῶς φυλάσσεται, βουλεύουσι δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Σεουήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐπ' Ἀντωνίνου τοῦ υἱέος αὐτοῦ πρῶτον ἐς τὴν γερουσίαν ἐσγραφέντες. Αἴγυπτος μὲν C οὕτως ἐδουλώθη. πάντες γὰρ οἱ ἀντισχόντες αὐτῶν, χρόνον τινὰ ἐχειρώθησαν, ὥς που καὶ τὸ δαιμόνιον σφίσιν ἐναργέστατα προεδήλωσεν. ὗσε τε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι, ἔνθα μηδὲ ἐψέκασε ποτέ, ἀλλὰ καὶ αἵματι. ταῦτά τε ἅμα ἐκ τῶν νεφῶν ἐξέπιπτε, καὶ ὅπλα προεφαίνετο. κτυπήματά τε τινὰ ἑτέρωθι καὶ τυμπάνων καὶ κυμβάλων, καὶ βοήματα καὶ αὐλῶν καὶ σαλπίγγων ἐγίγνετο. καί τις δράκων ὑπερμεγέθης, ἐξαίφνης σφίσιν ὀφθείς, ἀμήχανον ὅσον ἐξε- D σύρισε. κἀν τούτῳ καὶ ἀστέρες κομῆται ἑωρῶντο, καὶ νεκρῶν εἴδωλα ἐφαντάζετο. τά τε ἀγάλματα ἐσκυθρώπασε, καὶ ὁ Ἆπις ὀλοφυρτικόν τι ἐμυκήσατο, καὶ κατεδάκρυσε. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐγένετο. χρήματα δὲ πολλὰ μὲν ἐν τῷ βασιλικῷ εὑρέθη (πάντα γάρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἱερῶν ἀναθήματα ἡ Κλεοπάτρα ἀνελομένη, συνεπλήθυσε τὰ λάφυρα τοῖς Ῥωμαίοις, ἄνευ τινὸς οἰκείου αὐτῶν μιάσματος) πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑκάστου τῶν αἰτιαθέντων τι ἠθροίσθη. καὶ χωρὶς οἱ λοι- E ποὶ πάντες, ὅσοι μηδὲν ἴδιον ἔγκλημα λαβεῖν ἐδύναντο, τὰ δύο μέρη τῶν οὐσιῶν ἠτήθησαν. καὶ ἀπ' αὐτῶν πάντες μὲν οἱ στρατιῶται τὰ ἐποφειλόμενα σφίσιν ἐκομίσαντο, οἱ δὲ δὴ καὶ τότε τῷ Καίσαρι συγγενόμενοι, πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμάς,

AEgypto autem poſtea tributariæ factæ Cornelium Gallum præfecit. Multitudo ſanè hominum, vrbium ac agrorum, ac mores eius gentis leues, tum copia annonæ & pecuniæ, efficiebant vt non modò committere prouinciam ſenatori nulli auderet, ſed & proficiſcendi in AEgyptum poteſtatem, niſi ipſe nominatim alicui permiſiſſet, omnibus adimebat. adeo enim ſuſpectos AEgyptios ſtudii nouarum rerum habebat, vt nemini eorum ſenatorem eſſe Romæ permiſerit: ſed ceteris quidem vrbibus ſuo vnicuique modo, Alexandrinis, ſine ſenatoribus rempublicam adminiſtrare iuſſerit. Quæ eo tempore conſtituta, reliqua quidem omnia hodiéque conſtant: ſenatores autem Alexandriæ ſunt, & eſſe cœperunt ſub Seuero imperatore, Alexandrinique in ſenatum etiam Romanum adſcripti ſunt à filio huius Antonino. Hoc pacto AEgyptus in ſeruitutem redacta eſt, omnibus qui reſtitiſſent, paulo pòſt ſubactis. quod ipſis diuinitus etiam euidenter præmonſtratum fuit. Nam & pluit iis in locis in quibus antè nulla vnquam gutta deciderat: ídque non aqua ſed ſanguine. & ſimul arma in nubibus apparuerunt: ſonitúſque ab alia parte tympanorum ac cymbalorum, fiſtularúmque & tubarum voces exauditæ ſunt. Draco quidam immodicæ magnitudinis repentè apud AEgyptios viſus, immenſum ſibilauit: apparuerúntque eodem tempore cometæ, & mortuorum imagines: ſimulacráque triſtitiam præ ſe tulerunt, & Apis lugubrem mugitum ac lacrymas edidit. Cæterùm magna pecuniæ vis in regia reperta eſt (omnia enim ferè etiam ſanctiſſimorum templorũ donaria ſuſtulerat Cleopatra, ac Romanis prædã ſine ipſorum ſcelere aliquo adauxerat) multæ etiam ab iis qui criminis alicuius rei fierent, exigebantur: ac reliqui ſeorſim omnes, quibus crimen nullum obiici poterat, beſſem bonorum ſuorum poſcebantur. Inde omnibus militibus ſtipendia debita numerata ſunt: qui verò tum quoque cum Cæſare erant, ducenos quinquagenos ſinguli denarios

AEgypto tributariæ factæ Cornelius Gallus præficitur.

Alexandrini quando ſenatores Romæ eſſe cœperint.

Prodigia ſeruitutem AEgypto prædicentia.

Cometa.

Maxima præda Romani politi.

acceperunt, ne vrbem diriperent: omnibus qui mutuum antè aliquid dedissent, exolutum id est: multa senatoribus ac equitibus qui in belli societate fuerant, dona data sunt. In summa, imperium Romanorum ditatum est, templáque eorum exornata.

Nicopolis in AEgypto.

His actis, Cęsar eo quoq; ibi in loco quo pugnatū fuerat, vrbē condidit, idémque ei & nomen & ludos eosdem attribuit: fossas autem quibus aqua ducebatur, partim expurgauit partim nouas egit: omnibúsque quę ex vsu erant constitutis, per Syriam in Asiam prouinciam profectus, hyberna ibi egit: simúlque & subditorum omnia negotia, & Parthicum composuit. Coorta enim inter Parthos discordia: ac quidam Teridates contra Phraaten insurrexerat, & primùm, quandiu res Antonii adhuc * * ac etiam post nauale prælium poscentibus, nihil aliud quàm deliberaturum se respōdit, occupationem AEgyptiam prętendens, quum hoc verè ageret vt ipsorum mutuo bello vires attererentur. Tunc autem Antonio mortuo, quum Teridates victus in Syriam confugisset, Phraates victor legatos ad Cæsarem misisset, iis Cæsar amicè respondit: ac Teridati quidem auxilium nullum promisit, vt tamen in Syria versaretur, concessit: filiúmque ab eo Phraatis beneficii loco acceptū, Romam adduxit, obsidísque loco habuit.

Cæsar in Asiam it.

Parthicum negotium vt Cæsar cōposuerit.

Teridates.

Phraatis filius obses à Cęsare seruatur.

Hoc & superiori tempore permulta Romæ in honorem Cæsaris propter victoriam naualem sunt facta decreta: nam ei & de Cleopatra triumphus concessus est, & fornix trophæum gerens, Brundusii, aliúsque in foro Romano: vtque sacrarii Iulii basis captiuarum nauium rostris ornaretur: ludíq; in honorē eius quinquēnales haberentur: feriæ essent natali eius die, ac ea die qua victoriæ nuntius allatus fuit: vtque ei in vrbem ingredienti Vestales virgines, senatus, populúsque cum coniugibus & liberis, obuiam irent.

Honores Cæsari decreti.

A ὥστε μὴ διαρπάσαι τὴν πόλιν, προσεπέλαβον. τοῖς τε προδεδανείκασί τι, πάντα ἀπηλλάγη, καὶ τοῖς συμμετασχοῦσι τοῦ πολέμου καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, πάμπολλα ἐδόθη. τό, τε σύμπαν, ἥ τε ἀρχὴ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπλουτίσθη, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐκοσμήθη.

Ὁ δ' οὖν Καῖσαρ ὡς τά τε προειρημένα ἔπραξε, καὶ πόλιν καὶ ἐκεῖ ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ συνῴκισε, καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν ἀγῶνα ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ αὐτῇ δούς, τάς B τε διώρυχας, τὰς μὲν ἐξεκάθηρε, τὰς δὲ ἐκ καινῆς διώρυξε, καὶ τἆλλα τὰ προσήκοντα προσδιῴκησεν. ἔς τε τὴν Ἀσίαν τὸ ἔθνος διὰ τῆς Συρίας ἦλθε, κἀνταῦθα παρεχείμασε, τά τε τῶν ὑπηκόων ὡς ἕκαστα, καὶ τὰ τῶν Πάρθων ἅμα καθιστάμενος. στασιασάντων γὰρ αὐτῶν, καί τινος Τιριδάτου τῷ Φραάτῃ ἐπαναστάντος, πρότερον μέν, καὶ ἕως ἔτι τὰ τοῦ Ἀντωνίου * καὶ μετὰ τὴν ναυμαχίαν αἰτησάντων, C ἀλλ' οὐδὲ ἀπεκρίνατο ἄλλο οὐδέν, ἢ ὅτι βουλεύσεται· πρόφασιν μέν, ὡς καὶ περὶ τὴν Αἴγυπτον ἀσχολίαν ἔχων· ἔργῳ δέ, ἵν' ἐκτρυχωθεῖεν ἐν τούτῳ μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. τότε δὲ ἐπειδὴ ὁ Ἀντώνιος ἐτελεύτησε, καὶ ἐκείνων ὁ μὲν Τιριδάτης ἡττηθείς, ἐς τὴν Συρίαν κατέφυγεν, ὁ δὲ Φραάτης, κρατήσας, πρέσβεις ἔπεμψε, τούτοις τε φιλικῶς ἐχρημάτισε, καὶ τῷ Τιριδάτῃ βοηθήσειν μὲν οὐχ ὑπέσχετο, διαιτᾶσθαι δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ἐ-
D πέτρεψεν, υἱόν τε τινὰ τοῦ Φραάτου ἐν εὐεργεσίας μέρει παρ' αὐτοῦ λαβών, ἔς τε τὴν Ῥώμην 305
ἀνήγαγε, καὶ ἐν ὁμηρείᾳ ἐποιήσατο.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον, συχνὰ μὲν καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ναυμαχίας νίκῃ οἱ ἐν οἴκῳ Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο. τά τε γὰρ νικητήρια αὐτῷ ὡς καὶ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ ἁψῖδα τροπαιοφόρον ἔν τε τῷ Βρεντεσίῳ, καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Ῥωμαίᾳ ἀγορᾷ ἔδωκαν· τήν τε κρηπῖδα τοῦ Ἰουλιείου ἡρῴου τοῖς τῶν αἰχμαλωτίδων E νεῶν ἐμβόλοις κοσμηθῆναι, καὶ πανήγυριν οἱ πεντετηρίδα ἄγεσθαι· ἔν τε τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ τῆς ἀγγελίας τῆς νίκης ἡμέρᾳ, ἱερομηνίαν εἶναι, καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐσιόντι αὐτῷ τάς τε ἱερείας τὰς ἀειπαρθένους, καὶ τὴν βουλήν, τόν τε δῆμον μετά τε τῶν γυναικῶν καὶ μετὰ τῶν τέκνων ἀπαντῆσαι ἔγνωσαν.

τάς γὰρ εὐχάς, τάς τε εἰκόνας, καὶ τὴν προεδρίαν, καὶ τἆλλα τὰ τοιουτότροπα, περιττὸν ἐστὶν ἤδη λέγειν. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐκεῖνά τε ταῦτ' ἐψηφίσαντο, καὶ τὰ τοῦ Ἀντωνίου κοσμήματα, τὰ μὲν καθεῖλον, τὰ δ' ἀπήλειψαν. τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, μιαρὰν ἐνόμισαν, καὶ τὸ τοῦ Μάρκου πρόσρημα ἀπεῖπον μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ εἶναι. ὡς μέντοι καὶ τεθνεῶτα αὐτὸν ἐπύθοντο (ἠγγέλθη δὲ τοῦτο Κικέρωνος τοῦ Κικέρωνος παιδὸς ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατεύοντος) τοῦτό τέ τινες οὐκ ἀθεεὶ δὴ συμβῆναι ἐλάμβανον, ἐπειδήπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ὅτι μάλιστα ἐτεθνήκει· καὶ προσεψηφίσαντο τῷ Καίσαρι καὶ στεφάνους καὶ ἱερομηνίας πολλάς, καὶ αὐτῷ καὶ ἕτερα καὶ ἐπινίκια, ὡς καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀγαγεῖν ἔδοσαν. τὸν γὰρ Ἀντώνιον, καὶ τοὺς ἄλλους Ῥωμαίους τοὺς σὺν ἐκείνῳ νικηθέντας, οὔτε πρότερον, οὔτε τότε, ὡς καὶ ἑορτάζειν σφᾶς ἐπ' αὐτοῖς δέον ὄν, ὠνόμασαν. τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω, ἀγαθήν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι. καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν (ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν) ἔκκλητόν τε δικάζειν, καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι· τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι· καὶ ἐν τοῖς συσσιτίοις οὐχ ὅτι τοῖς κοινοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις, πάντας αὐτῷ σπένδειν ἐκέλευσαν. τότε μὲν δὴ ταῦτ' ἐγνώσθη.

Ὑπατεύοντος δ' αὐτοῦ τὸ πέμπτον μετὰ Σέξτου Ἀπουληίου, τά τε πραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ πάντα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ὅρκοις ἐβεβαιώσαντο, καὶ ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τῶν Πάρθων γράμματα ἦλθεν, ἔς τε τοὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐσγράφεσθαι, καὶ φυλὴν Ἰουλίαν ἐπ' αὐτῷ ἐπονομάζεσθαι, τῷ τε στεφάνῳ αὐτὸν τῷ ἐπινικίῳ διὰ πασῶν τῶν πανηγύρεων χρῆσθαι, καὶ τοὺς συννικήσαντάς οἱ βουλευτὰς ἐν περιπορφύροις ἱματίοις τὴν πομπὴν αὐτῷ συμπέμψαι, τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ

Iam enim superuacaneum est, vota, imagines, primum in consessu locum, aliáque id genus referre. Hæc igitur primò decreta sunt, ornamentáque Antonii partim deiecta, partim deleta, diésque eius natalis nefastus iudicatus: & edicto cautum ne quis ex ea familia Marci prænomen ferret. Postquam verò mortuum eundem esse annuntiatum est, eo ipso anno in cuius aliqua parte Cicero, Ciceronis filius, consulatum gessit, quidam hoc non sine numinis alicuius consilio censuerunt accidisse, quòd pater eius fuerat ab Antonio occisus: Cæsaríque præterea decretæ sunt coronæ & supplicationes multæ, eique etiam alius de Agyptiis triumphus concessus est. Neque enim vel antè, vel tunc etiam, Antonium ac Romanos qui cum eo fuissent, eo nomine habebant vt de iis triumphandum esse statuerent. Diem quo capta fuit Alexandria, festum esse censuerunt, ab eóque reliquis annis numerandis initium sumi: vtque Cæsar per omnẽ suam vitam tribunitiam potestatẽ haberet, eique qui ipsum implorassent intra pomœrium ac extra, vsque ad D. passus, auxilium ferre posset, nemini quidem hoc tribunoplebis concessum: vtque ad eum prouocationes fierẽt, ac ipse omnibus iudiciis suffragium quasi Minerua ferret, vt sacerdotes ac sacræ mulieres quum pro S. P. Q. R. vota conciperent, pro ipso quoque vota facerent: vt in conuiuiis, nõ modò publicis sed priuatis quoque, pro eo libaretur.

Cæsare V, Sex. Apuleio coss. præterea iuramẽto omnia eius acta cõfirmata sunt, calendis Ianuariis ipsis: quúmque etiam à Parthis literæ venissent, decretum vt in hymnos iuxtà diis immortalibus ipse adscriberetur: tribus Iulia ab eo denominaretur: corona triumphali omnibus ludis vteretur: senatores, socii eius victoriæ, in triũpho cum ipso inueherentur, vestibus purpura prætextis induti: vt dies qua in vrbem intrasset, sacrificiis publicis celebraretur, sempérque festa esset: vt sacer-

Cicero iunior.

Quasi Minerua, suspecta lectio.

Anno V.C. 725.

dotes quotcunque vellet, etiam neglecto numero antiquitus recepto, constitueret. quod quidem ab eo acceptum, deinceps in infinitum excreuit, vt mihi nequaquam opus sit de numero sacerdotum accuratè commentari. Cæsar omnia hæc paucis demptis admisit. id verò apertè recusauit ne omnes qui in vrbe erant, obuiam sibi procederent. Sed ex omnibus his decretis nullum ei maiori voluptati fuit quàm quòd portæ Iani ab ipsis clausæ sunt: quasi omnibus bellis confectis: ac quòd augurium salutis factum est, hactenus ob eas quas dixi causas intermissum. Erant quidem tum quoque in armis Treuiri, Germanis sibi adiunctis, & Cantabri, Vaccæi, Asturésque: verùm hos Statilius Taurus, illos Nonius Gallus domuit: extabántque apud istos populos quidam tumultus: sed quia nihil magnum inde euenit, neque Romanis bellum esse suscipiendum eo tempore visum est, ego quoque nihil insigne quod de iis scribam habeo. Cæsar hoc tempore cùm alia quædam egit, tum templum Romæ, ac patris sui, quem heroem Iulium vocabat, Ephesi & Nicææ fieri permisit, (hæ enim tum vrbes Asiæ & Bithyniæ clarissimæ habebantur) vtque ab incolis Romanis colerentur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse appellabat, concessit vt sibiipsi quoque templa facerent: Asiani quidem, Pergami: Bithyni verò, Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum, reliquorum in honorem deinceps imperatorum non à Græcis tantùm factum est, sed & omnibus aliis populis Romano imperio subditis. nam Romæ quidem & in Italia nemo vnquam alicuius pretii homo id facere ausus est: quàmquam defunctis imperatoribus, qui imperio rectè vsi sint, cùm alii diuini honores dantur, tum sacraria tribuuntur. Hæc ea hyeme acta, & Pergamenis quoque vt ludos quos sacros dicunt, in honorem templi eius celebrarent permissum.

Ianus à Cæsare clausus.

Bella barbarica.

Cæsar patri & sibi diuinos honores dat.

Imperatoribus diuini honores dantur.

AEstate in Græciam, atque hinc in Italiam, Cæsar transmisit, eóque

A ἀγαγέσθαι· ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ὅσους ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ, προαιρεῖσθαι προσκατεστήσαντο. ὅπερ που ἐξ ἐκείνου παραδοθὲν, ἐς ἀόριστον ἐπηυξήθη· ὥστε μηδὲν ἔτι χρῆναί με περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογεῖσθαι. ὁ οὖν Καῖσαρ τὰ μὲν ἄλλα πλὴν βραχέων ἐδέξατο· τὸ δὲ δὴ συμπάντας αὐτῷ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἀπαντῆσαι, παρῃτήσατο ἄντικρυς μὴ γενέσθαι. πλεῖστον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήσθη, ὅτι τάς τε πύλας τὰς τοῦ Ἰανοῦ, ὡς καὶ πάντων σφίσι τῶν B πολέμων πεπαυμένων αὖθις, ἔκλεισαν, καὶ τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ἐποίησαν· καὶ γὰρ τότε δι' ἅπερ εἶπον διελέλειπτο. ἦσαν μὲν γὰρ ἐν ὅ- 310 πλοις ἔτι καὶ Τρηούηροι Κελτοὺς ἐπαγαγόμενοι, καὶ Καίταβροι, καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Ἄστυρες· καὶ οὗτοι μὲν ὑπὸ τοῦ Ταύρου τοῦ Στατιλίου, ἐκεῖνοι δὲ ὑπὸ Νωνίου Γάλλου κατεστράφησαν. ἄλλα τε ὡς καθ' ἑκάστους ταραχώδη συχνὰ ἐγίγνετο· ἀλλ' ἐπειδὴ μηδὲν μέγα C ἀπ' αὐτῶν συνηνέχθη, οὔτε ἐκεῖνοι τότε πολεμεῖσθαι ἐνόμιζον, οὔτε ἐγὼ ἐπιφανές τι περὶ αὐτῶν γράψαι ἔχω. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ, καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. αὗται γὰρ τότε αἱ πόλεις ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ προετετίμηντο. καὶ τούτους μὲν τοῖς Ῥωμαίοις τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐποικοῦσι τιμᾶν προσέταξε· τοῖς D δὲ δὴ ξένοις (Ἕλληνάς σφας ἐπικαλέσας) ἑαυτῷ τινα, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὅσα τῶν Ῥωμαίων ἀκούει, ἐγένετο. ἐν γάρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅστις τῶν καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι· μεταλλάξασι μέντοι κἀνταῦθα τοῖς ὀρθῶς αὐταρχήσασιν ἄλλαι τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἡρῷα ποιεῖται. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο, καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν.

Τοῦ δ' ἤδη θέρους ἔς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ὁ Καῖσαρ ἐπεραιώθη· καὶ αὐτοῦ

ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντος, οἵ τε ἄλλοι ἔθυσαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ὁ ὕπατος Οὐαλέριος Ποτῖτος. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πᾶν τὸ ἔτος, ὥσπερ καὶ τὰ δύο τὰ πρότερα, ὑπάτευσε, τὸν δὲ δὴ Σέξτον ὁ Ποτῖτος διεδέξατο. οὗτος οὖν δημοσίᾳ καὶ αὐτὸς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ τοῦ Καίσαρος ἀφίξει ἐβουθύτησεν· ὃ μήπω πρότερον ἐπὶ μηδενὸς ἄλλου ἐγεγόνει. μετὰ δὲ τοῦτο, τούς τε ὑποστρατήγους καὶ ἐπῄνεσε καὶ ἐτίμησεν, ὥσπερ εἴθιστο. καὶ τὸν μὲν Ἀγρίππαν ἄλλοις τέ τισι καὶ σημείῳ κυανοειδεῖ ναυκρατητικῷ προσεπισέμνυνε· καὶ τοῖς στρατιώταις ἔδωκέ τινα· τῷ τε δήμῳ καθ' ἑκατὸν δραχμάς, προτέροις μὲν τοῖς ἐς ἄνδρας τελοῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς παισί, διὰ τὸν Μάρκελλον τὸν ἀδελφιδοῦν, διένειμε· καὶ ἐπί τε τούτοις, καὶ ὅτι παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο· καὶ ἔτι καὶ πάντα ἅ τε αὐτὸς ὤφειλέ τισιν, ἀπέδωκε, καὶ ἃ οἱ ἄλλοι ἐπώφειλον, οὐκ ἐσέπραξεν, ὥσπερ εἴρηται· τῶν τε δυσχερῶν πάντων οἱ Ῥωμαῖοι ἐπελάθοντο, καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτοῦ ἡδέως, ὡς καὶ ἀλλοφύλων ἁπάντων τῶν ἡττηθέντων ὄντων, εἶδον. τοσοῦτον γὰρ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησεν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι, τὰ δὲ δανείσματα, ἀγαπητῶς ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε ἐπὶ τῷ τριτημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. ἑώρτασε δὲ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ τά τε τῶν Παννονίων καὶ τὰ τῶν Δελματῶν, τῆς τε Ἰαπυδίας, καὶ τῶν προσχώρων σφίσι, Κελτῶν τε καὶ Γαλατῶν τινων. Γάιος γὰρ Καρίνας τούς τε Μωρίνους καὶ ἄλλους τινὰς συνεπαναστάντας αὐτοῖς ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς Σουήβους τόν τε Ῥῆνον ἐπὶ πολέμῳ διαβάντας ἀπεώσατο· καὶ διὰ ταῦτα ἤγαγε μὲν καὶ ἐκεῖνος τὰ νικητήρια, καίτοι τοῦ τε πατρὸς αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Σύλλου θανατωθέντος, καὶ αὐτὸς ἄρξαι ποτὲ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων οἱ κωλυθείς. ἤγαγε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, ἐπεὶ ἡ ἀναφορὰ τῆς νίκης τῇ αὐτοκράτορι αὐτοῦ ἀρχῇ προσήκουσα ἦν. ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ταῦτα διεωρτάσθη· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἡ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ναυκρατία· καὶ ἐν τῇ τρίτῃ, ἡ τῆς Αἰγύπτου καταστροφή. ἐπιφανεῖς μὲν δὴ καὶ αἱ ἄλλαι πομπαὶ διὰ τὰ ἀπ' αὐτῶν λάφυρα ἐγένοντο (τοσαῦτα γὰρ ἠθροίσθη ὥστε

vrbem intrante, rem sacram & alii fecerunt (quod decretum fuisse suprà demonstratum est) & consul Valerius Potitus, qui Apuleio successerat: Cæsare toto hoc anno, sicut & priori biennio, consulatum obtinente. Is igitur Potitus publicè pro S.P.Q.R. propter aduentum Cæsaris sacrificauit. quod ante id temporis pro nemine vnquam factum fuerat. Deinde Cæsar legatos suos collaudauit, honoribúsque decorauit, vt consuetudinis suæ erat: Agrippámque in primis præter alios honores vexillo cæruleo, quod victoriæ naualis esset testimonium, exornauit: militibus suis munera quædam præbuit: populo viritim quadringentos nummos diuisit: puberibus primùm, deinde etiam pueris, in gratiam Marcelli, sororis suæ filii. Hæc, & quòd ab vrbibus Italiæ aurum coronarium non acceperat, omnia quæ ipse debebat, persoluerat, sibi debita etiamnum ab aliis nequaquam exigebat, (quod debitum quale fuerit, suprà memini ostendere) effecerunt vt omnium malorum Romani obliuiscerentur, ac triumphos eius libenter admodum spectarent, tanquam de solis exteris superatis ductos. Tantum enim pecunię per vniuersam vrbem ferebatur, vt & facultatum census auctus sit: & fœnus quod ante denario pendebatur, tum ad trientem eius reciderit. Prima die Cæsar triumphum egit de Pannoniis, Dalmatis, Iapydis, finitimísque eorum, & nonnullis Galliæ ac Germaniæ populis. Nã C. Carinas Morinos aliósque eorũ rebellionis socios domuerat, Sueuósque Rhenum aliquoties transgressos profligauerat. itaque & ipse triũphum (quanuis pater eius à Sylla interfectus, & ipse cum eiusdem cõditionis hominibus magistratum gerere prohibitus fuerat) duxit, & Cæsar: quoniam victoria ád summæ rei præfectum imperatorem referri solebat. Secunda die Cæsar de Actiaca nauali pugna triumphauit. Tertia, de subacta AEgypto. Erant quidem reliqui etiam triumphi insignes, propter spolia, quæ tãta parta

Valerius Potitus consul. Cæsaris ob aduentum, Romæ sacrificatur.

Agrippa honore afficitur, & milites donis, ac populus.

Triũphi Cæsaris tres.

C. Carinę res gestę & triumphus.

fuerant, vt apparatui omni facilè suffecerint: AEgyptius tamen pretiosissimus fuit, & ornatissimus apparatu. Inter alia quæ in eo triumpho inferebantur, Cleopatra etiam in culcitra portabatur, ad imitationem mortis eius efficta, vt quodam modo ipsa etiam inter reliquos captiuos, cum Alexandro filio suo, filiáque Cleopatra, quibus Solis & Lunæ nomen indiderat, spectata fuerit. His omnibus triũphis Cæsar in vrbem inuectus, ex consuetudine nihil non egit, præter quam quòd collegam & reliquos magistratus passus est præter morem se subsequi cũ senatoribus victoriæ sociis: alioquin enim magistratus præcedere, subsequi autem senatores istos receptum fuerat.

Minervæ templum. Chalcidicum. Curia Iulia.

» ποιεῖν, οὔθ' ὡς αἰσχρά, οὔθ' ὡς σφαλερά, καὶ
» μεμισημένα καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώ-
» πων ἐστί, δέομαί σοι λέγειν· οὔτε γὰρ ἄλλως τοιοῦ-
» τος εἶ, οὔτ' ἂν διὰ ταῦτα μοναρχῆσαι ἕλοιο.
» προῄρημαί τε ἐγὼ νῦν οὐ πάνθ' ὅσα ἄν τις
319 » κακῶς τῷ πράγματι μεταχειριζόμενος ἐξερ-
» γάσαιτο εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσα καὶ οἱ πάνυ ἄριστα
» αὐτῷ χρώμενοι καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναγκά-
» ζονται. τὸ δ' ἕτερον, τὸ τινὰ ἀφθόνως εὐεργε- C
» τεῖν ἔχειν, ἀξιοσπούδαστον μέν, ἀλλ' ἐν μὲν ἰ-
» διώτῃ γιγνόμενον, καὶ καλὸν καὶ σεμνὸν καὶ εὐ-
» κλεὲς καὶ ἀσφαλές ἐστιν· ἐν δὲ δὴ ταῖς μο-
» ναρχίαις, πρῶτον μέν, οὐκ ἀντάξιον τῶν ἄλ-
» λων τῶν ἀτοπωτέρων, ὥστε τινὰ δι' ἐκεῖνα καὶ
» τοῦτο ἑλέσθαι, ἄλλως τε καὶ μέλλοντα τὴν μὲν
» ἐκ τούτου ἀπόλαυσιν ἑτέροις δώσειν, τὴν δὲ
» ἐξ ἐκείνων ἀηδίαν αὐτὸν ἕξειν· ἔπειτα δ' οὐδ'
» ἁπλοῦν, ὥς τις οἴεται. οὔτε γὰρ ἂν πᾶσι τοῖς
» δεομένοις τινὸς ἐπαρκέσειέ τις. οἱ μὲν γὰρ ἀξι-
» οῦντές τι παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, πάντες ὡς D
» εἰπεῖν εἰσὶν ἄνθρωποι, κἂν μηδεμία αὐτοῖς
» εὐεργεσία αὐτοῖς ὀφείληται· πᾶς γάρ τις φύ-
» σει καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀρέσκει, κἀγαθόν τι ἐπαυ-
» ρέσθαι παρὰ τοῦ δοῦναι δυναμένου βούλε-
» ται· ἃ δὲ ἐνδέχεται αὐτοῖς δίδοσθαι (τιμάς τε
» καὶ ἀρχὰς λέγω, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ χρήματα)
» πάνυ ἂν εὐαρίθμητα ὡς πρὸς τοσοῦτον πλῆ-
» θος εὑρεθείη. τούτου τε οὕτως ἔχοντος, ἔχθος ἂν
» αὐτῷ παρὰ τῶν διαμαρτανόντων ὧν χρῄζου-
» σι, μᾶλλον ἢ φιλία παρὰ τῶν τυγχανόντων E
» ὑπάρξειν. οἱ μὲν γὰρ ὡς καὶ ὀφειλόμενόν τι

impensæ ingentes necessariò sequũtur: & tantus satellitũ numerus propter multitudinem insidiantium contrahitur: adulatores verò ad perniciem quàm salutem parandam plus faciunt. Hæc igitur nemini sano causæ appetendi summi imperii debent esse: sicut ne hæ quidem, quòd locupletare, ac conseruare, multísque aliis beneficiis multos is qui solus summæ rerum præest, imò verò etiam contumeliis ac iniuriis afficere quos vult potest. Nam qui propterea censet fastigium illud ambiendum esse, maximo errore is ducitur. Quid enim tibi commemorẽ quàm turpe, quàm periculosum, quàm diis hominibúsque exosum sit, libidini ac flagitiis se dedere: quũ neque in te hoc competat, & ipse statuerim dicere, non modò quæ is qui potentia sua rectè vti nesciat, mala edere possit, verumetiam quæ iis & agenda & toleranda sint qui omnium optimè eam potẽtiam gerant. Iam quamplurimis posse benefacere, est hoc quidem dignum quod magno studio quisquam consequi curet: verùm si eam beneficẽtiam priuatus aliquis exercet, tum & honesta & venerabilis & gloriosa & tuta est. In vni⁹ principatu primùm ea non tanti est, vt reliqua incommoda, quæ sunt multa, compenset, vtque hæc quoque propter eam sint ferenda: præsertim quum huius fructum alii sint percepturi, ad te verò solum istorũ molestia reditura. Deinde non est perinde, vt videri alicui potest, ea res simplex ac expedita, neque vnus ille summam in omnia potestatem obtinens, omnibus qui aliquid beneficii desiderant, satisfacere poterit. Omnes enim fermè homines ab eo aliquid accipere postulabunt, etiamsi nullum iis beneficium debeatur: (quippe ita comparatum est à natura, vt vnusquisque sibi placeat, ac boni aliquid ab eo qui dare potest, adipisci velit) atqui respectu tantæ eorum qui beneficia postulant multitudinis, facilè numerus iniri eorum potest, quæ ipsis largiri ille queat, honorum inquam, magistratuum, & aliquando etiam pecuniæ. Quæ quum sint, in odium eorum qui id quod petebant nacti non sunt, facilius incurret, quàm eorum fauorem consequatur quorum voto satisfactum est. Hi enim, tanquam debito sibi

AGRIPPAE ORATIO AD CAESAREM.

Reiectio.

Beneficentiam à monarcha difficillimè posse exerceri.

AGRIPPAE ORATIO AD CAESAREM.

A exoluto, alioquin etiam non existimátes magnam se ei qui dedit gratiam debere, quum sint nihil sua opinione amplius consecuti: præterea quoque gratiarum actioné subterfugiunt, ne ea re se indignos acceptorum beneficiorum fuisse profiteantur: illi spe sua frustrati, duplicem iniquo id animo ferendi causam habent: vnam, quòd priuati re sua (præcipiunt enim animo omnes ea quæ cupiunt) sibi videntur: alterá, quòd sibi alicuius culpæ cóscii, eam B quin impetrarent id quod sperauerant, obstitisse putant. Nam qui beneficia conferre rectè intendit, is pro suo vnumquenque merito vt tractet, prouidet, ac ita alios muneratur, alios præterit: vt iam huius ipsius iudicium aliorum animos extollat, aliorum indignationem ipsa conscientia eos stimulante excitet. Quæ si quis veritus, distribuere beneficia discrimine isto neglecto statuerit, vehementer errabit. nam & C mali inconuenienter honore affecti, deteriores fient: vel laudari se tá-quam bonos, vel tanquam formidabiles demulceri opinantes: & boni, quum se malis potiores non haberi, neque plus illis sibi tribui videant, maiorem ex eo quòd malis æquati sint, molestiam, quàm ex beneficio gaudium percipient: ac proinde omisso virtutis studio, deteriorum vitam imitabuntur. Quo efficitur, vt ab hac ipsa munificentia ne D que bonus aliquis ad principem redeat fructus: & qui beneficiis afficiútur, peiores abeant. vt si prorsus aliquid in regia potestate inest quod te delectet, certè intelligas difficillimá tibi hanc rem futuram. Quapropter

Conclusio.

hæc, & quæ paulo ante retuli, cum animo tuo cogitans, cósilium dum res patitur cape, ac populo arma, prouincias, magistratus, & pecunias redde. quod si vltro nunc feceris, cú summa id tua apud omnes mortales gloria ac securitate fiet: sin expe- E ctabis dum vis tibi inferatur, fortassis malum aliquod cum dedecore

Exempla.

patieris. Documento sint, Marius, Sylla, Metellus, ac Pompeius initio, qui rerum potiti, statim à dominatione se abstinentes, omnia pericula euitauerunt: contrà Cinna, Carbo, Marius alter, Sertorius, atque idem

λαμβάνοντες, οὔτ' ἄλλως μεγάλην οἴονται δεῖν τῷ διδόντι αὐτὴν χάριν ἔχειν, ἅτε μηδὲν παρὰ δόξαν εὑρισκόμενοι· καὶ προσέτι καὶ ὀκνοῦσι τοῦτο ποιεῖν, ἵνα μὴ καὶ ἀναξίους ἐν τούτῳ σφᾶς τοῦ καλῶς πάσχειν ἀποφανοῦσιν· οἱ δὲ ὧν ἐλπίζουσιν ἀτυχοῦντες, λυποῦνται κατ' ἀμφότερα, τοῦτο μὲν, ὡς οἰκείου τινὸς στερισκόμενοι (πάντες γὰρ ἔχειν ἤδη νομίζουσιν ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι) τοῦτο δὲ, ὡς καὶ αὐτοὶ ἑαυτῶν ἀδικίαν τινὰ καταγινώσκοντες ἂν, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ μὴ τυχεῖν ὧν ἂν προσεδοκήσωσι, φέρωσι. καὶ γὰρ ὁ ὀρθῶς διδοὺς τὰ τοιαῦτα, τό, τε κατ' ἀξίαν ἑκάστου δηλονότι περὶ πάντων προσκοπεῖ, καὶ τοὺς μὲν τιμᾷ, τοὺς δὲ παρορᾷ· ὥστε ἐκ τῆς ἐκείνου γνώμης, τοὺς μὲν φρόνημα, τοὺς δ' ἀγανάκτησιν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συνειδότος σφῶν προσγίγνεσθαι. ὡς ἂν γέ τις τοῦτ' εὐλαβούμενος, ἀνωμάλως αὐτὰ διανέμειν ἐθελήσῃ, τὸ σύμπαν ἁμαρτήσεται. οἵ τε γὰρ πονηροὶ παρὰ τὸ προσῆκον τιμώμενοι, χείρους ἂν, ἤτοι καὶ ἐπαινεῖσθαι ὡς ἀγαθοὶ, ἢ πάντως γε θεραπεύεσθαι ὡς φοβεροὶ, δοκοῦντες, γίγνοιντο· καὶ οἱ χρηστοὶ μηδὲν πλεῖον αὐτῶν εὑρισκόμενοι, ἀλλ' ἐξ ἴσου σφίσιν ἀγόμενοι, μᾶλλον ἂν ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους ἰσομοιρίας λυποῖντο, ἢ καὶ αὐτοί τινος ἀξιοῦσθαι χαίροιεν· κἀκ τούτου τήν τε ἐπιτήδευσιν τῶν κρειττόνων ἐῷεν ἂν, καὶ τὴν ζήλωσιν τῶν χειρόνων μετέρχοιντο· καὶ οὕτω καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τιμῶν οὔθ' οἱ διδόντες αὐτὰς ἀγαθόν τι καρποῖντο, καὶ οἱ λαμβάνοντες, κακίους γίγνοιντο. ὥστε σοὶ τοῦτο ὃ μάλιστα ἂν τισὶν ἐν ταῖς μοναρχίαις ἀρέσειε, δυσμεταχειριστότατον συμβῆναι. ταῦτά τε οὖν καὶ τἆλλα ἃ μικρῷ πρόσθεν εἶπον ἐνθυμηθεὶς, φρόνησον ἕως ἔξεστί σοι, καὶ ἀπόδος τῷ δήμῳ καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὰ ἔθνη, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ χρήματα. ἂν μὲν γὰρ ἤδη τε καὶ ἑκὼν αὐτὸ ποιήσῃς, ἐνδοξότατός τε ἅμα ἀνθρώπων ἔσῃ, καὶ ἀσφαλέστατος· ἂν δ' ἀναμείνῃς βίαν τινὰ σοὶ προσαχθῆναι, τάχ' ἄν τι δεινὸν μετὰ κακοδοξίας πάθοις. τεκμήριον δέ· Μάριος μὲν καὶ Σύλλας καὶ Μέτελλος, καὶ Πομπήιος τὸ πρῶτον, ἐν κράτει τῶν πραγμάτων γενόμενοι, οὔτ' ἠθέλησαν δυναστεῦσαι, οὔτ' ἔπαθον παρὰ τοῦτο δεινὸν οὐδέν· Κίννας δὲ δὴ καὶ Κάρβων, ὅ, τε Μάριος ὁ ἕτερος, καὶ ὁ Σερτώριος ὅ, τε Πομπήιος

ὅ,τε Πομπήιος αὐτὸς μετὰ ταῦτα, τῆς δυναστείας ἐπιθυμήσαντες, κακῶς ἀπώλοντο. δυσχερὲς γάρ ἐστι, τὴν πόλιν ταύτην τοσούτοις τε ἔτεσι δεδημοκρατημένην, καὶ τοσούτων ἀνθρώπων ἄρχουσαν, δουλεῦσαί τινι
350 ἐθελῆσαι. καὶ ἀκούεις μὲν ὅτι τὸν Κάμιλλον ὑπερώρισαν, ἐπεὶ λευκοῖς ἵπποις ἐς τὰ ἐπινίκια ἐχρήσατο· ἀκούεις δὲ ὅτι τὸν Σκιπίωνα κατέλυσαν, ἐπειδή τινα πλεονεξίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν· μέμνησαι δὲ ὅπως τῷ πατρί σου προσηνέχθησαν, ὅτι τινὰ ὑποψίαν ἐς αὐτὸν μοναρχίας ἔσχον. καίτοι τούτων μὲν ἀμείνους ἄνδρες οὐδένες ἄλλοι γεγόνασιν. οὐ μέντοι καὶ ἁπλῶς οὕτω συμβουλεύω σοι τὴν ἀρχὴν ἀφεῖναι, ἀλλὰ πάντα τὰ συμφέροντα τῷ δημοσίῳ προπράξαι, καὶ δόγμασι καὶ νόμοις ἃ προσήκει καταλεῖσαι, καθάπερ που καὶ ὁ Σύλλας ἐποίησε. καὶ γὰρ εἴ τινα αὐτῶν μετὰ ταῦτα ἀνετράπη, ἀλλὰ τά γε πλείω καὶ μείζω διαμένει. καὶ μὴ εἴπῃς ὅτι καὶ ὣς στασιάσουσί τινες· ἵνα μὴ καὶ ἐγὼ αὖθις εἴπω ὅτι πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο μοναρχούμενοι. ὡς εἴ γε πάνθ᾽ ὅσα ἐνδέχεταί τισι συνενεχθῆναι προσκοποίμεθα, ἀλογώτατα ἂν τὰς διχοστασίας τὰς ἐκ τῆς δημοκρατίας συμβαινούσας φοβηθείημεν ἂν μᾶλλον, ἢ τὰς τυραννίδας τὰς ἐκ τῆς μοναρχίας ἐκφυομένας. περὶ οὖν τῆς δεινότητος οὐδὲ ἐπεχείρησά τι εἰπεῖν. οὐ γὰρ δὴ καὶ καταδραμεῖν ἄλλως εὐκατηγόρητον οὕτω πρᾶγμα ἠθέλησα, ἀλλὰ δεῖξαί σοι τοῦθ᾽ ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τῇ φύσει, ὥστε μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας

* * *

οὔτε πεῖσαί τι ῥᾳδίως ὑπὸ παρρησίας τοὺς οὐχ ὁμοίους δύνανται, κἂν ταῖς πράξεσιν ἅτε μὴ ὁμογνωμονούντων σφῶν κατορθῶσιν. ὥστε εἴ τι κήδῃ τῆς πατρίδος, ὑπὲρ ἧς τοσούτους πολέμους πεπολέμηκας, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν ψυχὴν ἡδέως ἂν ἐπιδοίης, μετάρρύθμισον αὐτὴν καὶ κατακόσμησον πρὸς τὸ σωφρονέστερον.

AGRIPPAE ORATIO AD CAESAREM.

Pompeius, postea temporis principatum affectantes, malè perierunt. Haud facilè enim hæc vrbs, quæ tot annos populi arbitrio gubernata est, tot populis imperat, seruire alicui dignabitur. Audiuisti etiam hoc, quemadmodum Camillum maiores nostri, quòd albis equis in triumpho vsus esset, in exilium egerint: vt Scipionem euerterint, quòd eum rempublicam defraudasse iudicassent. meministi quæ in patrem tuum statuerint, quòd regnum eum petere suspicarentur: at certè præstantiores his viri nulli vnquam extiterunt. Neque ego tibi suadeo vt tantùm principatum deponas, sed vt prius omnia quæ ex vsu reipublicæ sint, agas, tuúmque principatum edictis ac legibus, quas fieri expedit, claudas, Syllæ exemplo. cuius & si pòst quædam statuta abolita sunt, pleraque tamen & potiora supersunt. Neque est quod obiicias, futurum vt hoc modo seditiones quidam excitent: multo enim minus (vt prius ostendi) sub vnius potestate esse tolerabunt. Itaque si omnia quæ expedire possunt, præmeditati fuerimus, absurdissimum fuerit profectò potius seditionum quas popularis reipublicæ status secū fert, metu moueri, quàm tyrannidis, quæ ex vnius imperio enasci solet: cuius de malis dicendum mihi non duxi, quia non consilio traducendi rem alioquin criminationibus opportunissimam, hæc verba feci, sed vt ostenderem hanc esse eius naturam, vt neque boni viri

Camilli exilium.

Scipio.

Iulius Cæsar.

* * *

Desunt haud pauca, perorationem Agrippæ, & primam partem complexa eius orationis quam Mæcenas ad Cæsarem habuit, ad retinendum imperium eum cohortans.

neque persuadere facilè aliquid propter libertatem sui dissimilibus possunt, etiam si res iis dissentientibus prosperè gerāt. Quamobrem si tibi patria cordi est, pro qua tanta bella obiisti, cui lubens etiam animum impenderis, transforma eam, ac in meliorem formam castigatá redige.

MAECENATIS ORATIO.

Libera alicuius potestas quomodo reipublicæ vtilis. Ratio bonæ monarchiæ.

Nam licentiam habere omnia ex animi sui sententia agendi loquendíque, id si in sapiente homine spectaueris, esse causam publicæ felicitatis inuenies: sin verò in stulto, communis perniciei: ideóque qui eam potestatem homini fatuo concedit, infanti scilicet hic aut insano gladium porrigit: qui autem prudenti eam tribuit, hoc efficit vt is omnibus, ipsísque adeo fatuis nec volentibus, salutem afferat. Quare te quoque velim non ad vocabulorum decoram speciem respicientem decipi: sed ea quæ inde sequuntur præmeditantem, ferociam plebis compescere, administrationem reipublicæ tibi optimísque aliis viris sumere, vt prudentissimi consilia ineant, artibus imperatoriis instructissimi exercitus ducant, robustissimi ac pauperrimi stipendia faciant. Hac enim ratione fiet vt quum suas quisque partes studiosè obeat, mutuæque operæ tradantur, neque suum quisquam defectum sentiat, & verum populi imperium, libertásque tuta parentur. Illa enim plebis licentia, qua optimus quisque seruire cogitur, & acerbissima est, & vtrisque communem perniciem adfert: hæc autem, in qua modestia vbique præfertur, ac vnicuique id quo dignus est tribuitur, omnes ea vtentes ex æquo felices efficit. Neque enim id existimare debes, autorem me tibi esse vt tyrannidem in S. P. Q. R. in seruitutem redactũ, teneas: quod neque dicere meum, neque facere tuum est: verùm hæc ego consulo quæ & tibi & vrbi honesta ac vtilia sint futura, nempe vt tu cum optimatibus omnia quæ ex vsu sint, decernas, neque contradicente, neque repugnãte quoquã ex populo: vtque vestro arbitrio bella gerantur, omnibus reliquis mandata vestra exequentibus: vt vestræ sit potestatis creare magistratus, præmiáque ac supplicia irrogare: vt quod tu optimatésque communi sententia statueritis, id statim legis vim habeat: vt bella occultè ac per occasiones hostibus inferantur: vt quibus ea committuntur, ii non sorte aut ambitione, sed virtutis gratia ad id deligantur: vt boni citra inuidiam honoribus or-

A τὸ γὰρ ἐξεῖναί τισι πάνθ' ὅσα ἁπλῶς βούλονται καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν, ἂν μὲν ἐπὶ τῶν εὖ φρονούντων ἐξετάζῃς, εὐδαιμονίας ἅπασιν αἴτιον γίγνεται· ἂν δὲ ἐπὶ τῶν ἀνοήτων, συμφορᾶς. καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν τοῖς τοιούτοις τὴν ἐξουσίαν διδούς, παιδί τινι καὶ μαινομένῳ ξίφος ὀρέγει· ὁ δὲ ἐκείνοις, τά τε ἄλλα καὶ αὐτοὺς τούτους καὶ μὴ βουλομένους σώζει. διόπερ καί σε ἀξιῶ μή, πρὸς τὰς εὐπρεπείας τῶν ὀνομάτων ἀποβλέψαντα, ἀπατηθῆναι, ἀλλὰ τὰ B γιγνόμενα ἐξ αὐτῶν προσκοπήσαντα, τήν τε θρασύτητα τοῦ ὁμίλου παῦσαι, καὶ τὴν διοίκησιν τῶν κοινῶν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀρίστοις προσθεῖναι· ἵνα βουλεύωσι μὲν οἱ φρονιμώτατοι, ἄρχωσι δὲ οἱ στρατηγικώτατοι, στρατεύωνται δὲ καὶ μισθοφορῶσιν οἵ τε ἰσχυρότατοι καὶ οἱ πενέστατοι. οὕτω γὰρ τά τε ἐπιβάλλοντα σφίσιν ἕκαστοι προθύμως ποιοῦντες, καὶ τὰς ὠφελείας ἀλλήλοις ἑτοίμως ἀντιδιδόντες, οὔτε τῶν ἐλαττωμάτων ἐν οἷς κα- C ταδέουσί τινων, ἐπαισθήσονται, καὶ τὴν δημοκρατίαν τὴν ἀληθῆ, τήν τε ἐλευθερίαν τὴν ἀσφαλῆ κτήσονται. ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ τοῦ ὄχλου ἐλευθερία, τοῦ τε βελτίστου δουλεία πικροτάτη γίγνεται, καὶ κοινὸν ἀμφοῖν ὄλεθρον φέρει· αὕτη δέ, τό, τε σῶφρον πανταχοῦ προτιμῶσα, καὶ τὸ ἴσον ἅπασι κατὰ τὴν ἀξίαν ἀπονέμουσα, πάντας ὁμοίως εὐδαίμονας τοὺς χρωμένους αὐτῇ ποιεῖ. μὴ γάρ τοι οἰηθῇς ἔστι τυραννῆσαί σοι τόν τε δῆμον καὶ τὴν βουλὴν δουλωσαμένῳ παραινῶ. τοῦτο μὲν γὰρ οὔτ' ἂν ἐ- D γώ ποτε εἰπεῖν, οὔτ' ἂν σὺ πρᾶξαι τολμήσαις. ἐκεῖνα δὲ δὴ καὶ καλὰ καὶ χρήσιμα καί σοι καὶ τῇ πόλει γένοιτο ἄν, τό, τε πάντα τὰ προσήκοντα αὐτόν σε μετὰ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν νομοθετεῖν, μηδενὸς τῶν πολλῶν μήτ' ἀντιλέγοντος αὐτοῖς, μηδὲ ἐναντιουμένου, καὶ τὸ τοὺς πολέμους πρὸς τὰ ὑμέτερα βουλήματα διοικεῖσθαι, πάντων αὐτίκα τῶν ἄλλων τὸ κελευόμενον ποιούντων, τό, τε τὰς τῶν ἀρχόντων αἱρέσεις ἐφ' ὑμῖν εἶναι, καὶ τὸ τὰς τιμὰς τάς τε τι- E μωρίας ὑμᾶς ὁρίζειν, ἵνα καὶ νόμος εὐθὺς ᾖ πᾶν ὅ, τι ἂν βουλευσαμένῳ σοὶ μετὰ τῶν ὁμοτίμων ἀρέσῃ, καὶ οἱ πολέμιοι κρύφα καὶ κατὰ 321 καιρὸν πολεμῶνται· οἵ τε τὶ ἐγχειριζόμενοι, ἀπ' ἀρετῆς, ἀλλὰ μὴ κλήρῳ καὶ σπουδαρχίᾳ, ἀποδεικνύωνται· καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ ἄνευ φθόνου

A λύωνται, οἱ δὲ καὶ ἄνευ συστάσεως κολάζωνται. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τά τε πραττόμενα ὀρθῶς διοικηθείη, μήτε ἐς τὸ κοινὸν ἀναφερόμενα, μήτε ἐν τῷ φανερῷ βουλευόμενα, μήτε τοῖς παρακελευσταῖς ἐπιτρεπόμενα, μήτε ἐκ φιλοτιμίας κινδυνευόμενα· καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἡδέως ἀπολαύσαιμεν, μήτε πολέμους ἐπικινδύνους, μήτε στάσεις ἀνοσίους ποιούμενοι. ταῦτα μὲν πᾶσα γὰρ δημοκρατία ἔχει. οἱ γὰρ δυνατώτεροι, τῶν τε πρωτείων ὀρεγόμενοι, καὶ τοὺς ἀσθενεστέρους μι-
B σθούμενοι, πάντα ἄνω καὶ κάτω φέρουσι. πλεῖστα δὲ δὴ παρ' ἡμῖν γέγονε, καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως ἄλλως παύσεται. τεκμήριον δέ· πάμπολυς ἐξ οὗ χρόνος καὶ πολεμοῦμεν καὶ στασιάζομεν· αἴτιον δέ τό, τε πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων. ἐκεῖνοί τε γὰρ παντοδαποὶ καὶ τὰ γένη καὶ τὰς φύσεις ὄντες, καὶ ποικίλας καὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχουσι· καὶ ταῦτα ἐς τοσοῦτον προῆκται, ὥστε καὶ πάνυ δυσχερῶς
C ἂν διοικηθῆναι. καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ λέγω, μαρτυρεῖ τὰ γεγονότα. τέως μὲν γὰρ οὔτε πολλοὶ ἦμεν, οὔτε μεγάλῳ τινὶ τῶν πλησιοχώρων διεφέρομεν, καλῶς τε ἐπολιτευόμεθα, καὶ πᾶσαν ὀλίγου τὴν Ἰταλίαν κατεστρεψάμεθα· ἀφ' οὗ δὲ ἔξω αὐτῆς ἐξήχθημεν, καὶ ἐπὶ πολλὰ καὶ τῶν ἠπείρων καὶ τῶν νήσων ἐπεραιώθημεν, καὶ πᾶσαν μὲν τὴν θάλασσαν, πᾶσαν δὲ τὴν γῆν καὶ τοῦ ὀνόματος καὶ τῆς δυνάμεως ἡμῶν ἐνε-
D πλήσαμεν, οὐδενὸς χρηστοῦ μετεσχήκαμεν· ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον οἴκοι καὶ ἐντὸς τοῦ τείχους κατὰ συστάσεις ἐστασιάσαμεν, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὰ στρατόπεδα τὸ νόσημα τοῦτο προηγάγομεν. καὶ διὰ ταῦτα ἡ πόλις ἡμῶν, ὥσπερ ὁλκὰς καὶ μεγάλη, πλήρης ὄχλου παντοδαποῦ, χωρὶς κυβερνήτου πολλὰς ἤδη γενεὰς ἐν κλύδωνι πολλῷ φερομένη, σαλεύει τε καὶ ἄττει δεῦρο κἀκεῖσε, καθάπερ ἀνερμάτιστος οὖσα. μήτ' οὖν χειμαζομένην ἔτ' αὐτὴν πε-
E ριίδῃς· ὁρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλός ἐστι· μήτε περὶ ἕρμα περιρραγῆναι ἐάσῃς. σαθρὰ γάρ ἐστι, καὶ οὐδένα ἔτι χρόνον ἀντισχεῖν δυνήσεται. ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ θεοὶ ἐλεήσαντες αὐτὴν, καὶ ἐπιγνώμονά σε καὶ ἐπιστάτην αὐτῆς ἐπέστησαν, μὴ προδῷς τὴν πατρίδα· ἵν' ὥσπερ νῦν διά σε μικρὸν ἀναπέπνευκεν,

Maecenatis Oratio.

nentur, mali sine seditione plectantur. Sic demum respublica rectè geretur, quum neque omnibus consilia de ea inita vulgentur, neque in aperto ea agitentur, neque iis qui vltro sese obtrudunt, mandentur, neque ob eorum ambitionem in periculum veniant. Ita nostris nobis licebit perfrui bonis, neque bella periculosa, neque impias seditiones mouentibus. Atqui hæc mala vsuuenire solent vbi penes populum est summa reipublicæ: quum potentiores & ad primatum aspirent, & infirmiorũ operas mercede conducant, atque ita omnia perturbent. Sensimus hæc ipsi iã diu, neque alia præter eam quam dixi ratione finis eis imponetur. Cuius rei euidens signũ est, quòd longo iam tempore bellis & seditionibus vexamur propter hominum multitudinem, ac rerum magnitudinem: quia & homines tam varii nationibus ac natura, ac tam multipliciter diuersis affectibus præditi sunt: & res ipsæ eò perductæ sunt vt difficulter administrari possint. Id me verè loqui res ipsæ testãtur quæ euenerunt nobis. Nã quantisper neque ingens fuit Romani populi multitudo, neque multo præstantior vicinis, & ciuitas bono in statu fuit, & Italia ferè tota ab iis subacta est. Posteaquam verò extra Italiam progressi, in varias terras insulásque traiecimus, omnia maria, omnes terras nomine potentiáque nostra repleuimus, ex eo iam nihil boni nobis accidit: sed primùm domi atque intra mœnia coitionibus factis rẽpublicam concussimus, deinde in exercitus quoque id mali propagauimus. Itaque vrbs nostra naui onerariæ magnæ similis est, quæ repleta varia turba, ac destituta gubernatore quũ sit, multis nunc seculis variis procellis agitata fluctuat, ac hinc inde, nullo retinaculo firmata, iactatur. Eam tu ne tempestate conflictatam negligas: vides enim vt iam plurimum aquæ hauserit, neque abrumpi retinaculum prorsus patere: est enim conquassata iam, neque diutius durare poterit: sed quoniam dii miserati patriam, ei te rectorem ac magistrum dederunt, noli eam proiicere, quin, sicut ea per te nunc paululum respirauit,

Ostendit democratiam seditionibus quammaxime obnoxiam esse.

Maecenatis Oratio.

ita effice vt sequentibus quoque seculis tuta permaneat.

Ac iandudum quidem te meum consilium, quo te vt sub vnius tui imperio populus regatur, adhortor, probare existimo. Quod si ita est, agedum, id imperium tu promptus ac paratus suscipe, imò verò ne depone. Neque enim de eo deliberatio nobis est, quánam id ratione adipiscaris, sed ne id amittas, ac præterea in pericula incidas. Quis enim tibi parcet, vbi omnes res vti nunc eæ sunt, populi aliorúmque potestati permittes, quũ & permulti à te sint offensi, & omnes ferè summã rerũ tentaturi? quorum alteri & vlcisci te, alteri aduersarium sibi te è medio tollere cupient. Argumento sit Pompeius, qui quum potentia sua vltro cessisset, contemptui deinde habitus, insidiísque petitus, eo periit quòd recuperare eam non valuit. pater item tuus quum idem facere vellet, interiit. quod idem Mario quoque & Syllæ accidisset, nisi morte præuenti essent. quanquam sunt qui Syllam quoque quũ hoc ipsum timeret, morte sibi conscita aduersarios anteuertisse dicant: certè permultæ eius leges, ipso etiamnum viuente, antiquari cœperunt: vt tibi etiam multi Lepidi, Sertorii, Bruti, Cassiíque sint expectandi. Hæc tu cernens, reliquis etiam rationibus subductis, noli vitandæ eius opinionis gratia, quasi sponte tua principatum appetiisses, teipsum & patriã prodere. Primùm enim etsi quis maximè hoc suspicabitur, tamen is certè conatus non est ab hominis natura alienus, sed honestus. deinde quis nescit qua necessitate ad hæc agenda compulsus fueris? vt si quid culpari in hac re possit, id omne iustissimè patris tui occisoribus imputetur: qui nisi ita impiè ac miserè eum trucidassent, neque tu quidem aut arma sumpsisses, aut exercitum collegisses, aut cum Antonio & Lepido pactum icisses, aut in hos ipsos deinde vindicasses. Quæ omnia te rectè & iustè egisse nemo est qui ignoret: ac si quid adeo delictum est, tutò id corrigere non licet.

Periculosam fore Cæsari depositionem imperij confirmat.

Exempla. Pompeius.

Iulius Cæsar. Marius. Sylla.

Diluit Agrippæ argumentũ, fore dicentis vt si monarchiam retineat Cæsar, videatur eius gratia omnia priora egisse. Trãslatio culpæ.

A οὕτω καὶ τὸν λοιπὸν αἰῶνα μετ' ἀσφαλείας διάγῃ.

Ὅτι μὲν οὖν ὀρθῶς σοι παραινῶ, μοναρχεῖσθαι τὸν δῆμον ἀξιῶν, πάλαι σε ἡγοῦμαι πεπεῖσθαι. τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος, καὶ ἑτοίμως καὶ προθύμως τὴν προστασίαν αὐτοῦ ἀνάδεξαι, μᾶλλον δὲ μὴ προῇ. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τι βουλευόμεθα, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀπολέσαι, καὶ προσέτι καὶ κινδυνεῦσαι. τίς γάρ σου φείσεται, ἄν τε ἐς τὸν δῆμον τὰ πράγμα- B τα ὡς ἤδη τε καὶ ἑτέρῳ τινὶ ἐπιτρέψῃς, παμπόλλων μὲν ὄντων τῶν ὑπὸ σοῦ λελυπημένων, πάντων δ' ὡς εἰπεῖν τῆς μοναρχίας ἀντιποιησομένων; ὧν οὐδεὶς οὔτε μὴ ἀμύνασθαί σε ἐφ' οἷς πεποίηκας, οὔτ' ἀντίπαλον ὑπολείπεσθαι ἐθελήσει. τεκμήριον δέ, ὅτι καὶ ὁ Πομπήιος, ἐκστὰς τῆς δυναστείας, καὶ κατεφρονήθη καὶ ἐπεβουλεύθη· κἀκ τούτου μηκέτ' αὐτὴν ἀναλαβεῖν δυνηθεὶς, ἐφθάρη. καὶ ὁ Καῖσαρ ὁ πατήρ ὁ σὸς τὸ αὐτὸ τοῦ- C το ποιῆσαι ἐθελήσας, προσαπώλετο. πάντως δ' ἂν καὶ ὁ Μάριος καὶ ὁ Σύλλας ὅμοια αὖθις ἐπεπόνθεσαν, εἰ μὴ προετεθνήκεσαν. καίτοι τὸν Σύλλαν φασί τινες αὐτὸ τοῦτο φοβηθέντα φθῆναι, καὶ ἑαυτὸν ἀναχρήσασθαι. συχνὰ γοῦν τῶν νομοθετηθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ζῶντος ἔτ' αὐτοῦ λύεσθαι ἤρξατο. ὥστε καὶ 322 σὺ πολλοὺς μὲν Λεπίδους, πολλοὺς δὲ Σερτωρίους, Βρούτους, Κασσίους γενήσεσθαί σοι προσδόκα. ταῦτά τε οὖν ἰδών, καὶ τἆλλα πάντα λογισάμενος, μὴ προῇ καὶ σεαυτὸν καὶ D τὴν πατρίδα· ἵνα μὴ δόξῃς τισὶν ἐθελούσιος τῆς ἀρχῆς ἐφεῖσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ, ἂν καὶ τοῦτό τις ὑποπτεύσῃ, οὔτ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου τὸ ἐπιθύμημά ἐστι, καὶ καλὸς ὁ κίνδυνος αὐτοῦ. ἔπειτα δὲ, τίς οὐκ οἶδε τὴν ἀνάγκην, ὑφ' ἧς εἰς τὰ πράγματα ταῦτα προήχθης; ὥστε εἴπερ τι αἰτίαμα αὐτοῦ ἐστι, τοῖς τοῦ πατρός σου σφαγεῦσι δικαιότατα ἄν τις αὐτὸ ἐγκα- E λέσειεν. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μήτ' ἀδίκως μήτ' οἰκτρῶς οὕτως αὐτὸν ἀπεκτόνεσαν, οὔτ' ἂν τὰ ὅπλα ἀνῄρω, οὔτ' ἂν τὰ στρατεύματα συνελέξω, οὔτ' Ἀντωνίῳ καὶ Λεπίδῳ συνέθου, οὔτ' ἂν αὖθις ἐκείνους ἠμύνω. καὶ ὅτι μὲν ὀρθῶς καὶ δικαίως πάντα ταῦτα ἐποίησας, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. εἰ δ' οὖν τι καὶ πεπλημμέληται, ἀλλ' οὔτοι καὶ μεταθέσθαι ἔτ' ἀσφαλῶς δυνάμεθα.

ὥστε καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῆς πόλεως, πειθώμεθα τῇ τύχῃ τὴν μοναρχίαν σοὶ διδούσῃ. καὶ χάριν γε μεγάλην αὐτῇ ἔχωμεν, ὅτι μὴ μόνον τῶν κακῶν τῶν ἐμφυλίων ἀνέπλησεν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν κατάστασιν τῆς πολιτείας ἐπὶ σοὶ πεποίηται· ἵν᾽ ἐπιμεληθεὶς αὐτῆς ὥσπερ προσήκει, δείξῃς ἅπασιν ἀνθρώποις ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἄλλοι καὶ ἐτάραξαν καὶ ἐκακούργησαν, σὺ δὲ δὴ χρηστὸς εἶ. καὶ μή μοι τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς φοβηθῇς. ὅσῳ τε γὰρ πλεῖον ὑπάρχει, τόσῳ πλείω καὶ τὰ σώζοντα ἔχει· καὶ μακρῷ τὸ φυλάξαι τι τοῦ κτήσασθαι ῥᾷόν ἐστι. πρὸς μὲν γὰρ τὸ τἀλλότρια προσποιήσασθαι, καὶ πόνων καὶ κινδύνων δεῖ· πρὸς δὲ τὸ τὰ ὑπάρχοντα σῶσαι, βραχεῖα φροντὶς ἀρκεῖ.

Μὴ μέντοι μηδὲ δείσῃς ὅτι οὐχὶ καὶ ἀσφαλέστατα ἐν αὐτῇ βιώσῃ, καὶ πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἀπολαύσῃς, ἄν γε ἐθελήσῃς αὐτὴν ὥς σοι παραινέσω διοικῆσαι. καί με μὴ νομίσῃς ἀφηρτᾶν ἀπὸ τῆς παρούσης ὑποθέσεως τὸν λόγον, ἂν ἐπὶ πλεῖόν σοι περὶ αὐτῆς διαλεχθῶ. οὐ γάρ που καὶ ὑπ᾽ ἀδολεσχίας τινὸς ἄλλως τοῦτο ποιήσω, ἀλλ᾽ ἵνα ἀκριβῶς καταμάθῃς ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ ῥᾴδιόν τῷ γε ἔμφρονι, ὃ καὶ καλῶς καὶ ἀκινδύνως ἄρξαι ἐστί. φημὶ τοίνυν χρῆναί σε κατὰ πρώτας εὐθὺς τὸ βουλευτικὸν πᾶν καὶ φιλοκρινῆσαι καὶ διαλέξαι, ἐπειδή τινες οὐκ ἐπιτήδειοι διὰ τὰς στάσεις βεβουλεύκασι· καὶ τοὺς μὲν ἀρετήν τινα αὐτῶν ἔχοντας κατέχειν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπαλεῖψαι. μὴ μέντοι καὶ διὰ πενίαν τινὰ ἀγαθόν γε ἄνδρα ὄντα ἀπαλλάξῃς, ἀλλὰ καὶ χρήματα αὐτῷ τὰ ἀναγκαῖα δός. ἀντὶ δὲ δὴ τῶν ἄλλων τούς τε γενναιοτάτους καὶ τοὺς ἀρίστους τούς τε πλουσιωτάτους ἀντεισάγαγε, μὴ μόνον ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν συμμάχων τῶν τε ὑπηκόων ἐπιλεξάμενος. οὕτω γὰρ οὔτε πολλοῖς συνεργοῖς χρήσῃ, καὶ τοὺς κορυφαίους ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐν ἀσφαλεῖ ποιήσῃ. καὶ οὔτε ἐκεῖνα νεοχμώσει τι, μηδένα ἐλλόγιμον προστάτην ἔχοντα, καὶ οἱ πρωτεύοντες παρ᾽ αὐτοῖς φιλήσουσί σε, ἅτε καὶ κοινωνοί σοι τῆς ἀρχῆς γεγονότες. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἱππέων ποίησον.

MAECENATIS ORATIO.

A Igitur & nostrûm ipsorum, & ciuitatis causa, agedum pareamus fortunæ, tibi vni imperium deferenti: agamúsque ei ingentes gratias, quòd non bellis tantùm ciuilibus nos repleuit, sed constitutionem quoque reipublicæ à te fieri voluit: cuius quũ eam quam par est, curam geres, manifestum efficias, ab aliis motus illos ac mala fuisse edita, te verò esse bonum ciuem. Neque verò magnitudinem imperii metuere debes, quod quanto maius est, tanto plura B etiam quibus conseruetur habet: longéque facilius est parta tueri, quàm adipisci quicquam: quum ad hoc labores & pericula requirantur, illud curam tantùm mediocrẽ desideret.

Magnitudinẽ imperij non esse metuendã. alterum quod obiecerat Agrippa, soluit.

Quòd si in eo gerendo meum consilium sequi institueris, nihil est quod verearis, ne non & summa cũ securitate tibi viuere, & omnibus homini concessis bonis frui possis. In quo meo consilio explicando si pluribus verbis sum vsurus, non de-C bes iudicare, voluisse me à proposito sermonem deflectere, aut loquacitatis studio in id deductum esse: sed à me hoc fieri in hunc finem, vt perspicuum tibi reddam, hominem prudentem posse, ac facilè quidem posse, & rectè & sine periculo, summæ rerum præesse. Principio igitur statim senatores omnes accuratè examinandi, ac delectus eorum tibi habẽdus (nam multi in eum per seditiones parum idonei adsciti sunt) D boni retinendi, reliqui autem expungendi sunt: hîc neminem bonũ virum paupertatis causa remouebis, verùm ipsi pecuniam potius quanta opus habet, dabis: & in locum reiectorum, nobilissimos optimósque & ditissimos sufficies, non ex Italia tantùm, sed à confœderatis etiam ac subditis desumptos. sic fiet vt neque multis rerum agendarum sociis opus habeas, & omnium populorum primarios viros in tuto E constituas. ac neque populi, quum nullum præclarum ducem habeãt, præsentem conditionem labefactabunt, & qui apud eos primas gerunt, quum videant te secum imperium cõmunicasse, amore te prosequentur. Idẽ in equestri ordine faciendũ.

Præcepta feliciter administrandi imperij Romani.

Senatus delectus.

Etiam peregrinos in senatum allegendos.

Equestris ordinis examen & allectio.

Maecenatis Oratio.

In hunc ordinem omnes eos qui vbique locorum, genere, virtute, ac diuitiis secundum locum merentur, adscribes. In senatoribus autem equitibúsque legendis, nihil anxius de numero, omnes quotquot tibi digni visi fuerint, recipies: quanto enim plures viri eximii tecum erũt, tanto facilius omnia quæ facto vsus erit, perficies: subditósque in hanc persuasionem adduces quòd eos non seruorum, aut deterioris quàm Romani sint cõditionis hominum loco habeas, sed cum eis omnia nostra bona, ac ipsum etiam imperium communices: vt ipsi quoque maiori studio in id, ad se quoq; pertinẽs, tuendum incumbant. Tantum verò abest vt hoc quasi non rectè à me dictum retractandum arbitrer, vt hoc insuper addam, omnibus iis

Ciuitatem sociis dandam.

esse ciuitatem donandam, vt huius quoque participes, fideles nobis socii sint, nostram quasi vnicam vrbem ipsi quoque incolentes, eámque verè vrbem, suas autem patrias, agros & pagos putantes. Verùm de hoc accuratius postmodo consultabimus quid sit statuendum, ne simul eis omnia largiamur. Cæterùm

Ætas allegendorum.

in equestrem statum allegendi, octodecim annos ætatis habere debent: hac enim ætate potissimùm & corporum firma affectio, & ingenium conspicitur: in senatum verò adscribendi, annos viginti & quinque. quomodo enim non sit turpe ac damnosum, quum nemini ante id ætatis suorum bonorum administrationem concedatis, iis qui eam nondum attigerint, rempublicam vos credere? iidémque quũ quæsturam, ædilitatem, ac tribunatum plebis gesserint, annum ætatis

Prætura.

trigesimum habentes, prætores fiãt. ad quos magistratus, vt ad consulatum etiã, solos Romanos tibi deligendos censeo, partim propter institutorum patriæ memoriam, partim ne protinus immutare reipublicæ statum videaris. Eos magistratus ipse tu constitues: neque plebi aut populo potestatem eorum creandorum permiseris, contentionum euitandarum causa: neque senatui, alioquin enim per ambitum peten-

Magistratuum potestas imminuenda.

tur: magistratuum autem potestatem antiquitus iis concessam nequaquam seruabis, ne eòdem res recidat: sed honore eorum integro relicto, tantum potentiæ detrahes,

A τῶν γὰρ τὰ δευτερεῖα ἑκασταχόθι καὶ γένει καὶ ἀρετῇ καὶ πλούτῳ φερομένους, ἐς τὴν ἱππάδα κατάλεξον· τοσούτους ἑκατέρους ἀντεγγράψας, ὁπόσοι ποτ' ἂν ἀρέσωσί σε, μηδὲν περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογούμενος. ὅσῳ γὰρ ἂν πλείους εὐδόκιμοι ἄνδρες συνῶσί σοι, τοσούτῳ ῥᾷον αὐτός τε ἐν δέοντι πάντα διοικήσεις, καὶ τοὺς ἀρχομένους πείσεις ὅτι οὔτε ὡς δούλοις σφίσιν, οὔθ' ὡς χείροσί πῃ ἡμῶν οὖσι χρῇ, ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἀγαθὰ πάντα τὰ B ὑπάρχοντα ἡμῖν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς κοινῇ, ὅπως ὡς οἰκείαν αὐτὴν σπουδάζωσι. καὶ τοσοῦτόν γε δέω τοῦθ' ὡς οὐκ ὀρθῶς εἰρημένον 323 ἀναθέσθαι, ὥστε καὶ τῆς πολιτείας πᾶσι σφίσι μεταδοθῆναι φημὶ δεῖν· ἵνα καὶ ταύτης ἰσομοιροῦντες, πιστοὶ σύμμαχοι ἡμῖν ὦσιν, ὥσπερ τινὰ μίαν τὴν ἡμετέραν πόλιν οἰκοῦντες· καὶ ταύτην μὲν ὄντως πόλιν, τὰ δὲ δὴ σφέτερα, ἀγροὺς καὶ κώμας νομίζοντες εἶναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου αὖθις ἀκριβέστερον σκεψόμεθα C ἃ χρὴ πρᾶξαι, ἵνα μὴ καὶ πάντα ἀθρόα αὐτοῖς χαρισώμεθα. καταλέγεσθαι δὲ χρὴ ἐς μὲν τὴν ἱππάδα ὀκτωκαιδεκέτεις· (ἐν γὰρ ταύτῃ ἡλικίᾳ μάλιστα ἥ τε τῶν σωμάτων αὐτῶν εὐεξία, καὶ ἡ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδειότης διαφαίνεται) ἐς δὲ τὸ συνέδριον, πεντεκαιεικοσιέτεις. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν καὶ σφαλερόν ἐστι, τὰ μὲν οἰκεῖα μηδενὶ πρὸ ταύτης τῆς ἡλικίας ἐπιτρέπεσθαι, τὰ δὲ δημόσια καὶ νεωτέροις τισὶν ἐγχειρίζεσθαι; ταμιεύσαντές τε καὶ ἀγορανομήσαντες, ἢ δημαρχήσαντες, στρα- D τηγείτωσαν, τριακοντοῦται γενόμενοι. ταύτας τε γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς τῶν ὑπάτων μόνας οἴκοι, τῆς τε τῶν πατρίων μνήμης ἕνεκα, καὶ τοῦ μὴ παντελῶς τὴν πολιτείαν μεταλλάττειν δοκεῖν, ἀποδεικνύναι σε φημὶ χρῆναι. αὐτὸς μέντοι σὺ πάντας αὐτοὺς αἱροῦ, καὶ μήτε ἐπὶ τῷ πλήθει ἢ καὶ τῷ δήμῳ ἔτι τινὰ αὐτῶν ποιήσῃς· (στασιάσουσι γάρ) μήτε ἐπὶ τῷ συνεδρίῳ· διασπουδάσουσι γάρ. μὴ μέντοι καὶ τὰς δυνάμεις σφῶν τὰς ἀρχαίας τηρήσῃς, ἵνα μὴ E τὰ αὐτὰ αὖθις γένηται, ἀλλὰ τὴν μὲν τιμὴν φύλαξον, τῆς δ' ἰσχύος παράλυσον τοσοῦτον,

» ὅσον μήτε τοῦ ἀξιώματός τι αὐτῶν ἀφαιρῆ-
» σθαι, καὶ τοῖς νεωτερίσαι τι ἐθελήσουσι μὴ ἐπι-
» τρέψῃ. ἔσται δὲ τοῦτο, ἄν τά τε ἄλλα καὶ ἐνδή-
» μους αὐτοὺς ἀποφήνῃς, καὶ μήτε ἐν τῷ τῆς
» ἀρχῆς καιρῷ ὅπλα τινὶ αὐτῶν ἐγχειρίσῃς, μή-
» τε εὐθὺς ἀλλὰ χρόνου διελθόντος, ὅσον ἂν αὐ-
» τάρκη ἑκάστῳ σφῶν εἶ). οὕτω γὰρ οὔτε τινὲς
» νεοχμώσουσι, στρατοπέδων κύριοι ἐν τῷ τῶν
» ὀνομάτων φρονήματι γενόμενοι, καὶ χρόνον
» τινὰ ἰδιωτεύσαντες πεπανθήσονται. καὶ οὗτοι
» μὲν τάς τε πανηγύρεις, οἷς γε καὶ προσήκοντες
» σφίσιν, ἐπιτελείτωσαν, καὶ τὰς δίκας πάντες
» ὡς ἕκαστοι, πλὴν τῶν φονικῶν, ἐν τῷ τῆς ἐν-
» δήμου ἀρχῆς χρόνῳ δικαζέτωσαν. συνα-
» γέσθω μὲν γὰρ δικαστήρια καὶ ἐκ τῶν ἄλλων βου-
» λευτῶν, τῶν τε ἱππέων, τὸ δ' ὅλον εἰς ἐκείνους
» ἀνακείσθω. πολίαρχος δὲ δή τις ἐκ τῶν προη-
» κόντων καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προ-
» πεπολιτευμένων ἀποδεικνύσθω· οὐχ ἵνα ἀπο-
» δημησάντων που τῶν ὑπάρχων ἄρχῃ, ἀλλ'
» ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ
» τὰς δίκας, τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρ-
» χόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς
» τοῦ θανάτου, τοῖς τε ἐν τῇ πόλει, πλὴν ὧν ἂν
» εἴπω, καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ
» ἑξακοσίων σταδίων οἰκοῦσι, κρίνῃ. ἕτερός τε τις
» ἐκ τῶν ὁμοίων καὶ αὐτὸς αἱρείσθω, ὥστε τά τε
» γένη καὶ τὰς οὐσίας, τούς τε τρόπους καὶ τῶν βου-
» λευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἀνδρῶν τε ὁμοίως καὶ
» παίδων, γυναικῶν τε καὶ τῶν προσηκόντων αὐ-
» τοῖς ἐξετάζειν τε καὶ ἐπισκοπεῖν· καὶ αὐτὸν μὲν
» ἐπανορθοῦν ὅσα μήτε τινὸς τιμωρίας ἄξια
» ἐστι, καὶ προορώμενα, πολλῶν καὶ μεγάλων
» κακῶν αἴτια γίνεται· τὰ δὲ δὴ μείζω σοὶ ἐπι-
» κοινοῦσθαι. βουλευτῇ γὰρ τινὶ, καὶ τῷ γε ἀεὶ-
» στῳ μετὰ τὸν πολίαρχον, μᾶλλον ἢ τινὶ τῶν ἱπ-
» πέων, προστετάχθαι τοῦτο δεῖ. καὶ τό γε ὄνομα
» ἀπὸ τῆς σῆς τιμητείας (πάντως γάρ σε προ-
» εστάναι τῶν τιμήσεων προσήκει) εἰκότως ἂν
» λάβοι, ὥστε ὑποτιμητὴς καλεῖσθαι. ἀρ-
» χέτωσαν δὲ δὴ οἱ δύο οὗτοι διὰ βίου, ἄν γε δὴ
» μὴ κακυνθῇ τις αὐτῶν ἐπί τι, ἢ καὶ νοσώ-
» δης ἢ καὶ ὑπέργηρως γένηται. ἐκ μὲν γὰρ τῆς
» χρονίου ἀρχῆς οὐδὲν ἂν δεινὸν, ἅτε ὁ μὲν, παν-
» τελῶς ἄοπλος ὢν, ὁ δ' ὀλίγους τε στρατιώτας
324 » ἔχων, καὶ ἐν τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ πλεῖστον

A vt neque dignitas eorum diminuatur, neque noui aliquid moliendi facultas vlli adsit. Id cùm aliis rationibus tum hac præcipuè consequeris, si eos omnes in vrbe tantùm geri iusseris, ac neque magistratus tempore, nec statim ab eo, sed interposito quantum singulis satis videbitur tempore, arma eis committes: ita neque magistratus titulo elati, insuperque exercituum compotes facti, ad concutiendum reipub. præsentem statum accedent: & mitiores eo efficientur si aliquádiu priuatim post gestum magistratũ vixerint. B Hi autẽ, vt singulorũ erit officii, ludos ac iudicia omnia præterquam de cæde, tempore vrbani sui magistratus edant. nam iudices quidem etiam ex reliquis senatoribus ac equitibus sunt deligendi: summa tamen rei penes istos sit. Præfectus etiam vrbis ex primariis viris quidã creandus est: qui omnes magistratus, quos geri ante hunc conuenit, gesserit: non vt per absentiam magistratuum rempublicam administret: C sed vt cùm reliquis in rebus vrbi præsit, tum causas quoque eas quibus prouocatio competit, capitalésque etiã omnes iis exceptis quas pòst dicam, in vrbe, ac extra eam vsque ad LXXXI millia passuum diiudicet. Alius quidam ex eodem ordine deligi debet, qui genera, facultates morésque senatorum & equitum, adultorum iuxtà ac puerilis ætatis, itémque mulierum, & familiæ totius examinet ac procuret, éaque D corrigat, quæ quum supplicio nondum digna sunt, tamen neglecta multis ac magnis malis occasionem præbent: de maioribus autem ad te referat. Hoc munus patritio alicui, post præfectum vrbis præstantissimo, potiùs quàm equiti iniungendum est, noménque à tua censura (nam omnino in hac te primas gerere conuenit) haud absurdè habebit, vt succensor ille dicatur: hísque E duobus magistratus per omnẽ suam vitam prorogetur, nisi quis aliquod crimen admiserit, morbóve aut senectute confectus sit. nam ex diuturno hoc magistratu nihil potest mali accidere, quum alter omnino armis careat, alter paucos milites habeat, ac coram te maiorem partẽ

Marginalia: Maecenatis Oratio. — Præfectus vrbis. — Succensor.

sui magistratus obeat. At reliquos qui gerent magistratus, lædere aliquem aut iniqui aliquid agere magnopere verebuntur, quum se priuatos rursum, aliósque cum potentia futuros præuideant. His etiam occupationum ac dignitatis nomine præmium aliquod dandum est.

Præmium.

Prouinciæ porro tantùm prætoriis viris sunt mandandæ: reliqui eo quẽ monstrabo ordine proprætores sint semel atque iterum, & ad consulatum ea ratione accedant, si præturas rectè gesserint, ac deinde maioribus præficiantur imperiis. Hoc autem est meum de ordinanda hac re consilium.

De administratione Italiæ & prouinciarũ.

Vniuersam Italiam, quantum eius vltra XCIIII millia passuum ab vrbe distat, cæterásque omnes nobis subditas terras insulásque secundum populos ac nationes distribue: ita vt singulis vrbibus, quæ vnius alicuius hominis mero imperio possunt gubernari, milites imponantur: ac consularis vnus & duo prætorii viri eis præsint, quorum alter tunc primùm extra Romam amandatus, priuatorum negotiis, rebúsque necessariis parandis occupetur: alter iam antè hoc munere functus, rempublicam vrbium procuret, ac imperium in milites obtineat, exceptis iis casibus in quibus ignominia aut morte plectendum est. Hi autem omnes casus ad consularem referentur, nisi qui ad centuriones ac primarios priuatorũ hominum pertinent: quorum puniendorum nemini alii potestatem facere tu debes, ne is adeo formidabilis aliis fiat, vt contra te etiam aliquando quicquam conetur. Quod autem dixi, alterum ex prætoriis debere militibus præfici, ita accipiendum est, si pauci quidem milites in exteris vrbibus sint, aut vna legio vrbana: sin duæ vrbanæ legiones eodem in loco hyberna habeant, (plures enim his vt vni committas nequaquam tibi autor fuerim) oportebit duos prætorios diuiso imperio, legionibus, ac rebus ciuitatũ priuatorúmque hominum præesse.

Consulares. Prætorij.

A ἀρχῶν, ἐργάσαιντο. ἐκ δὲ δὴ τοῦ ἑτέρου, καὶ ὀκνήσαιεν ἂν προσκροῦσαί τινι, καὶ φοβηθεῖεν ἐρρωμένως τι πρᾶξαι, τήν τε ἑαυτῶν ἰδιωτείαν καὶ τὴν ἄλλων τινῶν δυναστείαν προορώμενοι. καὶ μισθόν γέ τινα φερέσθωσαν καὶ τῆς ἀσχολίας ἕνεκα καὶ τῆς ἀξιώσεως. περὶ μὲν δὴ τούτων ταύτην σοι τὴν γνώμην δίδωμι. οἱ δὲ δὴ στρατηγήσαντες ἀρχέτωσαν τινὰ ἀρχὴν ἐν τοῖς ὑπηκόοις. πρὶν γὰρ στρατηγῆσαι σφᾶς, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν τοῦτο γίνεσθαι. B ἐκεῖνοι δ' ὑποστρατηγείτωσαν, οἷς ἂν εἴπω, καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον· εἶθ' οὕτως ὑπατευέτωσαν, ἄν γε καὶ ὀρθῶς διάρξωσι, καὶ μετὰ ταῦτα τὰς μείζους ἡγεμονείας λαμβανέτωσαν. ὧδε γὰρ συμβουλεύω σοι διατάξαι· τήν τε Ἰταλίαν πᾶσαν τὴν ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους οὖσαν, καὶ τἆλλα πάντα τά τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ τὰ ἐν ταῖς ἠπείροις ὁμολογοῦντα C ἡμῖν, κατανεῖμον ἑκασταχόθι κατά τε γένη καὶ ἔθνη, τὰς πόλεις ἁπάσας ὅσας γε καὶ αὐτάρκεις ἐστὶν ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς αὐτοτελοῦς ἄρχεσθαι· κἀνταῦθα στρατιώτας ἐγκατάστησον, καὶ ἄρχοντας καθ' ἑκάστους, ἕνα μὲν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἐπὶ πᾶσι πέμπε, δύο δὲ ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων· τὸν μὲν, ἄρτι ἐκ τῆς πόλεως ἐξιόντα, καὶ αὐτῷ τά τε ἰδιωτικὰ πράγματα, καὶ ἡ τῶν ἐπιτηδείων παρασκευὴ προσκείσθω· τὸν δὲ, ἐκ τῶν τοῦτο πεποιηκότων, ὃς D τά τε κοινὰ τῶν πόλεων διοικήσει, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἄρξει, πλὴν ὅσα ἀτιμίας ἢ θανάτου ἔχεται. ταῦτα γὰρ ἐς μόνον τὸν ὑπατευκότα ἄρχοντα ἀνηκέτω, πλὴν περί τε τῶν ἑκατοντάρχων τῶν ἐν τοῖς καταλόγοις ὄντων, καὶ περὶ τῶν ἰδιωτῶν τῶν παρ' ἑκάστοις πρώτων. τούτους γὰρ δὴ ἑκατέρους μηδενὶ ἄλλῳ κολάζειν ἐπιτρέψῃς, ἵνα μὴ οὕτω τινὰ αὐτῶν φοβῶνται, ὥστε ποτὲ καὶ κατὰ σοῦ τι πρᾶξαι. ὃ δ' εἶπον, ὅτι τὸν ἕτερον τῶν ἐστρατηγηκότων ἐ- E πὶ τοῖς στρατιώταις ἐπιτετάχθαι δεῖ, τοιοῦτόν ἐστιν· ἂν μὲν ὀλίγοι τινὲς ἐν ξενικοῖς τείχεσιν ἢ καὶ ἐν ἑνὶ πολιτικῷ στρατεύωνται, καλῶς ἔχει τοῦτο γίγνεσθαι· ἂν δὲ δύο πολιτικὰ στρατεύματα ἐν ταὐτῷ ἔθνει χειμάζῃ (πλείω γὰρ τούτων οὐκ ἂν συμβουλεύσαιμί σοι τῷ αὐτῷ ἄρχοντι ἐπιτρέψαι) δεήσει που τοὺς δύο τοὺς ἐστρατηγηκότας καὶ ἐκείνων, ἰδίᾳ ἑκατέρου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τε πολιτικῶν καὶ τῶν ἰδιωτικῶν ὁμοίως προΐστασθαι.

ὁ δὲ οὖν ὑπατευκὼς ταῦτά τε καὶ προσέτι καὶ τὰς δίκας τάς τε ἐκκλήτους καὶ τὰς ἀναπομπίμους τὰς ἀπὸ τῶν στρατηγῶν αὐτῷ φοιτώσας κρινέτω. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ τὴν Ἰταλίαν εἰς τοιαῦτα μέρη νεῖμαι σοὶ παραινῶ. πολλή τε γὰρ καὶ πολυάνθρωπος οὖσα, ἀδύνατός ἐστιν ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ἄστει ἀρχόντων καλῶς διοικεῖσθαι. δεῖ γὰρ τοῖς τε δήμοις τὸν ἄρχοντα ἀεὶ παρεῖναι, καὶ τοῖς ἀρχομένοις τὰ δυνατὰ προστάσσεσθαι. λαμβανέτωσαν δὲ μισθὸν πάντες οὗτοι οἱ τὰς ἔξω τῆς πόλεως ἀρχὰς ἐπιτετραμμένοι, πλείω μὲν οἱ μείζους, ἐλάττω δὲ οἱ καταδεέστεροι, μέσον δὲ οἱ μέσοι. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῶν οἰκείων οἷόν τε ἐστὶν αὐτοὺς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ ἀποζῆν, οὔτ' ἀορίστῳ καὶ ἀσταθμήτῳ ἀναλώματι, ὥσπερ νῦν, χρῆσθαι. καὶ ἀρχέτωσαν μήτε ἔλαττον ἐτῶν τριῶν (εἰ μή τις ἀδικήσειέ τι) μήτε πλεῖον πέντε. τὸ μὲν, ὅτι αἱ ἐνιαύσιοι καὶ ὀλιγοχρόνιοι ἀρχαὶ διδάξασαι τινὰς τὰ ἀναγκαῖα, ἀποπέμπουσι πρίν τι αὐτῶν ἀποδείξασθαι· τὸ δὲ, ὅτι αἱ μακρότεραι καὶ πολυχρονιώτεραι ἐπαίρουσί πως πολλοὺς, καὶ ἐς νεωτεροποιίαν ἐξάγουσι. διόπερ οὐδὲ ἐπαλλήλας τὰς μείζους ἡγεμονείας οἶμαι τισὶ προσήκειν δίδοσθαι. οὔτε γὰρ διαφέρει τι, ἄν τε ἐν τῷ αὐτῷ ἔθνει, ἄν τε καὶ ἐν πλείοσιν ἐφεξῆς ἐπὶ μακρότερον τοῦ δέοντος ἄρχωσι· 325 καὶ ἀμείνονες γίγνονται, ἐπειδὰν διαλείπωσί τε τινὰ χρόνον, καὶ οἴκαδε ἐπανέλθωσι καὶ ἰδιωτεύσωσι. τὰ μὲν δὴ βουλευτικὰ ταῦτά τε καὶ οὕτω διέπειν φημὶ χρῆναι.

Τῶν δὲ δὴ ἱππέων δύο τοὺς ἀρίστους τῆς περὶ σε φρουρᾶς ἄρχειν. τό, τε γὰρ ἑνὶ ἀνδρὶ αὐτὴν ἐπιτρέπεσθαι, σφαλερὸν, καὶ τὸ πλείοσι, ταραχῶδές ἐστι. δύο τε οὖν ἔστωσαν οἱ ἔπαρχοι οὗτοι, ἵνα ἂν καὶ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐπαισθῆταί τι τῷ σώματι, μήτοιγε καὶ ἐνδεὴς τοῦ φυλάξοντός σε εἴης· καὶ καθιστάσθωσαν ἐκ τῶν πολλάκις ἐστρατευμένων, καὶ πολλὰ καὶ ἄλλα διῳκηκότων. ἀρχέτωσαν δὲ δὴ τῶν τε δορυφόρων καὶ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πάντων, ὥστε καὶ θανατοῦν τοὺς ἀδικοῦντας αὐτῶν· πλὴν τῶν τε ἑκατοντάρχων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῖς ἐκ τοῦ βουλευ-

A Consularis verò cùm ea quæ dixi munera obibit, tum eas causas in quibus à prætoriis ad ipsum fit prouocatio, cognoscet. Porro quòd Italiam in tot partes distribuendam tibi consulo, mirari non debes. quũ enim & magna sit, & hominum in ea summa frequentia, ab vrbanis magistratibus rectè gubernari non potest. oportet enim præfectos semper iis quos regendos habent, adesse, neque eis alia quàm quæ exequi possint negotia incumbere. B Cæterùm omnes illi, quibus aliquod extra vrbem imperium committitur, singuli rationi sui officii congruentem accipiant mercedem: nam neque ex suis facultatibus in alienis locis viuere eos consentaneum est, neque rursum immensis ac nullo certo modo definitis sumptibus eos vti. Iidémque neque minus triennio (nisi quis quid deliquerit) neque plus quinquẽnio magistratum obeant. nam & annui illi magistratus, ac pauco tempore circunscripti, hoc C habent, vt quum quis aliquid in iis addidicerit, prius decedat quàm eius specimen exhibere possit: & diuturniora imperia multos ad fastum ac tentandas res nouas extollunt. Quamobrem maiora imperia nequaquam vnum ex alio eidem tribuenda censeo: cùm quòd nihil intersit, in eadémne aliquis prouincia, an verò in diuersis continenter, diutius quàm expedit, cum imperio sit, tum quòd hi aliquo inter magi- D stratus suos interiecto interuallo, domum reuersi, ac priuatim viuentes, meliores redduntur. Ac de senatoribus quidem, quę officia iis essent assignanda, satis dixi.

Proinde ex equitibus duos quosdam præstantissimos satellitio tuo præficies. Nam vni id committere, periculo: multis verò, turbis non caret. Duo igitur sint, vt si alter etiã insidias tibi creare conetur, tamen habeas adhuc qui te custodiat. Hi ex E iis qui aliquoties militiam fecerint, deligendi sunt, quíque multis aliis etiam officiis functi sint: imperium autẽ obtineant in stipatores, omnésque per Italiam totam milites, ita vt capite etiam sontes plectendi potestatem habeant: demptis tamen cẽturionibus, ac reliquis, in quos sena-

Maecenatis Oratio.

Præmium magistratuum.

Equites quibus rebus præficiendi. Præfecti satellitio.

Maecenatis Oratio.

toriis magiſtratibus tantùm eſt poteſtas, ac ea ipſa quoque libera, vt pœnas aut præmia ſuo arbitrio imponere poſſint. Verùm hi duo, quos dixi, ſatellitii tui præfecti, in cæteros per totam Italiã milites ius habeant, ac in Cæſarianos ètiam qui in tua ſunt familia, reliquóſque omnes quorum aliqua eſt habenda ratio. Vicarios autem habeant hi ſuos neceſſe eſt, alioquin pluribus quàm quibus ſint expediendis onerati negotiis, exequi ea quæ vſus poſtulat, omnibúſque ſimul iſtis præeſſe non poterũt. Hi, quemadmodum etiam præfectus vrbis, & ſubcenſor, magiſtratum omni vitæ ſuæ tempore retineant. Præterea ex equitibus proximæ dignitatis, vnus nocturnæ cuſtodiæ magiſter, & alius qui annonã procuret, ad certum tempus, vt ſenatorii quoque magiſtratus, conſtituantur: ærarii quoque publici, ac fiſci, præterea negotiorum aliorum Romæ & per Italiam adminiſtratio equitibus mandetur. His ipſis etiam merces, quæ honori ac functioni eorum reſpondeat, danda eſt: quia ſenatoribus pauperiores, Romæ etiã nequeunt obeuntes aliquem magiſtratum ex ſuis facultatibus viuere: ſed tamen iis quoque officia quædã committi ex vſu eſt, quum neque fieri poſſit neque expediat vt iidem & exercitus & pecuniam in ſua poteſtate habeant: ac præſtat per multos publica negotia adminiſtrari, vt & complures hinc emolumentum ſentiant, & experientiam rerum gerendarum conſequantur: ita enim & ſubditi maiori te beneuolẽtia proſequentur, multipliciter bonis publicis fruentes: & tu ſemper copiam eorum habebis, quibus ad quaſque neceſſarias res conficiendas vtaris. Cæterùm Romæ ſatis eſt ad vnamquanque rationẽ pecuniæ colligendæ, foris autẽ in ſingulis prouinciis, vnico equite, qui quot opus fuerit adminiſtros ſub ſe habeat, ex equitibus ſumptos ac ex libertis. Nã hos quoque eis adiungi prodeſt, vt & famulis tuis præmium virtutis extet,

Nocturnarum vigiliarũ præfectus.

Liberti.

A καὶ ἄρχουσι προστεταγμένων. τούτοις μὲν
γὰρ αὐτοὶ ἐκεῖνοι δικαιούντωσαν, ἵνα ἀπροφα-
σίστως σφίσι χρῆσθαι, ἅτε καὶ κολάσαι καὶ
τιμῆσαι σφᾶς τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, δύνων-
ται. τῶν δ' ἄλλων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ στρατιω-
τῶν οἱ ἔπαρχοι ἐκεῖνοι προστατείτωσαν, ὑ-
πάρχους ἔχοντες, καὶ προσέτι καὶ τῶν Και-
σαρείων τῶν τε ἐν τῇ θεραπείᾳ σου ὄντων, καὶ
τῶν ἄλλων τῶν λόγου τινὸς ἀξίων. ταῦτα γὰρ ἐς
προσήκοντα καὶ αὐτάρκη αὐτοῖς διαγίγνε-
B σθαι ἵνα μὴ καὶ πλείω πράγματα ὧν κα-
λῶς φέρειν δυνήσονται ἐπιταχθέντες, ἄσχο-
λοι πρὸς τὰ ἀναγκαῖα, ἢ καὶ ἀδύνατοι πάν-
των αὐτῶν προΐστασθαι γίγνωνται. καὶ ἔτι μὲν
διὰ βίου, ὥσπερ που καὶ ὁ πολίαρχος, ὅ,θ'
ὑποτιμητής, τὴν ἀρχὴν ἐχέτωσαν. νυ-
κτοφύλαξ δὲ ἕτερος, καὶ ἐπὶ τοῦ σίτου τῆς τε
ἀγορᾶς τῆς λοιπῆς ἕτερος, ἔκ τε τῶν ἱππέων
τῶν πρώτων μετ' ἐκείνους, καὶ ἐς τακτὸν χρό-
νον ἀποδεικνύσθωσαν, καθάπερ οἱ ἐκ τοῦ βου-
C λευτικοῦ προχειριζόμενοι, τάς τε διοικήσεις
τῶν χρημάτων, τῶν τε τοῦ δήμου καὶ τῶν τῆς
ἀρχῆς λέγω, καὶ τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ τῇ τε ἄλ-
λῃ Ἰταλίᾳ πάσας οἱ ἱππεῖς διαχειριζέ-
τωσαν. καὶ μισθὸν οὗτοί τε καὶ οἱ ἄλλοι πάν-
τες οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τέλους διοικοῦντές τι, οἱ
μὲν πλείονα, οἱ δ' ἐλάττονα, πρός τε τὸ ἀξίω-
μα καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πράξεως φε-
ρέτωσαν· τοῦτο μὲν, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐστὶν, αὐ-
τοὺς, ἅτε καὶ πενεστέρους τῶν βουλευτῶν ὄντας,
D ἀπὸ τῶν οἰκείων οὐδὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ τι πρά-
ττοντας, ἀναλίσκειν· ἐκεῖνο δ', ὅτι μήτε δυνα-
τὸν μήτε συμφέρειν ἐστί σοι, τοὺς αὐτοὺς τῶν δυ-
νάμεων καὶ τῶν χρημάτων κυρίους γίγνεσθαι.
πρὸς δ' ἔτι καὶ καλῶς ἔχει, διὰ πλειόνων
πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διάγεσθαι,
ὅπως καὶ ὠφελῶνται ἅμα συχνοὶ, καὶ
ἔμπειροι τῶν πραγμάτων γίγνωνται. οὕ-
τω γὰρ οἵ τε ἀρχόμενοι μᾶλλον εὐνοήσου-
σί σοι, πολυειδῆ ἀπόλαυσιν τῶν κοινῶν ἀγα-
E θῶν καρπούμενοι, καὶ σὺ ἀφθονωτάτοις τοῖς
ἀεὶ ἀρίστοις πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα χρή-
σῃ. ἀπόχρη δὲ ἐν μὲν τῇ πόλει, καθ' ἕκαστον
χρηματίσεως εἶδος, ἔξω δὲ, καθ' ἕκαστον ἔθνος, εἷς τις ἐκ τῶν ἱππέων, ὑπομείονας
ὅσους ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, ἔκ τε τῶν ἱππέων καὶ ἐκ τῶν ἐξελευθέρων σου, ἔχων. δεῖ γὰρ
καὶ τοιούτους τινὰς συνεξετάζεσθαι σφίσιν, ἵνα ἥ τε θεραπεία σου ἆθλόν τι ἀρετῆς ἔχῃ,

» καὶ σὺ μὴ ἀπορῇς παρ' ὧν καὶ ἀκόντων τὴν ἀ- A
» λήθειαν, ἄν γέ τι πλημμεληθῇ, μαθεῖν δυνή-
» σῃ. ὅστις δ' ἂν τῶν ἱππέων διὰ πολλῶν δι-
» εξελθὼν, ἐλλόγιμος, ὥστε καὶ βουλεῦσαι, γένη-
» ται, μηδὲν αὐτὸν ἡ ἡλικία ἐμποδιζέτω πρὸς
» τὸ μὴ οὐ καὶ ἐς τὸ συνέδριον καταλεχθῆναι·
» ἀλλ' ἐσγραφέσθωσαν καὶ ἐξ ἐκείνων, κἂν λε-
» λοχαγηκότες τινὲς ἐν τοῖς πολιτικοῖς στρατο-
» πέδοις ὦσι, πλὴν τῶν ἐν τῷ τεταγμένῳ ἐστρα-
» τευμένων. τούτων μὲν γὰρ τῶν καὶ φορμοφορη-
» σάντων, καὶ λαρκοφορησάντων, καὶ αἰσχρὸν καὶ B
» ἐπονείδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βουλευτικῷ τινὰς ἐξε-
326 » τάζεσθαι. ἐκ δὲ δὴ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἑκατον-
» ταρχησάντων οὐδὲν κωλύει τοὺς ἐλλογιμω-
» τάτους αὐτῶν μεταλαμβάνειν. περὶ μὲν οὖν
» τῶν βουλευτῶν, τῶν τε ἱππέων, ταῦτά σοι συμ-
» βουλεύω· καὶ νὴ Δία καὶ ἐκεῖνα, ἵνα ἕως τε ἔτι
» παῖδές εἰσιν, ἐς τὰ διδασκαλεῖα συμφοιτῶ-
» σι, καὶ ἐπειδὰν ἐς μειράκια ἐκβάλλωσιν, ἐπί
» τε τοὺς ἵππους καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα τρέπωνται,
» διδασκάλους ἑκατέρων δημοσιεύοντας ἐμμί-
» σθους ἔχοντες. οὕτω γὰρ εὐθὺς ἐκ παίδων πάνθ' C
» ὅσα χρὴ ἄνδρας αὐτοὺς γενομένους ἐπιτελεῖν
» καὶ μαθόντες καὶ μελετήσαντες, ἐπιτηδειό-
» τεροί σοι πρὸς πᾶν ἔργον γενήσονται. τὸν γὰρ
» ἄρχοντα τὸν ἄριστον, οὗ τέ τι ὄφελός ἐστι, δεῖ
» μὴ μόνον αὐτὸν πάνθ' ἃ προσήκει ποιεῖν, ἀλ-
» λὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅπως ὡς ὅτι βέλτιστοι γίγνων-
» ται, προνοεῖν. τοῦτο δ' ὑπάρξειεν ἄν σοι, οὐκ
» ἂν ἐάσῃς αὐτοὺς ὅσα βούλονται πράττειν, ἔπειτ'
» ἐπιτιμᾷς τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἂν πρίν τι
» πλημμελεῖσθαι, προδιδάσκῃς πάνθ' ὅσα D
» ἀσκήσαντες, χρησιμώτεροι καὶ ἑαυτοῖς καὶ σοὶ
» γενήσονται. καὶ μηδενί γε τὸ παράπαν προ-
» φασιν παρέχῃς, μήτε διὰ πλοῦτον, μήτε δι'
» εὐγένειαν, μήτε δι' ἄλλο τι ἀρετῆς ἐχόμενον,
» ῥαθυμίαν, ἢ μαλακίαν, ἢ καὶ ἐπιτήδευσιν τι-
» νὰ κίβδηλον προσποιεῖσθαι. πολλοὶ γὰρ, φο-
» βούμενοι μὴ καὶ διὰ τοιοῦτόν τι καὶ φθονηθῶ-
» σι καὶ κινδυνεύσωσι, πολλὰ καὶ ἀνάξια ἑαυ-
» τῶν ποιοῦσιν, ὡς καὶ ἀσφαλέστερον ἀπ' αὐ- E
» τῶν βιωσόμενοι. κἀκ τούτου ἐκεῖνοι μὲν ἐλε-
» οῦνται, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀδικούμενοι, τὸ μὴ
» δοκεῖν ἐξεῖναι σφίσιν ὀρθῶς ζῆν· τῷ δ' ἄρχον-
» τι αὐτῶν καὶ ζημία ἅμα ἀγαθῶν ἀνδρῶν στε-
» ρομένῳ, καὶ κακοδοξία τῆς αἰτιάσεως συμβαίνει. μήτ' οὖν περιίδῃς ποτὲ τοῦτο παρα-

&non desint tibi ex quibus vel inuitus cognoscere possis si quid peccatum fuerit. Iam si quis eques multis negotiis obeundis adeo clarus euadat vt dignus sit qui in ordinem senatorium recipiatur, id ætas eius quominus fiat impedire nullo modo debet: quinetiam ex iis qui ordines in ciuilibus legionibus duxerũt, in senatum adscribendi aliquando nonnulli sunt, modò ne stipendia meruerint: quippe turpe ac probrũ sit, eos in senatorum numero haberi, qui aliquando storeas ac corbes gestauerint: alioquin ex iis qui centuriones ab initio fuere, nihil impedit quin præstantissimi inter senatores referãtur. Hoc quoque te summopere hortor instituas, vt patricii equestrísque ordinis homines, dum adhuc pueritiam agunt, ludos literarios frequentent: adolescentes autem facti, equos & arma tractare discant, ad vtrunque doctoribus publicis certo stipendio conductis. Ita enim statim à puero discentes ac exercentes omnia ea quæ adultis sunt vsurpãda, ad omnia negotia aptiores habebis. Optimi enim ac egregii principis est, non modò ipse vt omnia ex officio agat, verùm vt qua ratione etiam reliqui omnes quàm optimi fiant prospiciat. Id autem tu ita præstabis, si nõ permittas omnia eos ex libito agere, ac deinde delinquentes corrigas: sed si, priusquam peccauerint quicquam, omnia eos doceas, quæ exercentes & tibi & sibiipsis maiori sint vsui: ac, si omnem occasionem, propter diuitias, nobilitatem, aut aliam quancũque præstantiam, vitæ per desidiam, mollitiem aut praua studia ducendæ, occasionem præcidas. Etenim permulti, metuẽtes ne istiusmodi bonorum nomine inuidiæ ac periculis sint obnoxii, multa seipsis indigna agũt, quo tutius viuere possint. atque inde misericordiam consequuntur: quia hoc ipsum iniquè eis accidisse videtur, quòd sibi rectè viuere opinati sint. ad principem verò & damnum, bonis viris destituto, & infamia huius causæ redit. Id igitur ne fiat cauendum tibi est: neque me-

Maecenatis Oratio.

In senatum qui ex equitibus adscribendi.

Studia puerorum & adolescentium.

Boni principis officium.

Disciplina & institutio bona primæ ætatis quid possit.

MAECENATIS ORATIO AD CAESAREM.

tuendum ne quis eo quem dixi modo educatus institutúsque, cõsilium conuellendi status reipublicæ sit initurus: quinimo id à disciplina nulla formatis, à libidinosis timẽdum est: hi enim facillimè eò adducuntur vt turpissima ac pessima quæque in se & alios statuant. Qui verò rectè educati institutique sunt, cùm alium neminem iniuria afficere, tum minimè omnium eum volũt qui ipsis educationis huius ac disciplinæ autor fuit. Quòd si omnino quis peruersus ingratúsque existet, nullũ ei huiusmodi negotiũ cõmiseris vnde aliquid mali facinoris edere possit: aut si nihilominus aliquid molietur, conuictũ supplicio affice. neque est quòd vereare ne quis tibi id vitio vertat, qui non magis propter punitum malum culpaberis, quàm medicus propter vsta aut excisa corporis vitia: ille verò ab omnibus accusabitur, qui eodem quo reliqui modo eductus ac institutus, periculum tibi creare ausus fuerit. Ac de senatoribus quidem & equitibus hactenus.

Milites quomodo habẽdi.

Milites autem perpetuò alendi sunt, ex ciuibus, fœderatis, ac subditis delecti, ad prouincias tutandas, pro ratione necessitatis temporibus diuersis plures paucioresve, qui semper in armis sint, bellicásque artes assiduò exerceant, hyberna locis opportunissimis habeant, certum militiæ tempus expleant, ita vt nonnihil ætatis etiãante senium supersit. Non enim ex tempore contractis auxiliis amplius vti possumus, qui & tam procul ab extremis imperii nostri finibus distamus, & vndique conterminos nobis hostes habemus: ac si omnibus qui integra sunt ætate, armorum & rei bellicæ vsum concedamus, semper seditiones ab iis & bella intestina excitabuntur: iam si armorum eis vsu interdicamus, ac pòst suppetias ab eis accipere opus habeamus, periculum est ne imperitis ac inexercitatis militibus vtendum nobis sit. Itaque hæc mea est sententia, vt ro-

A θεῖν, μήτ' αὖ δείσῃς, ὅτι τραφείς τε τις καὶ παιδευθεὶς ὡς ἐγὼ λέγω, νεωτερίσει τι. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, τούς τε ἀμαθεῖς καὶ τοὺς ἀσελγεῖς ὑποπτεύειν δεῖ. οἱ μὲν γὰρ τοιοῦτοι πάντα ἁπλῶς καὶ τὰ αἴσχιστα καὶ τὰ δεινότατα πρῶτον μὲν ἐς σφᾶς αὐτούς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως ποιεῖν προάγονται· οἱ δὲ δὴ καλῶς τραφέντες τε καὶ παιδευθέντες οὔτ' ἄλλον τινὰ ἀδικεῖν προαιροῦνται, καὶ πάντων ἥκιστα τὸν τῆς τε τροφῆς καὶ τῆς παιδείας αὐτῶν ἐπιμεληθέντα. B ἂν δ' οὖν τις καὶ κακὸς καὶ ἀχάριστος γένηται, μηδὲν αὐτῷ τοιοῦτον ἐπιτρέψῃς, ἐξ οὗ δεινόν τι δρᾶσαι δυνήσεται· κἂν γε καὶ ὣς νεοχμώσῃ τι, καὶ ἐλεγχθήτω καὶ κολασθήτω. μὴ γὰρ δὴ φοβηθῇς ὅτι σε αἰτιάσεταί τις ἐπὶ τούτῳ, ἄν γε πάνθ' ὅσα εἴρηκα πράττῃς. οὐ μὲν γὰρ οὐδὲν ἁμαρτήσῃ, τὸν ἀδικήσαντά τι τιμωρησάμενος, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ἰατρὸς καύσας τινὰ καὶ τεμών· ἐκεῖνον δὲ δὴ πάντες δικαιώσουσιν, ὅτι καὶ τροφῆς καὶ παιδείας τῆς αὐτῆς τοῖς ἄλλοις C μεταλαχὼν, ἐπεβούλευσέ σοι. περὶ μὲν οὖν τῶν βουλευτῶν τούς τε ἱππέας ταῦτα γιγνέσθω.

Τοὺς δὲ δὴ στρατιώτας ἀθανάτους ἔκ τε τῶν πολιτῶν κἀκ τῶν ὑπηκόων τῶν τε συμμάχων, τῇ μὲν πλείους, τῇ δὲ ἐλάττους, καθ' ἕκαστον ἔθνος, ὅπως ἂν ἡ χρεία τῶν πραγμάτων ἀπαιτῇ, τρέφεσθαι προσήκει, καὶ αὐτοὺς ἀεί τε ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, καὶ τὴν ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν διαπαντὸς ποιεῖσθαι D δεῖ· χειμάδιά τε ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις κατεσκευασμένους, καὶ χρόνον τακτὸν στρατευομένους, ὥστε τι αὐτοῖς καὶ πρὸ τοῦ γήρως τῆς ἡλικίας περιεῖναι. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν καιρῶν βοηθείαις τισὶν ἔτι χρῆσθαι δυναίμεθα, αὐτοί τε τοσοῦτον ἀπὸ τῶν τῆς ἀρχῆς ἐσχατιῶν ἀπηρτημένοι, καὶ πολεμίους ἑκασταχόθι προσοικοῦντας ἔχοντες, ἄν τε ἐπιτρέψωμεν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἡλικίᾳ οὖσι καὶ E τὰ ὅπλα κεκτῆσθαι, καὶ τὰ ἐμπολέμια ἀσκεῖν, στάσεις καὶ πόλεμοι ἀπ' αὐτῶν ἐμφύλιοι ἀεὶ γενήσονται. καὶ μέντοι κἂν κωλύσαντες σφᾶς ταῦτα ποιεῖν, ἔπειτα συμμαχίας τινὸς παρ' αὐτῶν δεηθῶμεν, κινδυνεύσομεν 327 ἀπείροις τε καὶ ἀγυμνάστοις στρατιώταις ἀεὶ χρώμενοι. διὰ μὲν δὴ ταῦτα γνώμην ποιοῦμαι, τὸ

» ποιεῖσθαι, τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἄνευ τε ὅ-
» πλων καὶ ἄνευ τειχῶν ζῆν· τοὺς δὲ ἐρρωμενε-
» στάτους καὶ βίου μάλιστα δεομένους καταλέ-
» γεσθαί τε καὶ ἀσκεῖν. αὐτοί τε γὰρ ἄμεινον πο-
» λεμήσουσι, τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ σχολάζον-
» τες, καὶ οἱ λοιποὶ ῥᾷον γεωργήσουσι, καὶ ναυ-
» τιλοῦνται, τά τε ἄλλα τὰ τῇ εἰρήνῃ προσή-
» κοντα πράξουσι, μήτε ἐκβοηθεῖν ἀναγκα-
» ζόμενοι, καὶ προφύλακας σφῶν ἑτέρους ἔ-
» χοντες· τό, τε ἀκμαιότατον καὶ ἰσχυρότατον, καὶ
» ἐκ λείας μάλιστα ζῆν ἀναγκαζόμενον, ἀ-
» λύπως τραφήσεται, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ἀκιν-
» δύνως βιώσεται. πόθεν οὖν χρήματα καὶ ἐς
» τούτους καὶ ἐς τὰ ἄλλα τὰ ἀναλωθησόμενα ἔ-
» σται; ἐγὼ καὶ τοῦτο διδάξω, σμικρὸν ἐκεῖνο ὑ-
» πειπὼν, ὅτι κἂν δημοκρατώμεθα, πάντως
» που χρημάτων δεησόμεθα. οὐ γὰρ οἷόν τε, οὔτ'
» ἄνευ στρατιωτῶν ἡμᾶς σώζεσθαι, οὔτ' ἀμι-
» σθεί τινας στρατεύεσθαι. μὴ οὖν, ὡς καὶ τῇ μο-
» ναρχίᾳ μόνῃ τῆς ἀναγκαίας τῶν χρημάτων
» ἀθροίσεως προσηκούσης, βαρυνώμεθα,
» μηδὲ δι' αὐτὴν καὶ ἀπ' ἐκείνης ἀποτρεπώ-
» μεθα· ἀλλ' ὡς καὶ πάντως ἀναγκαῖον ὂν ἡμῖν,
» ὅπως ποτ' ἂν πολιτευώμεθα, καὶ ἀργυρίζε-
» σθαί τινα, οὕτω βουλευώμεθα. Φημὶ τοί-
» νυν χρῆναί σε, πρῶτον μὲν ἁπάντων τὰ
» κτήματα τὰ ἐν τῷ δημοσίῳ ὄντα (πολλὰ δὲ
» ταῦτα ὁρῶ διὰ τοὺς πολέμους γεγονότα)
» πωλῆσαι, πλὴν ὀλίγων τῶν καὶ πάνυ χρησί-
» μων σοι καὶ ἀναγκαίων, καὶ τὸ ἀργύριον τοῦ-
» το πᾶν ἐπὶ μετρίοις τισὶ τόκοις ἐκδανεῖσαι.
» οὕτω γὰρ ἥ τε γῆ ἐνεργὸς ἔσται, δεσπόταις αὐ-
» τουργοῖς δοθεῖσα, καὶ ἐκεῖνοι ἀφορμὴν λα-
» βόντες, εὐπορώτεροι γενήσονται· τό, τε δημό-
» σιον διαρκῆ καὶ ἀθάνατον πρόσοδον ἕξει. εἶτα
» συλλογίσασθαι ταῦτά τε καὶ τἆλλα ὅσα ἔκ τε
» μεταλλείας, καὶ εἰ δή ποθεν ἄλλοθεν βεβαίως
» δύναται προσιέναι· καὶ μετὰ τοῦτο ἀντιλο-
» γίσασθαι μὴ μόνον τὰ στρατιωτικὰ, ἀλλὰ καὶ
» τἆλλα πάντα δι' ὧν πόλις καλῶς οἰκεῖται,
» καὶ προσέτι καὶ ὅσα ἔς τε τὰς αἰφνιδίους στρα-
» τείας, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ὅσα εἴωθεν ἐπὶ καιροῦ
» συμβαίνειν, ἀναγκαῖον ἐστι δαπανᾶσθαι·
» κἀκ τούτου πρὸς πᾶν τὸ λεῖπον φόρον τε
» ἐπιτάξαι πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐπικαρπίαν
» τινὰ τῷ κεκτημένῳ αὐτὰ παρέχουσι,

A bustissimi omnes, quique sibi alendis quàm minimè sufficiunt, in exercitum conscribãtur, ac in armis exerceantur, reliqui omnes ab armis & re bellica vacent. Nam & illi soli militiæ dediti, rectius eam facient: & hi facilius agriculturam, nauigationes, reliquasque pacis actiones exercebunt, quum neque ad arma concurrere opus habeant, & alii eorum defendendorum causa excubent. Iam ea hominum multitudo, B quæ ætate ac viribus validissima, rapto viuere potissimùm cogitur, citra vllius iniuriam aletur, & reliqua pars sine periculo degent. Vnde ergo, inquies, pecuniæ in hos & in alias res impendendæ suppetent? Enimuero id mox ostendam, hoc præfatus, etiamsi reipublicæ summam penes populum esse sinamus, vtique tamen pecunia opus nobis futurum, quum impossibile sit & sine bello nos tutos esse, & milites C sine stipendio habere, ne iam vel vnius principatum, quasi is solus necessariam pecuniæ collectionem requirat, accusemus, vel propter hanc ab eo abhorreamus: sed ita consilium capiamus, vt qui nouerimus in qualicunque reipublicæ forma pecuniam necessariò esse conficiendam. Porro quod ad eam rem attinet, primò omnium debes, vt ego quidem sentio, omnes publicas res (cuiusmodi bellis partas esse multas D video) vendere, paucis omnino tibi admodum vtilibus ac necessariis exceptis, pretiúmque earum mediocri fœnore omne mutuò dare. Hac ratione & terra fertilior erit, dominorum opera propria quũ colatur, atq; hi ea occasione locupletiores quũ euadant, plus in publicum conferẽt, résque publica reditus sufficientes ac perennes habebit. Deinde horum omniũ, ac eorũ quoque quæ ex metallicis fodinis, aut aliunde certò ad E nos redeũt, ineunda est ratio: ac cõtrà cõputandæ impensæ, quæ nõ in milites modò, sed etiã in alia ad vrbis rectam administrationem facientia insumũtur, tũ quæ in repentina bella, aliaq; ex tẽpore accidentia necessariò cõferuntur: sic cõparatis rationibus, vt reliqui sumptus suppeditẽt, pensio imperãda est de omnibus iis quæ aliquẽ possessori quæstũ ferunt,

Mæcenatis Oratio.

De ratione pecuniariæ rei explicandæ.

Agrippæ sententiam refellit.

Pensio.

Maecenatis Oratio.

vectigaliáque imperanda omnibus nostris subditis. Iustũ enim æquúmque est, neminem horũ, neque priuatum hominem, neque populum, immunem esse, quum ex æquo ad omnes vtilitas eorum in quæ insumũtur, redeat. Exactores porro vbique locorum constituendi sunt, qui singulis suæ functionis temporibus ex omnibus reditibus quantum par est exigant: ita quum paulatim ac certis spatiis subditi nostri ea pendant quæ debent, ac non, aliquandiu neglecti, pòst simul omnia poscantur, & pensionem istam exoluẽtibus ea res haud minimum cõmodi afferet, & exactoribus facilior erit sui officii ratio.

Obiectioni occurrit.

Neque clam me est, nonnullos tributa ac vectigalia constituta ægrè laturos esse: verùm hi ipsi, si neque alio præterea damno afficiantur, & re ipsa cõperiant, hęc ipsorum salutis causa, vtque cæteris suis bonis tutò perfrui possint, exigi: præterea quum plerique ipsorum eam pecuniam, alii magistratum gerentes, alii præfecti regionum, alii militantes accipiant, magnas etiam tibi gratias agent, quòd exiguam suorum redituum partem tibi conferentes, reliqua omnia sine damno percipere possint. Idque eo magis fiet, si te continenter viuere, ac nihil prodigere videant. Quis enim, quum videat te in re familiari summa parsimonia vti, in publica liberalissimum esse, non vltro velit aliquid conferre, quum tuas diuitias suã securitatem ac copiam esse iudicet? Itaque pecuniæ etiam plurimæ tibi suppetent.

De sumptibus ædificiorum & ludorum.

Reliqua ad hunc modum tibi meo iudicio sunt peragenda. Romam omni magnificentia exornabis, omni ludorum genere decorabis: nam quia multis imperamus gentibus, conueniens est nos omnibus aliis hac in re præstare: atque hæc res efficit quodammodo etiam vt socii nos obseruent, hostes reformident. Quod ad exteros pertinet, neque populus vllus cuiusquam rei potens sit, neque in concionem omnino coeat: nam neque boni quicquam statuent, & subinde turbas aliquas excitabunt. ideóque ne nostro quidẽ populo cõcedi debet

A καὶ τέλη καταστῆσαι παρὰ πᾶσιν ὧν ἄρχομεν. "
καὶ γὰρ καὶ δίκαιον καὶ προσῆκόν ἐστι, μηδένα "
αὐτῶν ἀτελῆ εἶναι, μὴ ἰδιώτην, μὴ δῆμον, ἅτε "
καὶ τῆς ὠφελείας τῆς ἀπ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς "
ἄλλοις ἀπολαύσοντας. καὶ σφᾶς ἐκλογέας "
τοὺς ἐπιτροπεύσοντας ἑκασταχόθι ποιῆσαι, "
ὥστε αὐτοὺς πᾶν τὸ τῷ τῆς ἐπιτροπείας αὐ- "
τῶν χρόνῳ προσῆκον ἐξ ἁπασῶν τῶν προσό- "
δων ἐσπράττειν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐκείνοις ῥᾴω τὴν "
εἴσπραξιν ποιήσει, καὶ τοῖς διδοῦσί τι ὠφέ- "
B λειαν οὐκ ἐλαχίστην παρέξει· λέγω δὲ τὸ κατ' "
ὀλίγον σφᾶς ἐν ταῖς τάξεσιν ὅσα ὀφείλουσιν "
εἰσφέρειν, καὶ μή, βραχὺ ῥᾳθυμήσαντας "
χρόνον, ἐπικεφαλαιωθέντα πάντα ἐσάπαξ ἀ- "
παιτεῖσθαι. καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὅτι τινὲς τῶν "
τε φόρων καὶ τῶν τελῶν καθισταμένων ἀχθε- "
σθήσονται· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο οἶδα, ὅτι ἂν μήτε "
προσεπηρεάζωνται, καὶ τῷ ἔργῳ πεισθῶ- "
σιν ὅτι πάντα ταῦτα καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας "
σφῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὰ λοιπὰ ἀδεῶς καρποῦ- "
C σθαι, συνεισοίσουσι, καὶ προσέτι τὰ πλείω "
αὐτῶν οὐχ ἕτεροι τινές, ἀλλ' αὐτοὶ ἐκεῖνοι, οἱ "
μέν, ἄρχοντες, οἱ δέ, ἐπιτροπεύοντες, οἱ δέ, "
στρατευόμενοι, λήψονται· καὶ πάνυ πολλὴν χά- "
ριν εἴσονταί σοι, βραχέα ἀπὸ πολλῶν ὧν ἂν "
μηδὲν ἐπηρεαζόμενοι καρπῶνται, διδόντες· "
ἄλλως τε κἂν ὁρῶσί σε σωφρόνως τε διαιτώ- "
μενον, καὶ μηδὲν μάτην προσαναλίσκοντα. τίς "
γὰρ οὐκ ἄν, ἰδών σε πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα φει- "
δωλότατον, πρὸς δὲ τὰ κοινὰ ἀφειδέστατον " 328
D ὄντα, ἐθελοντὴς συντελέσειέ τι, καὶ ἀσφάλειαν "
καὶ εὐπορίαν ἑαυτοῦ τὸ σὲ πλουτεῖν εἶναι νομί- "
ζων; χρήματα μὲν δὴ καὶ πάνυ πολλὰ ὑπάρ- "
ξειεν ἄν. "

Τὰ δὲ δὴ λοιπὰ τόνδε τὸν τρόπον διοικεῖν "
σοι παραινῶ. τὸ μὲν ἄστυ τοῦτο καὶ κατακόσμει "
πάσῃ πολυτελείᾳ, καὶ ἐπιλάμπρυνε παντὶ "
εἴδει πανηγύρεων. προσήκει τε γὰρ ἡμᾶς "
πολλῶν ἄρχοντας, ἐν πᾶσι πάντων ὑπερέ- "
χειν, καὶ φέρει πως καὶ τὰ τοιαῦτα πρός τε "
τοὺς συμμάχους αἰδῶ, καὶ πρὸς τοὺς πολε- "
μίους κατάπληξιν. τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων "
ὧδε διέπε. πρῶτον μὲν οἱ δῆμοι μήτε κύ- "
ριοι τινὸς ἔστωσαν, μήτε ἐς ἐκκλησίαν τὸ πα- "
ράπαν φοιτάτωσαν. οὔτε γὰρ ἀγαθὸν οὐδὲν "
φρονήσειαν ἄν, καί συχνὰ ἂν ἀεὶ ταράξειαν. ὅθεν οὐδὲ τὸν παρ' ἡμῖν δῆμον, "

„ οὔτε ἐς δικαστήριον, οὔτε ἐς ἀρχαιρεσίας, οὔτε ἐς ἄλλον τινὰ τοιοῦτον σύλλογον, ἐν ᾧ τι καὶ χρηματισθῆναι δεῖ, συνιέναι φημὶ χρῆναι. ἔπειτα δὲ μήτ᾽ οἰκοδομημάτων πλήθεσιν ἢ καὶ μεγέθεσιν ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα χρήσθωσαν, μήτ᾽ ἀγώνων πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀναλώμασι δαπανάσθωσαν· ἵνα μήτε σπουδαῖς ματαίαις ἐκτρύχωνται, μήτε φιλοτιμίαις ἀλόγοις πολεμῶνται. ἐχέτωσαν μὲν γὰρ καὶ πανηγύρεις καὶ θεωρίας τινάς, χωρὶς τῆς ἱπποδρομίας τῆς παρ᾽ ἡμῖν ποιουμένης· μὴ μέντοι ὥστε καὶ τὸ δημόσιον ἢ καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους λυμαίνεσθαι, ξένον τε τινὰ ἀναγκάζεσθαι παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ὁτιοῦν ἀναλίσκειν, καὶ σίτησιν ἀθάνατον πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἀγῶνα τινὰ νικήσασι δίδοσθαι. τούς τε γὰρ εὐπόρους ἄλογόν ἐστιν ἔξω τῶν πατρίδων ἀναγκαστοὺς δαπανᾶν, καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς ἀπόχρη τὰ ἆθλα τὰ παρ᾽ ἑκάστοις τιθέμενα· χωρὶς ἢ εἴ τις αὐτῶν Ὀλύμπια, ἢ Πύθια, ἤ τινα ἐνταῦθα ἀγῶνα ἀνέλοιτο. τοὺς γὰρ τοιούτους μόνους σιτεῖσθαι δεῖ, ἵνα μήτε αἱ πόλεις μάτην ἐπιτρίβωνται, μήτε ἔξω τις τῶν ἀξιονίκων ἀσκῇ, δυνάμενος ἄλλο τι χρησιμώτερον καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ μελετᾶν. περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα γινώσκω. τὰς δὴ ἱπποδρομίας τὰς ἄνευ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἐπιτελουμένας οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν ἄλλῃ τινὶ πόλει ποιεῖν ἐπιτρέπειν· ὅπως μήτε χρήματα παμπληθῆ εἰκῇ διαπολλύηται, μήθ᾽ οἱ ἄνθρωποι κακῶς ἐκμαίνωνται· καί, τὸ μέγιστον, ἵνα οἱ στρατευόμενοι τοῖς ἀρίστοις ἵπποις ἀφθόνως χρῆσθαι ἔχωσι. τοῦτο μὲν δὴ διὰ ταῦτα ἀπαγορεύω παντάπασι μηδαμόθι ἄλλοθι, πλὴν ἐνταῦθα, γίγνεσθαι. τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἐμετρίασα, ἵν᾽ εὐδαπάνους τὰς ἀπολαύσεις καὶ τῶν θεωρημάτων καὶ τῶν ἀκουσμάτων ὡς ἕκαστοι ποιούμενοι, καὶ σωφρονέστερον καὶ ἀστασιαστότερον διάγωσι. μήτε δὲ νομίσματα ἢ καὶ σταθμὰ ἢ μέτρα ἰδίᾳ τις αὐτῶν ἐχέτω, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις καὶ ἐκεῖνοι πάντες χρήσθωσαν. μήτε πρεσβείαν τινὰ πρὸς σέ, πλὴν εἴ τι πρᾶγμα διαγνώσεως ἐχόμενον εἴη, πεμπέτωσαν· ἀλλὰ τῷ τε ἄρχοντι σφῶν δηλούτωσαν ὅσα βούλονται, καὶ δι᾽ ἐκείνου σοὶ τὰς ἀξιώσεις ὅσας ἂν δοκιμάσῃ προσφερέτωσαν. οὕτω γὰρ οὔτ᾽ ἀναλώσουσί τι, οὔτ᾽ αἰσχρῶς διαπράξονται, ἀλλ᾽ ἀκεραίους τὰς ἀποκρίσεις ἄνευ δαπάνης ἢ καὶ

vt ad iudicia, comitia, aliúdue huiusmodi cōcilium, rei alicuius sciscendæ causa, conueniant. Aedificiis neque numero neque mole quàm pro necessitate maioribus vtantur, neque in ludos multos ac varios sumptū faciāt: ne vel vanis studiis occupentur, vel sumptibus absurdis certātes ad inimicitias mutuas progrediantur. Ludos quoque & spectacula sua habeant, excepto nostro equestri certamine: non tamen ita, vt rempublicam familiarémque suā corrumpant, cogántque peregrinos apud se aliquid sumptuum facere, aut omnibus qui quocunque certamine vicerint, cibum perennem tribuant. Nam rationi consentaneum non est vt diuites extra patrias suas cogantur impensas facere: & præmia certantibus vbique constituta sufficiunt: nisi quis Olympiaca, Pythia, aut alia id genus certare velit certamina, his enim solis cibus præbendus est, vt neque vrbes frustra impendiis onerentur, neque nisi dignis opera certaminibus quisquam exerceatur, quum possit aliquid aliud patriæ sibíque vtilius tractare. Porro ludos equestres qui sine gymnicis certaminibus fiunt, nulli alii vrbi exhibendos cēseo: ne vel multæ pecuniæ ab re insumantur, vel homines ad malum furorem exagitentur: ac præcipuè ideo vt militantibus copia optimorum equorum sufficiat. hi itaque ludi non alibi quàm Romæ dari debent: in reliquis eam moderationē adhiberi, vt singulis in locis spectacula & musica quum fiant tolerabilibus impendiis, locus sit modestiæ ac tranquillitati. Vti præterea numismate, ponderéque vel mensura peculiari vrbs nulla debet, sed nostris. Neque ad te legationem, nisi res discussionem tuam requirat, vllam mittant, sed quæ voluerint, præfecto suo indicēt, ac per eum ad te de sua volūtate referant. ita & sumptus & turpis rei conficiendæ ratio vitabitur, ac integra responsa sine vllo im-

De legationibus.

MAECENATIS ORATIO.

pendio ac labore auferent. Reliqua etiam omnia videris mihi hac ratione optimè omnium cõfecturus, si legatos, ab hostibus, aut à confœderatis regibus populisque missos, primùm in senatum introducas: (alioquin enim è dignitate reipublicæ est, videri omnia esse in potestate senatus, ac multos esse eorũ aduersarios, qui eum spernant) deinde senatorum opera omnia de eis statuas quæ legib. sunt sancita, nihilque iniussu eius cum quoquam agas. hoc pacto & dignitas imperii magis cõfirmabitur, & legum instituta aperta ac conspicua omnibus erunt.

De cognitione causarum & criminum.

Tertium est, vt senatores, liberósque & mulieres eorũ, si quod crimen perpetrauerint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectendum, nullo facto præiudicio in curiam adducas, integrámque de causa cognitionẽ senatui permittas, vt & sontes citra tuam inuidiam rei coram suæ sortis hominibus peracti plectantur, reliquique metu publici iudicii meliores euadãt. Hæc de iis criminib. loquor de quibus & leges extant, & iudicia secũdum eas fiunt.

Negligenda & contemnenda conuitia sibi facta Cæsarē docet.

Nam quòd conuitium tibi quisquam fecerit, aut obtrectauerit, neque deferente aliquo audire, neq; vlcisci debes. Turpe enim fuerit te id credere, inuentum qui te, neminem lædentem, omnibus benefacientem, ignominia affecerit: idque soli mali credũt principes, quos ad fidem dictis habendam conscientia mouet. Deinde iniquum est ea ægrè ferre velle quæ si vera sunt, præstat non admisisse: sin falsa, dissimulare: quũ multi hæc vindicantes, pluribus ac grauioribus de se sermonibus occasionem præbuerint. Hic igitur est meus sensus de obtrectationibus: ac cõuenit te omni altiorem esse iniuria, & neque ipsum id in animum tuum inducere, neque aliis eam opinionem subiicere, extare qui in te contumeliosus esse ausit: vt iam idem de te, quod de diis immortalibus iudicetur, esse te venerandum. Quòd si perniciem tibi machinatus fuisse

De insidiatoribus.

A πραγματείας τινὸς λήψονται. καὶ μέντοι καὶ
τἆλλα ὧδ' ἄν μοι δοκῇς ἄριστα διατάξαι,
ἂν πρῶτον μὲν τὰς πρεσβείας τάς τε παρὰ
τῶν πολεμίων καὶ τὰς παρὰ τῶν ἐνσπόνδων
καὶ βασιλέων καὶ δήμων ἀφικνουμένας ἐς τὸ
συνέδριον ἐσαγάγῃς (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ σε-
μνὸν καὶ ἀξιόλογόν ἐστι τό, τε τὴν βουλὴν
πάντων κυρίαν δοκεῖν εἶναι, καὶ τὸ πολλοὺς τοὺς
ἀντιπάλους τοῖς ἀγνωμονοῦσιν αὐτῶν φαίνεσθαι)
ἔπειτα δὲ ἅπαντα τὰ νομοθετούμενα δι' αὐ-
B τῶν ποιῇ, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν ἄλλο ἐπὶ
πάντας ὁμοίως φέρῃ, πλὴν τῶν ἐκείνης δο-
γμάτων. οὕτω γὰρ τό, τε ἀξίωμα τὸ τῆς ἀρ-
χῆς μᾶλλον ἂν βεβαιοῖτο, καὶ τὰ δικαιώματα 329
τὰ ἐκ τῶν νόμων καὶ ἀναμφίλογα καὶ διά-
δηλα πᾶσιν ἅμα γίγνοιντο. τρίτον, ἂν τούς τε
βουλευτὰς τοὺς ἐκ τῆς γερουσίας, καὶ τοὺς παῖ-
δας, τάς τε γυναῖκας αὐτῶν, ἄν ποτέ τινα αἰ-
τίαν βαρυτέραν, ὥστε ἢ ἀξίοντα σφᾶς ἀτι-
μίαν, ἢ φυγὴν, ἢ καὶ θάνατον ὀφείλειν, λάβω-
C σιν, ἐς τό τε βουλευτήριον ὑπάγῃς, μηδὲν
προκαταγνοὺς, καὶ ἐκείνῳ πᾶσαν τὴν περὶ
αὐτοῦ διαψήφισιν ἀκέραιον ἐπιτρέπῃς· ἵν' οἵ
τε ἀδικοῦντές τι, ἐν πᾶσι τοῖς ὁμοτίμοις ἐλεγ-
χόμενοι κολάζωνται χωρὶς τοῦ σοῦ φθόνου, καὶ
οἱ ἄλλοι, ταῦθ' ὁρῶντες, βελτίους γίγνωνται,
φόβῳ τοῦ μὴ καὶ αὐτοὶ ἐκδημοσιευθῆναι.
καὶ ταῦτα μέντοι περὶ ἐκείνων τῶν ἀδικημά-
των περὶ ὧν οἵ τε νόμοι κεῖνται, καὶ αἱ κρίσεις
αἱ κατ' αὐτοὺς γίγνονται, λέγω. τὸ γὰρ, ὅτι τις
D ἐλοιδόρησέ σε, ἢ καὶ ἕτερόν τι ἀνεπιτήδειον εἶ-
πε, μήτε ἀκούσῃς ποτὲ κατηγοροῦντός τινος,
μήτε ἐπεξέλθῃς. αἰσχρὸν μὲν γὰρ τὸ πιστεύειν
ὅτι τις μήτ' ἀδικοῦντά σε καὶ εὐεργετοῦντα
πάντας προεπηλάκισε. καὶ μόνοι τοῦτο ποι-
οῦσιν οἱ κακῶς ἄρχοντες· ἐκ γὰρ τοῦ συνει-
δότος καὶ τὸ πιστὸν τῶν λεγομένων εἰρῆσθαι
τεκμαίρονται. δεινὸν δὲ καὶ τὸ χαλεπαίνειν
ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἃ εἰ μὲν ἀληθῆ εἴη, κρεῖττόν
ἐστι μὴ ποιεῖν· εἰ δὲ ψευδῆ, μὴ προσποιεῖσθαι.
ὡς πολλοί γε ἤδη διὰ τούτου πολὺ πλείω καὶ
χαλεπώτερα λογοποιεῖσθαι καθ' ἑαυτῶν ἐ-
ποίησαν. περὶ μὲν οὖν τῶν λόγῳ τι προπηλακίζειν αἰτιαζομένων ταῦτ' ἐγὼ φρονῶ.
κρείττω τε γὰρ καὶ ὑψηλότερον πάσης ὕβρεως εἶναί σε χρὴ, καὶ μηδ' ἐς ἔννοιαν ποτὲ μήτε αὐ-
τὸν ἀφικνεῖσθαι, μήτε τοὺς ἄλλους προάγειν, ὅτι δύναταί τις ἀσελγᾶναί τι εἰς σέ· ἵν' ὡς
περὶ τῶν θεῶν, οὕτω καὶ περὶ σοῦ φρονῶσιν, ὅτι σεπτὸς εἶ. ἂν δὲ δή τις ἐπιβουλεύειν σοι αἰ-

τὴν δίκην λάβῃ (γένοιτο γὰρ ἄν τι καὶ τοιοῦτον) αὐτὸς μὲν μηδὲν περὶ ἐκείνου τι μήτε δικάσῃς, μήτε προδιαγνῷς (ἄτοπον γὰρ, τὸν αὐτὸν καὶ κατήγορον καὶ δικαστὴν γίγνεσθαι) ἐπὶ δὲ δὴ τὴν βουλὴν αὐτὸν ἀγαγὼν, ἀπολογήσασθαί τε ποίησον· κἂν ἐλεγχθῇ, κόλασον μετριάσας ὡς οἷόν τε ἐστὶ τὸ τιμώρημα, ἵνα καὶ πιστευθῇ τὸ ἀδίκημα. χαλεπώτατα γὰρ οἱ πολλοὶ πείθονται ὅτι τις ἄοπλος ὢν ἐπιβουλεύει τῷ ὡπλισμένῳ. καὶ μόνος ἂν οὕτως αὐτῶν τύχοις, εἰ μήτε πρὸς ὀργὴν, μήτ' ἀνηκέστως, ἐφ' ὅσον γε καὶ ἐνδέχεται, τὴν τιμωρίαν αὐτοῦ ποιοῖο. λέγω δὲ ταῦτα, χωρὶς ἢ εἴ τις στράτευμά τι ἔχων, ἄντικρυς ἐπαναστῇ. οὐδὲ γὰρ δικάζεσθαι ὁ τοιοῦτόν που προσήκει, ἀλλ' ἐν πολεμίου μοίρᾳ κολάζεσθαι.

Ταῦτά τε οὖν οὕτω καὶ τἆλλα τὰ πλεῖστα τὰ μέγιστα τῶν τοῦ δημοσίου προσηκόντων τῇ γερουσίᾳ ἀνατίθει. τά τε γὰρ κοινὰ κοινῶς διοικεῖσθαι δεῖ· καὶ ἔστι που πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμφυτον καὶ τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἂν παρὰ τοῦ κρείττονος, ὡς καὶ ἰσότιμοι αὐτοῦ ὄντες, ἀξιωθῶσι· καὶ τὰ πάντα τὰ μετὰ σφῶν τινι γνωσθέντα καὶ ἐπαινεῖν, ὡς οἰκεῖα, καὶ ἀγαπᾶν, ὡς αὐθαίρετα. ἐς μὲν οὖν τὸ βουλευτήριον τὰ τοιαῦτα ἐσφέρεσθαί φημι χρῆναι· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων πάντας ὁμοίως τοὺς παρόντας γνώμην διδόναι· ὅταν δὲ δὴ κατηγορῆταί τις αὐτῶν, μὴ πάντας, πλὴν ἄν τις ἢ μηδέπω βουλεύῃ, ἢ καὶ ἐν τοῖς τεταμιευκόσιν ἔτι ὢν κρίνηται. ἄτοπον γὰρ τὸν μηδέπω δεδημαρχηκότα, ἢ ἠγορανομηκότα, ψῆφον κατά τινος τῶν τοιούτων φέρειν, ἢ νὴ Δία τούτων τινὰ κατὰ τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ καὶ ἐκείνων, κατὰ τῶν ὑπατευκότων. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐπὶ πάντας τὴν τοῦ τι ἀποφήνασθαι ἐξουσίαν ἐχέτωσαν· οἱ δ' ἄλλοι ἐπί τε τοὺς ὁμοίους καὶ ἐπὶ τοὺς ὑποδεεστέρους.

Δίκαζε δὲ καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ τε πολιάρχου καὶ τοῦ ὑποτι-
330 μητοῦ, καὶ τῶν ἐπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος καὶ τοῦ νυκτοφυλακοῦντος, ἀφικνῆται. μήτε γὰρ αὐτοδίκης μήτ' αὐτοτελὴς οὕτω τις τὸ παράπαν ἔστω, ὥστε

A quiſpiam culpetur (quod ſanè fieri poteſt) eum tu ip ſe neque iudicabis, neque præiudicium contrà afferes (eſt enim abſurdum eundem & accuſatoris & iudicis partibus fungi) ſed in ſenatum adductum, cauſam dicere iube, ac, ſi conuincatur, quàm fieri poteſt moderatiſſimo ſupplicio plecte, vt fides crimini fiat. Nam plerique difficulter omnino adducuntur vt credant ab inermi inſi-
B dias armato ſtructas: quod hac ſolùm ratione conſequeris, ſi neque ex ira neq; extremo ſupplicio (quantū quidem eius fieri licet) in huiuſmodi reos animaduertas. Hîc tamen eos excluſos velim qui quum exercitum obtineant, palam contra te inſurgunt: neque enim hi in iudicium pertrahendi, ſed hoſtium exēplo puniendi ſunt. In ſeditioſos.

Proinde hæc, & pleraſque alias res maximè ad rempublicam ſpectantes, ſenatus poteſtati permittes. nam & rempublicam communi
C conſilio adminiſtrari par eſt, & natura ſuapte homines gaudēt iis quæ tanquam conditione æquales à maiori adipiſcuntur, omniáque quæ is cum ipſorum conſilio decernit, tanquam propria laudant, ac tanquam vltro à ſeipſis ſtatuta diligunt. De his itaque ad ſenatum referre te iubeo, omnéſque ſenatores ex æquo de pleriſque rebus ſententiam ferre: ſed vbi quis ſenator reus agitur, non omnes, niſi reus, aut ſenator nondum ſit factus, aut quæſtorius adhuc
D ſit. Eſt enim à ratione alienum, eum qui nondum tribunuſplebis, aut ædilis fuerit, de eo qui hos magiſtratus obierit, ſuffragium dicere, aut hos de prætoriis, vel rurſum hos de cōſularibus: verùm conſularibus liceat de omnibus ſuam ſententiam ferre, reliquis de æqualibus, aut minoribus. In damnando quomodo ſententiæ ferēdæ.

Ipſe autem ſeorſim de cauſis in quibus prouocatione certatur, iudi-
E cium facies, quæ à maioribus magiſtratibus, tutoribus, præfecto vrbis, ſubcenſore, præſidibus prouinciarum, annonæ procuratore, & nocturnæ cuſtodiæ magiſtro ad te referuntur. nemo enim ita merum imperium obtinere debet Prouocationes.

vt non ab eo prouocari poſſit. Di his igitur cauſis, & equitum, centurionúmque, priuatorúmque primariorum cognoſces, vbi de capite aut ignominia erit controuerſia: nam hæc ad te ſolum debent referri: ac nemo, ob eas quas dixi cauſas, ali⁹ iudicare de iis debet. Adhibere autem vnoquoque tempore ad ea iudicia potes præſtantiſſimos quoſque patricii equeſtriſque ordinis viros, alióſque ex conſularibus & prætoriis, alios alio tempore, vt & tu prius moribus eorũ hac ratione certius perſpectis, rectè vti eis poſſis: & illi conſuetudine habita tuorum morum ac cõſiliorum, ita demum in prouincias exeant. Hos in cauſis grauioribus ſententias non apertè rogabis, ne neceſſariis ſuis fauentes, non liberè quid ſentiant pronuntient: ſed in tabella eas ſcriptas, ad te ſolum, ne cui alii innoteſcãt, perferri, ac deleri ſtatim lectas iube. Sic enim vniuſcuiuſque ſentẽtiam certiſſimè cognoſces, ſi eam illi à nemine alio cognitum iri perſuaſum habeant. Præterea ad iudicia, ad literas, ad vrbium decreta, ad priuatorum hominum poſtulata, ad aliáque omnia quæ adminiſtrationi imperii competunt, adiutores adminiſtróſque ex equitibus quoſdam habebis: ſic & facilius ſingula peragentur, & neque tu per errorem falleris, neque ſolus omnia conficiens fatigaberis. Liberam dandi tibi ex animi ſui ſententia conſilii omnibus poteſtatem facies, propoſita ſecuritate: nam & ſi cuius tibi ſermo probabitur, multum inde vtilitatis ad te, & ſi non placebit, nihil incommodi redibit. quorum conſilium ſequendum exiſtimabis, eos collauda, ac honora: (nam illorum inuentis gloriam tibi paries) quorum verò reiicies, nequaquam eos aut ignominia afficies, aut culpabis, quum ad eorum tibi voluntatem, non ſucceſſum eius, ſit reſpiciẽdum. Quod idẽ in re bellica etiã tibi obſeruandũ eſt, ne vel fortuito alicuius infortunio ſuccẽſeas, neq; re bene geſta inuideas: ita libentes

Quomodo conſiliariis, & bellorum legatis vtendum.

Libertas.

Legatorũ in bello opera.

A μὴ οὐκ ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκην γίγνεσθαι. ταῦτά τε οὖν κρῖνε, καὶ περὶ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἑκατοντάρχων τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τῶν πρώτων, ὅταν περὶ θανατώσεως ἢ καὶ ἀτιμίας τινὸς ἀγωνίζωνται. σοὶ γὰρ δὴ τὰ τοιαῦτα μόνῳ προσκείσθω, καὶ μηδεὶς ἄλλος περὶ αὐτῶν αὐτὸς καθ' ἑαυτόν, δι' ἅπερ εἶπον, δικαζέτω. μετὰ γὰρ δὴ σοῦ ἀεὶ μὲν οἱ ἐντιμότατοι καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἤδη δὲ καὶ ἕτεροι τινὲς ἔκ τε τῶν ὑπα- B τευκότων καὶ ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων ἄλλοι ἄλλοτε διαγινωσκέτωσαν· ἵνα σύ τε τοὺς τρόπους αὐτῶν ἀκριβέστερον ἐν τούτῳ προκαταμανθάνων, ὀρθῶς σφίσιν ἔχῃς χρῆσθαι, καὶ ἐκεῖνοι προσυγγιγνόμενοι τοῖς τε ἤθεσι καὶ τοῖς βουλεύμασί σου, οὕτως ἐς τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονείας ἐξίωσι. τὰς μέντοι γνώμας αὐτῶν μὴ φανερῶς, ὅσαι γε καὶ ἐπισκέψεως ἀκριβεστέρας δέονται, διαπυνθάνου (ἵνα μὴ τοῖς C προσήκουσι σφῶν ἐφεπόμενοι, κατοκνῶσι παρρησιάζεσθαι) ἀλλ' ἐς γραμματεῖα γραφομένας· οἷς αὐτὸς μόνος ἐντυχών, ὑπὲρ τοῦ μηδενὶ ἄλλῳ ἐκδήλους αὐτὰς γίγνεσθαι, εὐθέως αὐτὰς ἀπαλείφεσθαι κέλευε. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὴν ἑκάστου γνώμην διακριβώσειας, εἰ ἀνέλεγκτον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἄλλοις πιστεύσειαν ἔσεσθαι. καὶ μέντοι καὶ πρὸς τὰς δίκας τάς τε ἐπιστολὰς καὶ τὰ ψη- D φίσματα τῶν πόλεων, τάς τε τῶν ἰδιωτῶν ἀξιώσεις, καὶ ὅσα ἄλλα τῇ τῆς ἀρχῆς διοικήσει προσήκει, συνεργούς τέ τινας καὶ ὑπηρέτας ἐκ τῶν ἱππέων ἔχε. ῥᾷόν τε γὰρ οὕτως ὡς ἕκαστα διαχωρήσει, καὶ σὺ οὔτ' ἀγνωμονῶν σφαλήσῃ, οὔτ' αὐτουργῶν ἐκκαμῇ. τήν τε παρρησίαν παντὶ τῷ βουλομένῳ καὶ ὁτιοῦν συμβουλεῦσαί σοι, μετ' ἀδείας νέμε. ἄν τε γὰρ ἀρεσθῇς τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ, πολλὰ ὠφελήσῃ· ἄν τε καὶ μὴ πεισθῇς, οὐδὲν βλα- E βήσῃ. καὶ τοὺς μὲν τυχόντας τῆς γνώμης, καὶ ἐπαίνει καὶ τίμα· (τοῖς γὰρ ἐκείνων ἐξευρήμασιν αὐτὸς εὐδοκιμήσεις) τοὺς δ' ἁμαρτόντας μήτ' ἀτιμάσῃς ποτέ, μήτ' αἰτιάσῃ. τὴν γὰρ διάνοιαν αὐτῶν δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' οὐ τὴν οὐκ ἐπιτυχίαν μέμφεσθαι. ὃ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πολεμικῶν φύλαττε· καὶ μήτε ἐπὶ δυστυχίᾳ ἀκουσίῳ χαλεπήνῃς τινί, μήτε ἐπ' εὐτυχίᾳ φθονήσῃς· ἵνα καὶ προθύμως καὶ

ἡδέως πάντες ὑπὲρ σοῦ κινδυνεύσωσι· πι-
στεύοντες ὅτι οὔτε πταίσαντές τι κολασθήσον-
ται, οὔτε κατορθώσαντες ἐπιβουλευθήσον-
ται. πολλοὶ γοῦν τῶν παρὰ τῶν τὸ κράτος ἐ-
χόντων φθόνον φοβούμενοι, σφαλῆναί τι
μᾶλλον ἢ κατορθῶσαι προείλοντο. κἀκ
τούτου τὸ μὲν ἀσφαλὲς αὐτοὶ ἔσχον, τὸ δὲ δὴ
ζημίωμα ἐκείνοις προσετρέψαντο. ὥστε αὐ-
τὸς τὸ πλεῖον ἀπ' ἀμφοτέρων, καὶ τῶν χειρό-
νων καὶ τῶν ἀμεινόνων, ἀπολαύσων, μηδέποτε
θελήσῃς, λόγῳ μὲν, ἄλλοις, ἔργῳ δὲ, σαυτῷ
φθονῆσαι.

Πάνθ' ὅσα τοὺς ἀρχομένους καὶ φρονεῖν
καὶ πράττειν βούλει, καὶ λέγε καὶ ποίει. οὕτω
γὰρ ἂν μᾶλλον παιδεύσειας αὐτοὺς, ἢ ταῖς ἐκ
τῶν νόμων ἀνάγκαις δειματώσειας. τὸ μὲν γὰρ
ζῆλον, τὸ δὲ φόβον ἔχει. καὶ ῥᾷον τις μιμεῖται τὰ
κρείττω, ὁρῶν ἔργα γιγνόμενα, ἢ φυλάττεται
τὰ χείρω, ἀκούων λόγῳ κεκωλυμένα. καὶ
αὐτὸς μὲν ἀκριβῶς πάντα πράττε, μηδε-
μίαν συγγνώμην ἑαυτῷ νέμων, ὥστε καὶ εὖ
εἰδὼς ὅτι παραχρῆμα πάντες καὶ ὅσα ἂν
εἴπῃς καὶ ὅσα ἂν ποιήσῃς, μαθήσονται. καθά-
περ γὰρ ἐν τινὶ τῆς ὅλης οἰκουμένης θεάτρῳ
ζήσῃ· καὶ οὐχ οἷόν τε σοί ἔσται οὐδὲ βραχύτα-
τον ἁμαρτόντι διαλαθεῖν. οὔτε γὰρ καταμό-
νας ποτὲ, ἀλλὰ καὶ μετὰ συχνῶν ἀεί τι πρά-
331 ξεις. καὶ πολυπραγμονοῦσί πως τὰ ὑπὸ
τῶν ἀρχόντων γιγνόμενα καὶ οἱ λοιποὶ πάντες
ἥδιστα· ὥστ' ἂν ἅπαξ καταμάθωσί σε ἄλ-
λα μὲν αὐτοῖς παραγγέλλοντα, ἄλλα δὲ αὐ-
τὸν ποιοῦντα, οὐ τὰς ἀπειλάς σου φοβηθήσον-
ται, ἀλλὰ τὰ ἔργα μιμήσονται. τὸν δὲ δὴ
τῶν ἄλλων βίον ἐπισκόπει μὲν, μὴ μέντοι καὶ
χαλεπῶς ἐξέταζε· ἀλλ' ὅσα μὲν ἂν ὑφ' ἑτέ-
ρων τινῶν ἐσάγηται, κρῖνε· ὅσα δ' ἂν ὑπὸ
μηδενὸς αἰτιάζηται, μηδὲ προσποιοῦ εἰδέ-
ναι, ἔξω τῶν εἰς τὸ δημόσιον πλημμελου-
μένων. ταῦτα μὲν γὰρ τῆς προσηκούσης ἐπι-
στροφῆς, κἂν μηδεὶς ἐγκαλῇ, τυγχάνειν ὀφεί-
λει. τὰ δὲ ἄλλα τὰ ἰδιωτικὰ ἴσθι μὲν (ἵνα μὴ
καὶ σφαλῇς ποτε ἀνεπιτηδείῳ τινὶ ὑπηρέ-
τῃ πρός τι χρησάμενος) μὴ μέντοι καὶ ἐξέ-
λεγχε. πολλὰ γὰρ ἡ φύσις καὶ παρὰ τὸν νόμον
πολλοὺς ἁμαρτάνειν ἐξάγει. οἷς ἂν μὲν ἀκρι-
βῶς τις ἐπεξίῃ, ἢ τινὰ, ἢ οὐδένα ἂν αὐτῶν

A alacrésque pro te omnes pericula
suscipient, quum neque infeliciter
re gesta supplicium, neque, prosperè,
insidias sibi timendas persuasum ha
beant. Nam multi, quum eorum
penes quos summa esset imperii
metuerent inuidiam, cladem acci-
pere quàm victoria potiri malue-
runt, eóque sese tutos præstiterunt,
damno illis iniuncto. Quare tu, ad
quem vtriusque euentus vel com-
moda vel incommoda maxima sui
parte referentur, nequaquam de-
B bes, verbo quidem aliis, re autem, i-
psi tibi inuidere.

Ea autem dices ac ages quæ
sentire ac facere præfectos tuos ve-
lis: id enim facilius eos officium
suum docebit, quàm metus legum:
quum alterum imitatione constet,
alterum timore: ac faciliùs me-
liora imitentur homines quum ea
in reipsa conspiciant, quàm peiora
vitent, verbis ea prohibita audien-
tes. Ipse igitur omnia summa cum
diligentia ages, nihil tibi ipsi igno-
C scens: sed certum hoc habens, o-
mnia tua & dicta & facta statim o-
mnibus nota futura. Viues enim
veluti in quodam orbis terrarum
theatro, nec fieri potest vt vel mini-
mum tuum peccatum lateat: nihil
enim sine arbitris, sed semper in
magna hominum multitudine a-
ges: & perscrutari acta principum o-
mnes homines libentissimè solent.
Qui si semel compererint te alia aliis
præcipere, alia ipsum agere, non
iam minas tuas metuent, sed facta
D imitabuntur. Aliorum vita inspi-
cienda quidem tibi, non tamen gra
uiter inquirendum: sed quæ ab aliis
accusantur crimina, de iis iudican-
dum: reliqua accusatore carentia tu
quoque dissimula, nisi quid in rem-
publicam sit delictum: de his enim
exigenda est merita pœna, etiamsi
nemo deferat. Priuata autem cæte-
ra, cognoscenda quidem sunt (ne
erres aliquando huiusmodi inepto
homine ad functionem aliquam
adhibito) non tamen coarguenda.
E Nam natura multos homines cò
rapit, vt contra leges delinquant:
quæ si quis omnia accuratè delicta
persequi velit, aut neminem, aut

Quomodo aliorum vitia & virtutes rectè tractentur.

perpaucos impunitos relinquat: sin humaniter æquitatem iuri misceat, fortassis eos emendet. Lex enim quanquam necessariò pœnas graues statuit, tamen naturam coercere non semper potest. cæterùm homines quidam quũ occulta esse sua peccata putant, aut saltem mediocriter verbis castigantur, vitam emendant: partim quòd metuunt ne manifesti delictorum fiant, partim denuo peccare veriti: iidem palam factis vitiis suis pudore proiecto, aut immodicè puniti, omnia iura confundunt ac conculcant, solísque naturæ impetibus seruiunt. Quamobrem neque facile est omnes peccantes punire, neque decorum eos qui apertè libidine mala feruntur, negligere. Habes rationem peccata hominum, nisi extrema omnino sint, tractandi. At egregia eorum facta etiam maiori quàm mereantur honore sunt ornanda. Ita enim potissimùm efficies humanitate tua vt à deterioribus abstineant: & munificentia, vt meliora sequantur. Neque enim timendum est ne te aliquando pecuniæ, aliáve, quibus compenses virtutem tuorum, deficiant. nam te in tot terras ac maria imperium habente, citiùs arbitror defuturos qui donis tuis digni sint. neque id verendum ne qui à te ornati, ingratos se exhibeant, quum nulla alia res perinde hominis ingenium subigat ac conciliet, quàm si is non modò nulla iniuria, sed etiam beneficio afficiatur.

AEquitas.

Eum te aliis vt præbeas consulo. Iam quod ad teipsum attinet, nihil insolens aut superbum admittere debes, tibi vel ab aliis vel à senatu verbis aut re oblatum. Vt enim alios honores à te dati ornant, ita tibi maius his quæ habes dari nihil potest: sed quidquid datur, multam fuci suspicionem secum fert. nemo enim est qui sponte sua aliquid tale ei qui summam rerum obtinet, decernere videatur: quæ verò sibiipsi quispiam tribuit, neque laudari solent, & risu excipiuntur. Ideo splendorem tu tibi præclaris

Immodici honores non admittendi.

A ἀτιμώρητον καταλίποι· ἂν δ᾽ ἀνθρωπίνως τὸ ἐπιεικὲς τῷ νενομισμένῳ παραμιγνύῃ, τάχ᾽ ἂν καὶ σωφρονίσειεν αὐτούς. ὁ μὲν γὰρ νόμος, καίτοι ἰσχυρὰ τὰ κολάσματα ἀναγκαίως ποιούμενος, οὐ δύναται τῆς φύσεως ἀεὶ κρατεῖν· τῶν δ᾽ ἀνθρώπων τινές, λανθάνειν μὲν δόξαντες, ἢ καὶ μετρίως πως νουθετηθέντες, ἀμείνους γίγνονται (οἱ μέν, αἰσχυνόμενοι ἐλεγχθῆναι, οἱ δέ, αἰδούμενοι πάλιν σφαλῆναι) φανερωθέντες δὲ καὶ ἀπερυθριάσαντες, ἢ καὶ B πέρα τοῦ μετρίου κολασθέντες, τά τε νενομισμένα πάντα συγχέουσι καὶ καταπατοῦσι, καὶ μόναις ταῖς τῆς φύσεως ὁρμαῖς δουλεύουσι. κἀκ τούτου οὔτε τὸ πάντας αὐτοὺς κολάζειν ῥᾴδιον, οὔτε τὸ περιορᾶν φανερῶς τινας ἀσελγαίνοντας, εὐπρεπὲς γίγνεται. τὰ μὲν δὴ οὖν ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων τοῦτόν σοι τὸν τρόπον, πλὴν τῶν πάνυ ἀνηκέστων, μεταχειρίζεσθαι παραινῶ. τὰ δ᾽ ὀρθῶς ὑπ᾽ αὐτῶν γιγνόμενα, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τῶν C ἔργων τιμᾶν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ποιήσειας αὐτούς τε τῶν χειρόνων ἀπέχεσθαι, τῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τῶν βελτιόνων ἐφίεσθαι, τῇ μεγαλοδωρεᾷ. μὴ γάρ τοι καταδείσῃς μήθ᾽ ὅτι ἐπιλείψει σέ ποτε ἢ χρήματα, ἢ τἆλλα, οἷς τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἀμείψῃ· (πολὺ γὰρ μᾶλλον ἔγωγε ἐλάττους αὐτῶν τοὺς εὖ τι παθεῖν ἀξίους οἶμαι γενήσεσθαι, τοσαύτης σοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντος) μήθ᾽ ὅτι τινὲς εὐεργετηθέντες, ἀχαρίστως τι πράξουσιν. D οὐδὲν γὰρ οὕτω καὶ δουλοῖ καὶ οἰκειοῦταί τινα, κἂν ἀλλότριος, κἂν ἐχθρὸς ὢν τύχῃ, ὡς τὸ μήτ᾽ ἀδικεῖσθαι, καὶ προσέτι καὶ εὖ πάσχειν.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἄλλους οὕτω σοι προσφέρεσθαι γνώμην δίδωμι· σαυτῷ δὲ δὴ μήτε ἐξαλλόν τι, μήθ᾽ ὑπερήφανον, μήτε παρὰ τῶν ἄλλων, μήτε παρὰ τῶν τῆς βουλῆς ἢ ἔργῳ ἢ καὶ λόγῳ δοθὲν περιίδῃς. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις κόσμον ἡ παρὰ σοῦ τιμὴ φέ- E ρει, σοὶ δ᾽ αὐτῷ μεῖζον μὲν τῶν ὑπαρχόντων οὐδὲν ἂν δοθείη, ὑποψία δ᾽ ἂν κιβδηλίας πολλὴ προσγένοιτο. καὶ γάρ τοι τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν τοιοῦτόν τι τῷ κρατοῦντι ψηφίζεσθαι δοκεῖ, πάντα δ᾽ ἤδη τις αὐτὰ αὐτὸς παρ᾽ ἑαυτοῦ λαμβάνων, οὐχ ὅσον οὐκ ἐπαινεῖται, ἀλλὰ καὶ γέλωτα προσοφλισκάνει. τήν τε οὖν ἄλλην λαμπρότητα ἑαυτῷ διὰ τῶν ἀγαθῶν

» ἔργων παρασκεύαζε. καὶ εἰκόνας σου χρυσᾶς μὲν
» ἢ ἀργυρᾶς μηδέποτε ἐπιτρέψῃς γίγνεσθαι·
» (οὐ γὰρ μόνον δαπανηραί, ἀλλὰ καὶ ἐπιβού-
» λευτοι καὶ ὀλιγοχρόνιοι εἰσίν) ἄλλας δ' ἐν αὐ-
» ταῖς ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς καὶ ἀκηρά-
» τοις καὶ ἀθανάτοις ἐξ εὐεργεσιῶν δημιούργει.
» μὴ μέντοι μηδὲ ναόν ποτε περιίδῃς σαυτῷ
» γιγνόμενον. μάτην γὰρ παμπληθῆ χρήματα
» ἐς τὰ τοιαῦτα ἀναλίσκεται, ἃ χρεῖον ἐστὶν ἐς
» τὰ ἀναγκαῖα δαπανᾶσθαι. (πλοῦτος γὰρ ἀ-
» κριβὴς οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς
» ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν, ἀθροίζεται) καὶ
» ἐς εὔκλειαν οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν προσγίγνεται.
332 » ἀρετὴ μὲν γὰρ ἰσοθέους πολλοὺς ποιεῖ, χειροτο-
» νητὸς δ' οὐδεὶς πώποτε θεὸς ἐγένετο. ὥστε
» σοί τε ἀγαθῷ μὲν ὄντι, καὶ καλῶς ἄρχοντι
» πᾶσα μὲν γῆ τεμένισμα ἔσται, πᾶσαι δὲ πό-
» λεις ναοί, πάντες δ' οἱ ἄνθρωποι ἀγάλμα-
» τα· ἐν γὰρ ταῖς γνώμαις αὐτῶν ἀεὶ μετ' εὐδο-
» ξίας ἐνιδρυθήσῃ· τοὺς δ' ἄλλως πως τὰ
» κράτη διέποντας οὐ μόνον οὐ σεμνύνει τὰ τοιαῦ-
» τα, κἂν ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἐξαιρεθῇ,
» ἀλλὰ καὶ προσδιαβάλλει, τρόπαιά τε τινὰ
» τῆς κακίας αὐτῶν καὶ μνημεῖα τῆς ἀδικίας
» γιγνόμενα. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλεῖον ἀνταρκέσῃ,
» τοσούτῳ μᾶλλον καὶ ἡ κακοδοξία αὐτῶν δια-
» μένει.

» Ὥστ' εἴπερ ἀθάνατος ὄντως ἐπιθυμεῖς
» γενέσθαι, ταῦτά τε οὕτω πρᾶττε, καὶ προσ-
» έτι τὸ μὲν θεῖον πάντη πάντως αὐτός τε σέ-
» βου, κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾶν
» ἀνάγκαζε· τοὺς δὲ δὴ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ
» καὶ μίσει καὶ κόλαζε, μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα,
» ὧν καταφρονήσας οὐδ' ἄλλου ἄν τινος προ-
» τιμήσειεν, ἀλλ' ὅτι καινά τινα δαιμόνια οἱ τοι-
» οῦτοι ἀντεισφέροντες, πολλοὺς ἀναπείθουσιν
» ἀλλοτριονομεῖν. κἀκ τούτου καὶ συνωμοσίαι
» καὶ συστάσεις ἑταιρεῖαί τε γίγνονται, ἅπερ ἥκιστα
» μοναρχίᾳ συμφέρει. μήτ' οὖν ἀθέῳ τινί,
» μήτε γόητι συγχωρήσῃς εἶναι. μαντικὴ μὲν γὰρ
» ἀναγκαία ἐστί, καὶ πάντως τινὰς καὶ ἱερόπτας
» καὶ οἰωνιστὰς ἀπόδειξον· οἷς οἱ βουλόμενοί τι κοι-
» νώσασθαι, συνέσονται. τοὺς δὲ δὴ μαγευτὰς
» πάνυ οὐκ εἶναι προσήκει. πολλοὺς γὰρ πολλά-
» κις οἱ τοιοῦτοι τὰ μέν τινα, ἀληθῆ, τὰ δὲ δὴ

A facinoribus para: statuas tibi neque aureas neque argenteas fieri vnquã sine. nam non modò magnis sumptibus eæ cõstant, sed insidiis etiam opportunæ, ac parum diuturnæ, sunt: benefaciendo autem alias tibi statuas in animis hominum, nulli interitui obnoxias, effice. Templum quoque nullum tibi patere ædificari. Quippe in huiusmodi res incassum multæ pecuniæ insumuntur, quas necessariis rebus impendere B præstat. Etenim diuitiæ magnę non tam, multa accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo, colliguntur: & id genus res nullam gloriam adferunt. At virtus multos diis æquat: nemo autem vnquam mortalium suffragiis deus effectus est. Ita tibi si bonus fueris, ac rectè imperaueris, vniuersa terra templum erit, pro delubris omnes vrbes, omnes homines pro statuis: quorum in animis semper cum gloria insidebis: C qui verò imperium summum malè gerunt, eos ista ornamenta, quanquam in omnibus vrbibus posita, tantùm abest vt decorent, vt etiam reprehensionibus eos hominum exponant, quum sint trophæa quædam malitiæ eorum, ac iniustitiæ monimenta: quæ quo diutius perdurauerint, eo longius quoque infamia istorum permanet.

Parsimonia.

Itaque si reuera immortalis fieri cupis, ita vt dixi agendum tibi est. D Deos quoque semper & vbique ita cole vt moribus patriæ est receptũ, ad eundémque cultum alios compelle: peregrinarum verò religionũ autores odio & suppliciis prosequere: non modò deûm gratia, quos qui contemnit, haud dubiè nihil quoque aliud magni faciet, sed propterea etiam quòd qui noua numina introducunt, multos ad peregrinis legibus vtendum pelliciunt: inde coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minimè vnius principatui commodæ res. Itaque E neque deorum contemptorem, neque præstigiatorẽ vllum tolerabis. Nam diuinatio quidem necessaria est, ideóque omnino aruspices & augures tibi sunt constituendi, quos consulere possint qui volunt: magi verò omnino ferendi nõ sunt, qui quum sæpenumero vera etiã dicãt, tamen

Pietas.

Magica.

frequentius mentiendo hominibus nouarum rerum tentandarum causam præbent. Quod idem philosophiam quoque profitentes haud pauci faciunt: quos ipsos quoque cauere te iubeo. Neque enim quia Areum & Athenodorum bonos ac honestos viros expertus es, omnes alios idem studium præ se ferentes similes eorum iudicare debes, quum hac specie vsi multi infinita mala populis priuatisque hominibus adferant.

Philosophi falsi.

Animo quidem te quammaxime pacis studioso, nihilque præter ea quæ possides appetente, esse decet, interim tamen ad bellicam rem paratissimum, vt neque velit quidem, neque ausit quisquam te lædere: aut si omnino id conetur, facilè & extemplo plecti possit. Ac quandoquidem ob hanc & alias causas habere te oportet auscultatores ac exploratores, quorum opera omnes tui imperii res cognoscas, ne quid custodia aut emendatione indigens te fallere possit: memento non omnia statim quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentem considerationem adhibendam esse. permulti enim eorum, vel odio aliorum, vel eorum bona sibi petentes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam ab aliis ac non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicuius facti vel dicti improbi eos onerant: ideo non facilè iis animus est aduertendus, sed omnia accuratè indaganda. Quòd si enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno: festinando autem fieri potest vt peccatum aliquod irreparabile admittas.

Auscultatoribus quatenus credendum.

Ad hæc libertorum te tuorum ac familiarium optimum quenque in honore habere oportet, quia id & decus tibi magnum & securitatem afferet: nulli tamen nimia est indulgenda potentia, sed ita moderandum omnibus, vt ne in quam te reprehensionem coniiciant. Nam quæcunque vel rectè vel secus egerint, omnia tibi imputabuntur: talémque te omnes iudicabunt qualia eos facta exercere permiseris. Ergo potentibus omnibus iniuria alios afficiendi, calumniandíque fa-

Quomodo tractandi familiares.

Potentes.

A πλείω, ψευδῆ λέγοντες, νεοχμοῦν ἐπαίρουσι. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων οὐκ ὀλίγοι ποιοῦσι. διὸ καὶ ἐκείνους φυλάσσεσθαί σε παραινῶ. μὴ γὰρ ὅτι καὶ Ἀρείου καὶ Ἀθηνοδώρου καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν πεπείρασαι, πίστευε καὶ τοῖς ἄλλοις πάντας τοὺς φιλοσοφεῖν λέγοντας ὁμοίους αὐτοῖς εἶναι. μυρία γὰρ κακὰ καὶ δήμους καὶ ἰδιώτας τὸ πρόσχημα τοῦτο προβαλλόμενοί τινες δρῶσι.

B Τῇ μὲν οὖν γνώμῃ, καὶ τὸ μηδὲν πλείονος τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμεῖν, εἰρηνικώτατον εἶναί σε χρή, ταῖς δὲ παρασκευαῖς πολεμικώτατον, ὅπως μάλιστα μὲν μήτε ἐθελήσῃ μήτε ἐπιχειρήσῃ τις ἀδικῆσαί σε, εἰ δὲ μή, ῥᾳδίως καὶ παραχρῆμα κολασθῇ. καὶ ἐπειδή γε ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ διὰ ταῦτα καὶ διὰ τἆλλα καὶ ὠτακουστεῖν τινὰς καὶ διοπτεύειν πάντα τὰ τῇ ἡγεμονείᾳ σου προσήκοντα, ἵνα μηδὲν τῶν φυλακῆς τινὸς καὶ ἐπανορθώσεως δεομένων ἀγνοῇς, μέμνησο ὅτι οὐ χρὴ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς C λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτῶν πιστεύειν, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς αὐτὰ διασκοπεῖν. συχνοὶ γάρ, οἱ μέν, μισοῦντές τινας, οἱ δέ, ἐπιθυμοῦντες ὧν ἔχουσιν, ἄλλοι χαριζόμενοί τισιν, ἄλλοι χρήματα αἰτήσαντές τινας, καὶ μὴ λαβόντες, ἐπηρεάζουσιν αὐτοὺς ὡς νεωτερίζοντας, ἢ καὶ ἄλλο τι ἀνεπιτήδειον κατὰ τοῦ αὐταρχοῦντος ἢ φρονοῦντας ἢ λέγοντας. οὔκουν εὐθὺς οὐδὲ ῥᾳδίως προσέχειν αὐτοῖς δεῖ, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντα διελέγχειν. βραδύνας μὲν γὰρ ἐν τῷ πιστεῦσαί τινα, D οὐδὲν μέγα ἀδικηθήσῃ· σπεύσας δέ, τάχ᾽ ἄν τι καὶ ἐξαμάρτοις ὃ μὴ δυνηθήσῃ ἂν ἀκέσασθαι. τιμᾶν μὲν οὖν σε τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνόντων σοι καὶ δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι. καὶ γὰρ κόσμον καὶ ἀσφάλειαν σοὶ μεγάλην τοῦτο οἴσει. μὴ μέντοι καὶ ὑπερέχειν τι ἰσχυέτωσαν, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς πάντες σωφρονείτωσαν, ὥστε σε μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν διαβληθῆναι· πάντα γὰρ ὅσα ἂν ἢ καλῶς, ἢ κακῶς πράξωσι, σοὶ προσ- E τεθήσεται· καὶ τοιοῦτος αὐτὸς ὑφ᾽ ἁπάντων νομισθήσῃ, ὁποῖα ἂν ἐκείνοις ποιεῖν ἐπιτρέποις. τοὺς μὲν δὴ οὖν δυνατοὺς μὴ πλεονεκτεῖν τινά, μήτ᾽ αὖ συκοφαντεῖσθαι ἔα· μηδὲ ἔξω

τινὶ αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο ἔγκλημα, ὅτι δύνανται, κἂν μηδὲν ἁμαρτάνωσι. τοῖς δὲ δὴ πολλοῖς ἀ- 333 μύνειν μὲν ἰσχυρῶς ἀδικουμένοις, μὴ προσέχειν δὲ ῥᾳδίως αἰτιωμένοις· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἔργα καθ' ἑαυτὰ ἐξέταζε, μήτε ἐς τὸ προέχον πᾶν ὑποπτεύων, μήτε τῷ καταδεεστέρῳ πάντη πιστεύων. καὶ τοὺς μὲν ἐργαζομένους, χρήσιμόν τέ τι τεχνωμένους τίμα· τοὺς δ' ἀργοῦντας, ἢ καὶ φαῦλόν τι πραγματευομένους μίσει· ἵνα τὴν μὲν διὰ τὰς ὠφελείας ὀριγνώμενοι, τὴν δὲ διὰ τὰς ζημίας ἀπεχόμενοι, πρός τε τὰ οἰκεῖα ἀμείνους καὶ πρὸς τὰ κοινὰ συμφορώτεροί σοι γίγνωνται. καλὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ τὸ τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀμφισβητήματα ὡς ἐλάχιστα ποιοῦντα, τὰς διαλύσεις αὐτῶν ὡς τάχιστα καθιστάναι· κάλλιστον δὲ τὸ τὰς τῶν δήμων ὁρμὰς κωλύειν, κἂν ἐπευχόμενοί τινα τῇ τε ἀρχῇ καὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ τε τύχῃ, ἐκβιάζεσθαί τινας ἢ πρᾶξαί τι ἢ ἀναλῶσαι παρὰ δύναμιν ἐπιχειρῶσι, μὴ ἐπιτρέπειν. τάς τε ἔχθρας αὐτῶν καὶ τὰς φιλοτιμίας τὰς πρὸς ἀλλήλους παντάπασιν ἐκκόπτειν, καὶ μήτε ἐπωνυμίας τινὰς κενάς, μήτ' ἄλλο τι ἐξ οὗ διενεχθήσονταί τισιν, ἐφιέναι σφίσι ποιεῖσθαι. ῥᾳδίως δέ σοι πάντες καὶ ἐς ταῦτα καὶ ἐς τἆλλα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πειθαρχήσουσιν, ἂν μηδὲν παρὰ ταῦτα μηδέποτε συγχωρήσῃς τινί. ἡ γὰρ ἀνωμαλία καὶ τὰ καλῶς πεπηγότα διαλύει. καὶ διὰ τοῦτ' οὐδὲ αἰτεῖν τι ἀρχὴν ὅ γε μὴ δώσῃς, ἐπιτρέπειν σφίσιν ὀφείλεις· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο πειρῶ ἰσχυρῶς φυλάττειν σφᾶς ἀναγκάζειν, τὸ μηδὲν ἀξιοῦν τῶν κεκωλυμένων. ταῦτα μὲν περὶ ἐκείνων λέγω.

Καθ' ἁπάντων δέ σοι συμβουλεύω μήτ' ἀποχρήσασθαί ποτε τῇ ἐξουσίᾳ, μήτ' οἰηθῆναι μείωσίν τινα αὐτῆς εἶναι, ἂν μὴ πάντα ἁπαξαπλῶς ὅσα δύνασαι καὶ ποιήσῃς· ἀλλ' ὅσῳ μᾶλλον πάνθ' ὅσα ἂν βουληθῇς καὶ δυνήσῃ πρᾶξαι, τόσῳ μᾶλλον προθυμοῦ πάνθ' ὅσα προσήκει βούλεσθαι. καὶ ἀεί γε αὐτὸς παρὰ σαυτῷ ἐξέταζε εἴγε ὀρθῶς τι ποιεῖς, εἴτε καὶ μή· τί τε πράττοντά σε φιλήσουσί τινες, καὶ τί μή, ἵνα τὰ μὲν ποιῇς αὐτῶν, τὰ δὲ ἐκκλίνῃς. μὴ γὰρ δὴ ἡγήσῃ δεόντως τι παρὰ τοῦτο πράττειν δόξειν, ἂν μηδενὸς αἰτιωμένου σε ἀκούσῃς· μηδ' ἀναμείνῃς οὕτω

A cultatem adimes, vt si nihil etiam delinquant, tamen ne posse quidem id, culpari queant. Inferioris sortis hominibus iniuriam passis omni opera succurre, ita tamen vt eorum querelas haud temerè accipias, sed rem ipsam per se intuearis, neque potentiores omnino suspectos, neque infirmioribus in omni re fidem habens. Operantes, artibúsque vtilibus deditos honoribus afficito: otiosos aut negotiis prauis intentos B odio habeto: vt illa vtilitatis gratia amplectentes, hæc propter damna omittentes, & priuatæ & publicæ rei magis conducant. Expedit porro priuatorum ciuium controuersias quàm fieri potest maximè dirimere, ac quàm celerrimè componere: id verò magis adhuc præstat, populorum studia inhibere: ac quum vota facientes pro imperio, salute, & fortuna, cogere aliquos volunt vt C aliquid vltra facultates suas agant impendántve, id non concedere: præterea inimicitias eorum contentionésque penitus præcidere: neque concedere vt inania cognomenta, aut alia vnde discordiæ incidere possunt, sibi sumant. In quibus, ínque aliis omnibus, facilius tibi omnes & priuatim & publicè parebunt, si nihil horum vlli præter alios permiseris. Nam inæqualitas etiam ea quæ bene in vnum coaluerunt, dissipat. Itaque omnino pati D non debes vt quis horum quicquã à te petat, quod ei daturus non sis: sed hoc summopere conari debes, vt ne quid vetitorum poscat quisquam.

In summa autem id tibi consilium do, ne quando abutaris potentia tua: neque eam putes esse diminutionem eius si non simul omnia facias quæ possis. sed quanto magis omnia quæ statueris, potes perficere, tanto magis cura vt optima quæ- E que tibi proponas. semper tecum ipse expende, rectène an secus quid egeris: quo facto amorem tibi concilies nécne: atque ita hæc vita, illa suscipe. Neque si neminem te incusare audias, ideo existimare debes te iure posse aliquid contra agere: neque expectare debes dum eò quis-

Maecenatis Oratio.

Inferiores.

AEqualitas.

Potentia rectè vtendum.

Maecenatis Oratio.

piam insaniæ progrediatur vt aperte tibi obtrectet: hoc enim nemo, etiam summè læsus, faciet: quinimo multi eos à quibus iniuriam acceperunt, palam laudare coguntur, dum id efficere conātur, ne succensere videantur. At principis est, non ex sermone aliorum de animo ipsorum coniecturam facere, sed ex iis quæ eos sentire sit verisimile.

Fuit quidam Caii in omnibus atrociſſimis rebus adminiſter, nomine Protogenes, ſolitus duos libellos ſemper circunferre, gladii ac pugionis titulis inſignitos: hic in curiã fortè quaſi aliud propter negotium ingreſſus, quũ omnes, vt ſolet, eũ alloquerẽtur, ac dextrã iungerent, Scribonium Proculũ infeſto vultu intuitus: Quid, inquit, tu me etiam ſalutas, tãto imperatoris odio flagrãs? id reliqui audientes, ſenatorem eum circunfuſi diſcerpſerũt. Eo facinore delectatus Caius, in gratiam ſe cum ſenatu redire dixit. Tum ei decretũ vt in tribunali excelſo in ipſa quoq; curia omnibus aliis ſublimior ſederet, ac ibi quoq; militari præſidio vteretur. Proinde aliis eũ heroẽ, aliis deum vocãtibus, vehementi inſania correptus eſt. Iam antè quoq; humano faſtigio altior haberi volebat, ſéque cũ Luna coire, & à Victoria coronatũ eſſe videri: Iouẽ ſe fingebat, eáq; occaſione cũ multis aliis mulieribus, tũm verò cũ ſororib. congreſſum eſſe præ ſe ferebat: ſæpe Iuno, Diana, Venúſq; fiebat, mutato cum nomine etiã omni habitu. Inde aliquãdo muliebri ornatu cõſpiciebatur, craterã ac thyrſum gerẽs: modò viriliter compoſitus clauam & leonis pellem geſtabat, aliâs barbatus conſpiciebatur, aliâs imberbis: nunc tridentem tenens, nunc fulmen vibrans: iam virgini bellatrici ſe adſimulabat, mox in mulierem trãsformabatur: denique compoſitione veſtitus & ornatu impoſito ſibi ac circũiecto mirificè variabatur, quiduis potiùs quàm homo videri cupiens.

Protogenis libelli gladius & pugio.

Scribonius Proculus à ſenatoribus diſcerptus.

Caius in omnes ſe deos transſmutat.

Galli cuiusdã sutoris in Caiũ scomma.

Forte quadam accidit vt Gallus quidam eum pro excelso tribunali sub specie Iouis ius dantem videret, ac rideret viso: eum Caius vocatum percontatus est quidnam ipsi esse videretur? Magnum, respondit ille, (verba enim eius ponam) deliramentum. Idque impunè tulit, quòd esset sutor: nam huiusmodi homines, facilius vulgarium quàm aliqua dignitate præstantium libertatem tolerant. Hoc habitu se induebat, quum deum se fingere vellet: supplicationésque ei, vota & sacrificia pro singulorum ratione fiebant. Aliquando serico vestitu, aut triumphali ornatu inter populum versabatur.

Libertas humilium facilè fertur.

Oscula Caii.

Paucos osculabatur, plerisque etiam senatorum, manum tantum aut pedem adorandum porrigebat: ac quibus id amicitiæ ab eo oblatum fuisset, ii in senatu gratias ei agebant, quum quotidie eum saltatoribus oscula dare omnes viderent. Adulabantur eum autem etiam ii qui in summa erant existimatione. Fuit inter eos etiam L. Vitellius, neque ignobilis, neque insipiens homo, præsertim Syria à se gubernata insignis. Nam inter alia egregiè acta, Artabanum, qui Armeniam impunè aggressus, Syriam quoque inuadere instituerat, obuiam ei repentè ad Euphraten factus, exterruerat, ita vt in colloquiũ veniret: ac sacrificare eum Augusti & Caii statuis coegerat: pacis conditiones quæ ex vsu Romanis essent dederat, liberósque eius obsides acceperat. Is ergo Vitellius à Caio accitus, vt interficeretur, (eadem ei causa periculi erat, quæ antè effecerat vt rex Parthorum à suis pelleretur, quippe inuidia ei odium, metus insidias parauerat) eo modo se neci eripuit. Composuerat se lõgè quàm gloria eius ferret humiliori habitu, Caiique pedibus aduolutus, effusis lacrymis, ac eum multis diuinis honoribus demulcens, vouénsque si incolumis euasisset, se ei sacrificaturum, ita hominem emolliit ac sibi placauit, vt non modò veniam ab eo cõsequeretur, sed & inter præcipuos posthac amicos haberetur.

L. Vitellius rẽ contra Artabanum præclarè gerit.

L. Vitellius quemadmodũ Caium adulatus sit.

A καί ποτέ τις ἀνὴρ Γαλάτης ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν· ὁ δὲ Γάϊος ἐκάλεσέ τε αὐτὸν καὶ ἤρετο, τί σοι δοκῶ εἶναι; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο (ἐρῶ γὰρ αὐτὸ τὸ λεχθὲν) ὅτι, μέγα παραλήρημα. καὶ οὐδὲν μέντοι δεινὸν ἔπαθε· σκυτοτόμος γὰρ ἦν. οὕτω που ῥᾷον τὰς τῶν τυχόντων ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ὄντων παρρησίας οἱ τοιοῦτοι φέρουσι. ταῦτα μὲν οὖν τὰ σχήματα, ὁπότε τις θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, ἐλάμβανε· καὶ B αὐτῷ καὶ ἱκετεῖαι καὶ εὐχαὶ θυσίαι τε κατὰ τὸ προσφορώτατον προσήγοντο. ἄλλως δὲ δὴ ἔν τε τῇ σηρικῇ καὶ ἐν τῇ νικητηρίᾳ σκευῇ, ὡς πλήθει, ἐδημοσίευεν.

Ἐφίλει τε ὀλιγίστους. τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. καὶ διὰ τοῦθ᾽ οἱ φιληθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ, χάριν αὐτῷ καὶ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἐγίνωσκον, καίτοι τοὺς ὀρχηστὰς καθ᾽ ἡμέραν φιλοῦντι πάντων ὁρώντων. ἐκολά- C κευον δ᾽ αὐτὸν καὶ οἱ πάνυ δοκοῦντές τι εἶναι. ὁ γοῦν Βιτέλλιος ὁ Λούκιος, οὔτ᾽ ἀγεννὴς οὔτ᾽ ἄφρων ὤν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος· τά τε γὰρ ἄλλα λαμπρῶς ἡγεμόνευσε, καὶ τὸν Ἀρτάβανον καὶ ἐκείνῃ ἐπιβουλεύοντα, ἐπειδὴ μηδεμίαν τιμωρίαν ἐπὶ τῇ Ἀρμενίᾳ ἐδεδώκει, κατέπληξέ τε ἀπαντήσας αὐτῷ ἐξαπιναίως περὶ τὸν Εὐφράτην ἤδη ὄντι, καὶ ἔς τε λόγους αὐτὸν ὑπηγάγετο, καὶ θῦσαι ταῖς τοῦ Αὐγού- D στου τοῦ τε Γαΐου εἰκόσιν ἠνάγκασε· σπονδάς τε αὐτῷ πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων συμφορώτατον δούς, καὶ προσέτι καὶ παῖδας αὐτοῦ ὁμήρους λαβών. οὗτος οὖν ὁ Βιτέλλιος μετεπέμφθη μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου, ὡς καὶ ἀπολούμενος. ἐφ᾽ οἷς γὰρ οἱ Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν ἐξήλασαν, ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος αἰτίαν εἶχε, μισηθείς τε ὑπὸ τοῦ φθόνου, καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ φόβου. ἐσώθη δέ, σχηματίσας πως ἑαυτὸν, ὥστε καὶ ἐλάττω αὐτῷ τῆς δόξης φα- E νῆναι, καὶ πρός τε τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσὼν, καὶ δάκρυσι κλαύσας, κἀν τούτῳ καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ, καὶ προσκυνήσας· καὶ τέλος εὐξάμενος, ἂν περισωθῇ, θύσειν αὐτῷ ἐκείνῳ. ἐκ γὰρ τούτων οὕτως αὐτὸν ἐπιθάσευσε καὶ ἱλεώσατο, ὥστε μὴ μόνον περισωθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι.

A καί ποτε τοῦ Γαΐου συγγενέσθαι τε τῇ Σελήνῃ λέγοντος, καὶ ἐρωτήσαντος αὐτὸν εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ, κάτω τε, ὡς καὶ τεθηπὼς, ἔβλεπεν, ὑποτρέμων· καὶ σμικρόν τι φθεγξάμενος, Ὑμῖν (ἔφη) τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾶν ἔξεστι. Βιτέλλιος μὲν οὖν, ἐκεῖθεν ἀρξάμενος, πάντας καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους κολακείᾳ ὑπερέβαλλετο.

B Γάιος δὲ, ἐπὶ πλέον ἐξαχθεὶς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ κατεσκεύαζε. ἐτεκτήνατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατάλυσίν τινα, ἵν', ὡς ἔλεγε, τῷ Διῒ συνοικοίη· ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ προσεγκαλέσας αὐτῷ ὅτι τὸ Καπιτώλιον κατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο,
455 καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι· μὴ δυνηθεὶς δὲ (τό, τε γὰρ πλοῖον C τὸ πρὸς τὴν κομιδὴν αὐτοῦ ναυπηγηθὲν, κεραυνοῖς ἐφθάρη, καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προσῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο) ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει, αὐτὸς δὲ ἕτερον ἐνέστησε. τό, τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ἴν διατεμὼν, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων εἴσοδον δι' αὐτοῦ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο. ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους (ὥσγε καὶ ἔλεγεν) ἔχῃ. διάλιόν τε αὐτὸν D ὀνομάσας, τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους, ἱερέας προσέθετο. πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἑκάστου μυριάδας λαβών. καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱερᾶτο, καὶ τὸν ἵππον συνιερέα ἀπέφαινε. καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τε τινὲς καὶ πολυτίμητοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο· ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινὸς ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε. καὶ ὁπότε κεραυνὸς παραπέσοι, E λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ' ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. τοιοῦτος οὖν ὁ θεὸς, τοιοῦτος ὁ Ζεὺς, ἵνα τις τά τε ἄλλα τὰ αἴσχιστα ἐξ ὧν ἠργυρίζετο παραλίπῃ, ἀλλὰ τά γε οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων, οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ' αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς,

Aliquando Caius rem ſibi eſſe cum Luna dixit, percontatúſque eſt Vitellium, vidiſſet ne ſe cum dea congredi: tum Vitellius, quaſi attonitus, oculis in terram demiſſis, tremens, exigua voce: Solis, inquit, Domine, vobis diis licet inuicem videre: eóque facto initio Vitellius, omnes reliquos adulando ſuperauit.

Aſtutum Vitellii ad Caium reſponſum.

Caius verò vlterius prouectus, Romæ ſibi templum extruxit: ac in Capitolio quidem manſionem ſibi ædificauerat, vt poſſet cum Ioue, ſic enim ferebat, conuerſari: ſed indignum putans ſe in eo contubernio poſteriores ferre, incuſato ſimul Ioue, quòd Capitolium occupauiſſet, ipſe in palatio ſibi properatò templum poſuit. In quo quum ſtatuiſſet Olympii Iouis ſimulacrum ſuam in effigiem commutatum collocare, neque poſſet id perficere: (nam nauis ad id aduehendum parata fulminibus abſumpta fuit, exauditúſque multus riſus, quoties quis ſacrarium eius tacturus accederet) minatus ei, aliud fanum ſibi inſtituit. Ergo diuiſa in duas partes æde Caſtoris, quæ erat in foro Romano, ingreſſum per media Geminorum ſimulacra in palatium ſtruxit, dicens velle ſe, ſibi ianitores eſſe Iouis & Ledę filios: tum ſe dialem appellans, ſacerdotes addidit Cæſoniam vxorem ſuam, Claudium, alióſque ditiſſimos, centies ſeſtertiûm à ſingulis eo nomine accipiens. Ipſe etiam ſui ſacerdos fuit, equúmque ſuum collegam adſciuit. immolabantur autem ei ſingulis diebus aues delicatæ ac magni pretii. Machinam habebat, qua tonitribus obſtreperet, ac contra fulgura fulguraret: ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem eiaculabatur, ſemper Homericum illud addens, *Tollito me, vel ego te.* Is proinde deus, is Iupiter, vt taceam omnino quàm turpiſſimas rationes pecuniæ cõficiendæ excogitauerit, tamẽ lupanaria ab eo in ipſo palatio poſita, in iiſque ad libidinẽ ſuã proſtitutas primarias fœminas, pueróſque clariſſimorum virorum, ac inde exactam ab omnibus pecuniam,

Templũ Caii Romæ.

Iouis Olympii ſimulacrum Caius Romam vehere conatur.

Sacerdotes Caii.

Equus ſacerdos Caii.

Fulmina contemnit Caius machinationibus obſtrepẽs ac contra fulgura fulgurãs. Iliad. 22.

Lupanaria Caii, & auaritia.

vel sponte, vel inuitis, tamen eam ne indignè quid ferre viderentur, conferentibus, quis silentio inuolуat? Idem volutare se in auro & argento ad hunc modum collecto identidem solebat.

Caius in auro & argento se volutat.

Itaque vbi ad extremum insaniæ euasit, Cassius Chærea, & Cornelius Sabinus, tribuni prætorianorũ militum, insidias ei struxerunt, iique cædem eius suis manibus peregerunt: fuerunt enim alii quoque coniurationis participes, ac conscii, inter quos Callistus & Eparchus. Chærea vir erat antiquis moribus præditus, ac præterea odii in Caium causam peculiarem habebat, mollis ab eo vocatus, quum esset fortissimus: ac si quando tesseræ petendæ munus ad ipsum deuenisset, Cupidinem ei Caius, aut Venerem, aut aliud quippiam id genus dare solitus erat. Haud multo antè oraculo Caius monitus fuerat, vt sibi à Cassio caueret: ideo C. Cassium, qui tum Asię præerat, in suspicione habens, quòd genus à Cassio, Cæsaris interfectore, ducebat, vinctum ad se adduci iusserat, quum tamen oraculum Cassium Chæream innueret. Et Apollonius quidam AEgyptius domi Caio quid euenturum esset, prædixerat: missúsque ideo Romam, adductus est ad eum ipsa die cædis, dilatúsque, vt de quo paulo pòst supplicium esset sumendum, ita saluus euasit. Porro cædes ita acta est. Festum quoddam in palatio Caius celebrabat, ac spectaculum edebat, ibique ipse etiam edens ac bibens, reliquis epulum dabat. Ibi Pomponius Secundus consul ad pedes eius adsidens cibum capiebat, ac subinde demisso capite eos exosculabatur. Postquam verò saltare etiam, & fabulam agere Caius instituit, Chęrea cum suis rem extrahendam porrò non rati, obseruauerunt è theatro exeuntem, vt pueros spectaret, quos nobilissimos ex Græcia & Ionia ad canendum carmen de se compositum accersierat, deprehensúmq; in angiportu obtrũcauerunt.

Conspiratio contra Caium. Cassius Chærea. Cornelius Sabinus. Callistus. Eparchus. Oraculũ Caio datum. Apollonius Caio perniciẽ prędicit. Pomponius Secundus consul ad pedes Caii cibum sumit, & eos exosculatur. Caius Caligula trucidatur.

A τοὺς μὲν, ἐθελοντάς, τοὺς δὲ, καὶ ἄκοντας, ὅπως μὴ καὶ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; ἐς γέ τοι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑαυτὸν, ἐκαλινδεῖτο.

Ὡς δ' οὖν πάντα τρόπον ἐξεμαίνετο, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ Κάσσιος Χαιρέας καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος, καίτοι χιλιαρχίας ἐν τῷ δορυφορικῷ ἔχοντες. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνῄδεσαν τὸ πραττόμενον, B ἐν οἷς ἦν ὅ, τε Κάλλιστος καὶ ὁ Ἔπαρχος· οἱ δὲ αὐτόχειρες αὐτοῦ γενόμενοι, ἐκεῖνοι ἦσαν. ἄλλως τε γὰρ ἀρχαιότροπός τις ἀνὴρ ὁ Χαιρέας ἦν, καί τινα καὶ ἰδίαν τῆς ὀργῆς αἰτίαν εἶχε. γύννιν τε γὰρ αὐτὸν (καίπερ ἐρρωμενέστατον ἀνδρῶν ὄντα) ὁ Γάιος ἐπεκάλει, καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε ἐς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἐδίδου. θεοπρόπιον δέ τι τῷ Γαΐῳ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, φυλάττεσθαι Κάσσιον. καὶ ὁ μὲν ἐς C Γάιον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα, ἐπὶ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου ἐκείνου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποπτεύσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον. προέλεγε δ' ἄρα αὐτῷ τὸ δαιμόνιον τοῦτον τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. Ἀπολλώνιός τε τις Αἰγύπτιος οἴκοι τε τὸ συμβὰν αὐτῷ προεῖπε, καὶ πεμφθεὶς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν Ῥώμην προσήχθη τε αὐτῷ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ τελευτήσειν ἔμελλε, καὶ ἀνακληθεὶς, ὡς καὶ D μετ' ὀλίγον κολασθησόμενος, ἐσώθη. ἐπράχθη δὲ ὧδε· ἑορτήν τινα ἐν τῷ παλατίῳ ἦγε, καὶ θέαν ἐπετέλει. κἀν τούτῳ καὶ αὐτὸς καὶ ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ τοὺς ἄλλους εἱστία. ὅτε δὴ καὶ Πομπώνιος Σεκοῦνδος ὁ τότε ὑπατεύων, ἐνεφορεῖτό τε ἅμα τῶν σιτίων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, καὶ ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς κατεφίλει. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάιος καὶ ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ὑποκρίνασθαι ἠθέλησεν, οὐκέθ' οἱ περὶ τὸν Χαιρέαν ὑ- E πέμειναν, ἀλλὰ τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα (ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς ἑαυτὸν πεποιημένον ᾆσαι μετεπέμψατο δῆθεν) ἀπέκτειναν, ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες.

καὶ αὐτοῦ συμπεσόντος οὐδεὶς τῶν παρόντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν αὐτὸν ὄντα ὠμῶς ἐπιτρώσκον· καί τινες καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐγεύσαντο. τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα εὐθὺς ἔσφαξαν. A

450

Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, πράξας, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐκ ἦν θεὸς ἔμαθεν. ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον, εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε· ἐπιδεικνύντες αὐτῷ ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐχένα ἕνα, σφεῖς δὲ δὴ χεῖρας πολλὰς ἔχοιεν. B ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράττετο, καὶ διαθέοντες ἐπυνθάνοντο τίς Γάϊον ἔσφαξεν, Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς, ἀνὴρ ὑπατευκὼς, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἐς περιφανές τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας, Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. καταπλαγέντες γὰρ ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου.

Quum cecidisset Caius, nemo eorum qui aderant, à vulnerando etiam cadauere eius abstinuit, ac quidem carnes quoque eius gustarunt. Confestim vxor quoque eius, & filia necatæ sunt.

Ita Caius quum tribus annis, mẽsibus nouem, diebus viginti octo ea quæ retulimus egisset, re ipsa comperit se non esse deum. Venitque iis qui cædi aderant, in mentem eius quod ad populum quondam dixerat, Vtinam vnam omnes ceruicem haberetis: ostenderúntque ei, multas sibi manus, vnicam ipsi ceruicem esse. Quum autem prætorianæ cohortes tumultuarentur, ac quærerẽt quis Caium occidisset, mira ratione eos sedauit Valerius Asiaticus, vir consularis, quum in locum vnde conspici posset progressus, exclamauisset, Vtinam ego ipsum interfecissem. qua voce territi milites, turbarum finem fecerunt.

Vxor & filia Caij cęduntur.

Valerius Asiaticus consularis.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΪΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ἘΞΗΚΟΣΤΟΝ βιβλίον.

DIONIS ROMANAE HISTORIAE LIBER SEXAgesimus.

Τοῦ δὲ Γαΐου ὡς εἴπομεν ἀπαλλάξαντος, φυλακὰς ἑκασταχόσε τῆς πόλεως οἱ ὕπατοι διαπέμψαντες, τήν τε βουλὴν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἤθροισαν, καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν. τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει· καὶ οἱ μὲν τόν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες. C

Κἂν τούτῳ στρατιῶταί τινες ἐς τὸ παλάτιον, ὅπως τι συλήσωσιν εἰσελθόντες, εὗρον τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ κατακεκρυμμένον (συνῆν τε γὰρ τῷ Γαΐῳ, καὶ τότε τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς, ὑπέπτηξε) καὶ αὐτὸν τὸ μὲν πρῶτον, ὡς καὶ ἄλλον τινὰ ὄντα, ἢ ἔχοντά τι, ἐξείλκυσαν· ἔπειτα δὲ γνωρίσαντες, D

Caio ita vt dixi mortuo, consules dimissis in omnes vrbis partes custodibus, senatum in Capitolium vocarunt. Ibi sententiis discrepatum, quum alii populo summam reipublicæ restituendam, alii vnum principem habendum censerent: atque hi rursum alius alii principatum deferret: ita re infecta, reliquum diei & nox tota absumpta.

Interim milites quidam rapinæ causa palatium ingressi, Claudium (is quia cum Caio agebat, tumultum metuens se abdiderat) in obscuro angulo occultatum inueniẽtes, primùm protraxerunt, alium quendã esse, ac secũ aliquid absconditũ habere arbitrati, mox cognitũ,

Quomodo Claudius rerum & imperij potitus sit, vtque initio se gesserit.

imperatorem salutauerunt, ac in castra duxerunt. ibi omnium consensu militum ei, orto nimirum imperatori genere, ac bono viro, imperiū est tributum. Consules quum aliquandiu missis tribunis plebis ei edixissent, ne principatum capesseret, sed sub populi, senatúsque & legum potestate esset: postquam à suis quoque militibus deseri se viderunt, ipsi quoque assensi sunt, ac imperium ei decreuerunt. Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Drusi filius, Liuiæ nepos, imperator factus est, quum præter consulatum, nullum vnquā imperium gessisset. annum agebat ætatis quinquagesimum.

Mores & educatio Claudij.

Animi bonis nō destituebatur, ita institutus vt quædam etiam scripserit. At corpus ei morbis obnoxium, tremore capitis & manuū laborabat, voce quoque malè affecta: itaque non omnia ipse sua voce pronuntiabat, de quibus in senatu referret, sed recitanda ferè quæstori, idque præsens ipse initiò, dabat: sedens plerunque ipse, si ita vsu veniret, recitabat.

Lecticarum vsus. Dio consulatum gessit.

Primus hic inter Romanos lectica operta vsus est, ac inde ea non imperatores modò, sed nos quoque, qui consulatum gessimus, vehimur, quum antè Augustus & Tiberius lecticis tantum gestarentur, quibus nostro tempore nonnunquam mulieres vehuntur. Enimuero ei hoc non perinde vitio datum est, vt libertorum & mulierum consuetudo: nam inter eius similes nemo vnquam euidentiùs à famulis & mulieribus se regi passus est. Nimirum à puero inter sinistrā valetudinem, & multum timorem educatus, ita vt maiorem quàm ipsi inesset simplicitatem (quod ipse etiā in senatu aliquando confessus est) præ se ferre opus habuerit, præterea quòd diu cum Liuia auia, diu cum Antonia matre, & libertis vixisset, ac cum multis mulieribus rem habuisset, nihil in se verè liberum habebat: sed quanquam in omnes Romanos ac subditos eorum imperium teneret, tamen mancipium erat. Maximè autem fraus ei paraba-

A αὐτοκράτορα προσηγόρευσαν, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἤγαγον. κἀκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων, οἷα τοῦ τε βασιλικοῦ γένους ὄντι, καὶ ἐπιεικεῖ νομιζομένῳ, πᾶν τὸ κράτος αὐτῷ ἔδωκαν. οἱ δ' ὕπατοι τέως ἄλλους μὲν καὶ δημάρχους πέμποντες, ἀπηγόρευον αὐτῷ μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι· ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς οἱ συνόντες σφίσι στρατιῶται ἐγκατέλιπον, τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καὶ τὰ λοιπὰ B ὅσα ἐς τὴν αὐταρχίαν ἥκοντα ἦν αὐτῷ ἐψηφίσαντο. οὕτω μὲν Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιουίας παιδὸς υἱός, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε· μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ τὸ παράπαν ἐξητασμένος, πλὴν ὅτι μόνον ὑπάτευσεν. ἦγε δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας. ἦν δὲ τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά· τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς C χερσὶν ὑποτρέμειν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο, καὶ οὐ πάντα ὅσα ἐς τὸ συνέδριον ἐσέφερεν, αὐτὸς ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ τῷ ταμιείᾳ, τήν γε πρώτην καὶ παρών, ὥς γε πλήθει, ἀναλέγεσθαι ἐδίδου. ὅσα δ' οὖν αὐτὸς ἀνεγίνωσκε, καθήμενος ὡς τὸ πολὺ ἐπελέγετο. καὶ μέντοι καὶ δίφρῳ καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα· πρότερον D δὲ ἄρα ὅ,τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος, ἄλλοι τε τινὲς ἐν σκιμποδίοις, ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, ἔστιν ὅτε ἐφέροντο. οὐ μέντοι καὶ διὰ ταῦθ' οὕτως, ὅσον ὑπό τε τῶν ἐξελευθέρων καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν αἷς συνῆν ἐκακύνετο. περιφανέστατα γὰρ τῶν ὁμοίων ἐδουλοκρατήθη τε καὶ ἐγυναικοκρατήθη. ἅτε γὰρ ἐκ παίδων ἔν τε νοσηλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ τραφεὶς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιησάμενος (ὅπερ που καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε) καὶ πολὺν μὲν χρόνον τῇ τήθῃ Λιουίᾳ, πολὺν δὲ καὶ τῇ μητρὶ Ἀντωνίᾳ, τοῖς τε ἀπελευθέροις συνδιαιτηθεὶς, καὶ προσέτι καὶ ἐν συνουσίαις γυναικῶν πλείοσι γενόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο, ἀλλὰ καίπερ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν κρατῶν, ἐδεδούλωτο. ἐπετίθεντο δ' αὐτῷ ἔν τε τοῖς

457 πότοις μάλιστα, καὶ ἐν ταῖς μίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις σφίσι προσέκειτο, καὶ ἦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ εὐαλωτότατος. πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχεν, ὑφ' ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο. καὶ αὐτὸ καὶ τοῦτο προσλαμβάνοντες, οὐκ ἐλάχιστα κατειργάζοντο. καὶ ἐκεῖνόν τε γὰρ ἐκφοβοῦντες, ἐξεκαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοσοῦτον δέος ἐνέβαλον, ὥσθ', ἵνα συλλαβὼν εἴπω, πολλοὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὑπό τε τοῦ Κλαυδίου καὶ ὑπ' αὐτῶν καλούμενοι, τὸν, ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι, παρῄεντο, πρὸς δὲ ἐκείνους ἐφοίτων.

Τοιοῦτος οὖν δή τις, ὥς γε συνελόντι εἰπεῖν, ὢν, οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν δεόντων ἔπραττεν, ὁπότε ἔξω τε τῶν προειρημένων παθῶν ἐγίγνετο, καὶ ἑαυτοῦ ἐκράτει. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὧν ἐποίησε. τὰ μὲν ψηφισθέντα οἱ εὐθὺς πάντα, πλὴν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπωνυμίας, ἐδέξατο· ταύτην γὰρ μετὰ ταῦτα προσέθετο· οὐ μέντοι καὶ παραυτίκα, ἀλλ' ὀψὲ καὶ τριακοστῇ ἡμέρᾳ ἐς τὴν βουλὴν ἐσῆλθε. τόν τε γὰρ Γάιον οὕτως ὁρῶν ἀπολωλότα, καὶ πυνθανόμενος τινὰς, ὡς καὶ βελτίονας ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτῆς προβεβλῆσθαι, οὐκ ἐθάρσει, ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν. ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε. καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν, καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων, διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο. τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν, καὶ τινὰς ἄλλους, καίπερ πάνυ ἐπὶ τῷ τοῦ Γαΐου θανάτῳ ἡσθεὶς, ὅμως ἀπέκτεινεν. οὐ γὰρ, ὅτι τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν ἐκείνου πρᾶξιν εἰλήφει, χάριν αὐτῷ ᾔδει, ἀλλ' ὅτι ἐτόλμησεν αὐτοκράτορα ἀποσφάξαι, ἐδυσχέραινεν, πόρρωθεν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν προορώμενος. ἔπραξε δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς καὶ τῷ Γαΐῳ τιμωρῶν, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσαντα λαβών. καὶ οἱ ὁ Σαβῖνος ἑκὼν συναπέθανε, μὴ ἀξιώσας κολασθέντος αὐτοῦ περιεῖναι. τοῖς γε μὴν ἄλλοις οἳ τὴν δημοκρατίαν ἐκφανῶς ἐσπουδάκεσαν, ἢ καὶ ἐπίδοξοι λήψεσθαι τὸ κράτος ἐγένοντο, οὐχ ὅσον οὐκ ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς ἔδωκεν. ἐκ δηλότατα

A tur in compotationibus ac re Venerea, quibus vtrisque immodicè deditus, iis occasionibus facillimè circunueniebatur. Inerat ei & timiditas, qua sæpe perculsus, nihil sani cõsilii capere potuit. Quod ipsum adiumento fuit iis qui Claudium sibi mancipauerant, vt faciliùs quæ vellent consequerentur. nam & ei terrorem incussum in suam rem vertebant, & tantum reliquis metum iniiciebant, vt (quò rem totam paucis cõplectar) multi ab ipsis & Clau-
B dio ad cœnam eadem die vocati, hoc quasi aliam ob causam neglecto ad illos commeauerint.

His ferè Claudius erat moribus. Attamen multa quoque rectè egit, quum sui compos prædictis vitiis vacaret. Porro eius actiones singulatim persequar. Decretos sibi honores statim accepit, nomine tantum patris patriæ dilato: attamen vix tricesimo demum die in senatũ venit. Quum enim videret quo pacto Caius periisset, audirétque à se- Quæ initio imperij egerit Claudius.
C natu multos, tanquam se meliores quibus imperium daretur, destinari, nequaquam animi fidens, exquisita vsus est custodia: iussitque omnes ad se accessuros viros mulierésque excuti, ne quem pugionem secum ferrent, omnibúsque in conuiuiis aliquos milites adstantes habuit. quod ab illo demonstratum, hodiéque durat. at explorationem vestium accedentium Vespasianus aboleuit. At Chæream Claudius, quanquam Cassii Chereæ interitus. ei mors Caii esset gratissima, quos-
D dámque alios, necauit: non gratias ei agens quòd ipsius facinore ad imperium euectus esset: sed iratus ei, qui ausus fuisset principem trucidare, ac eminus de sua ipse securitate solicitus. Thraseam autem non vlciscendi Caii prætextu sustulit, sed eum sibi quoque exitium machinari causatus. Sabinus eius mortem vltro comitatus est, superesse ei non Sabini interitus. ferens. At reliquis, qui aut palam reipublicæ formam popularem expetiissent, aut videbantur principa-
E tum adepturi fuisse, non modò omnem offensæ memoriam remisit, sed honoribus etiam eos, ac magistratibus ornauit: non modò

verbis omnium ante actorum iis veniam tribuens, exemplo, vt aiebat, Athenienſium, ſed re quoque. Similiter maieſtatis accuſationes & literis, & ipſo quoque facto aboleuit, neque præteritorũ, neque poſteriorum cauſa huiuſmodi criminum quopiam punito. Qui priuatum ipſum iniuria aut contumelia læſiſſent, (quod multi fecerant, hominem nullius pretii exiſtinantes, ac Tiberii & Caii gratiam captantes) eorũ neminem ficto crimine vltus eſt: ſed ſiquis alterius quoque facinoris reus fieret, ſupplicium propter ſe quoque ſumpſit. Penſiones à Caio inſtitutas, & reliqua eius acta quæ reprehenſionem merebantur, antiquauit: non quidem ſimul, ſed ſenſim per occaſiones. In exilium ab eo immeritò miſſos, intérque eos etiã ſorores eius Agrippinam & Iuliam, reduxit, ac bona iis reſtituit. quum in carcere permulti eſſent, dimiſſis iis qui propter maieſtatis crimen aut aliud id genus in eum coniecti eſſent, in ſontes alios exempla ſtatuit, habita diligentiſſima inquiſitione, ne vel noxii propter calumniis circũuentos abſoluerentur, vel hi propter illos perirent. Quotidie propemodum, vel cum viuerſo ſenatu, vel ſolus ipſe, plerunque in foro, quandoque alibi pro tribunali de cauſis cognoſcebat, renouato more de adſeſſoribus principis, qui ab eo tempore quo in inſulam Tiberius ſeceſſit, interciderat. Sæpenumero autem cum conſulibus ac prætoribus, iis præſertim qui ærario præerant, iudicia obibat, ac paucas cauſas aliis iudicibus committebat. Venena, quæ à Caio parata multa inuenta erant, libróſque Protogenis, (quem ipſum quidem interemit) & literas quas cremauiſſe ſe Caius ſimulauerat, tum in palatio inuentas, ſenatoribus oſtenſas, legendáſque exhibitas iis à quibus & contra quos ſcriptæ erant, combuſſit. Quũ ſenatus Caium ignominia notare vellet, ei ſenatuſconſulto interceſſit: ipſe tãtùm eius ſtatuas omnes noctu ſuſtulit: hinc Caii nomen non eſt in

Maieſtatis crimen abolitum.

Claudius ſorores Caij ab exilio reducit.

Venena à Caio parata. Protogenis interitus.

A γὰρ καὶ ἐν τοῖς πάντων πώποτε οὐ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειαν σφίσι, κατὰ τὸν τῶν Ἀθηναίων ζῆλον (ὡς ἔλεγεν) ὑπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ παρέσχε. τό, τε ἔγκλημα τῆς ἀσεβείας ὁμοίως οὐκ ἐν τοῖς γράμμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἔπαυσε· καὶ οὐδένα διὰ τοιοῦτόν τι οὔτε ἐπὶ τοῖς προτέροις, οὔτε ἐπὶ τοῖς ἔπειτα ἐκόλασε. τοὺς γὰρ μὴν ἀδικήσαντάς τι, ἢ καὶ προπηλακίσαντας αὐτὸν ἰδιώτην ὄντα (πολλοὶ γὰρ ταῦτα ἄλλως τε ὡς μηδενὸς λόγου ἄξιον, καὶ οἱ μὲν, τῷ Τιβερίῳ, οἱ δὲ, τῷ Γαΐῳ χαριζόμενοι ἐπεποιήκεσαν) πλαστῷ μὲν ἐγκλήματι B οὐδενὶ μετῆλθεν, εἰ μέντοι ἄλλο κακουργοῦντας εὕρισκε, καὶ δι' ἐκεῖνα ἐτιμωρεῖτο. τά τε τέλη τὰ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐσαχθέντα, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπηρείαν τινὰ τῶν πραχθέντων ὑπ' αὐτοῦ εἶχε, κατέλυσε μὲν, οὐκ ἀθρόα δὲ, ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ πη προσέτυχε. καὶ τοὺς ἐκπεσόντας ἀδίκως ὑπ' αὐτοῦ, τούς τε ἄλλους καὶ τὰς ἀδελφὰς, τήν τε Ἀγριππῖναν καὶ τὴν Ἰουλίαν, C καταγαγὼν, τὰς οὐσίας σφίσιν ἀπέδωκε. τῶν τε ἐκ τοῦ οἰκήματος (πλεῖστοι δὲ ἐδέδεντο) τοὺς μὲν ἐπ' ἀσεβείᾳ τοιούτοις τε τισὶν ἐγκλήμασιν ἑτέροις ἐμπεπλωκότας, ἀπήλλαξε· τοὺς δ' ὄντως ἀδικοῦντας ἐκόλασε. σφόδρα γὰρ ἀκριβῶς σφᾶς ἐξήτασεν, ὅπως μήθ' οἱ κακουργήσαντές τι, διὰ τοὺς συκοφαντουμένους ἀφεθῶσι, μήθ' οὗτοι δι' ἐκείνους παραπόλωνται. καὶ καθ' ἑκάστην γε ὡς εἰπεῖν ἡμέραν, ἤτοι γε μετὰ πάσης τῆς γερουσίας, ἢ καὶ ἰδίᾳ, τὸ μὲν 458
D πλεῖστον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοθι, ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε. καὶ γὰρ τὸ κατὰ τοὺς συνέδρους ἐκλειφθὲν, ἐξ οὗ ὁ Τιβέριος ἐς τὴν νῆσον ἐξεχώρησεν, ἀνενεώσατο. πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις τοῖς τε στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι, συνεξητάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε. τά τε φάρμακα, ἃ πολλὰ ἐν τοῦ Γαΐου εὑρέθη, καὶ τὰ βιβλία τὰ τοῦ Πρωτογένους (ὃν καὶ ἀπέκτεινε) τά τε γράμματα ἃ ἐπλάσατο μὲν ὁ Γάιος κεκαυκέναι, εὑρέθη δὲ ἐν τῷ βασιλικῷ ὄντα, τοῖς τε βουλευταῖς ἐπέδειξε, καὶ ἔδωκε καὶ αὖθις ἐκείνοις τοῖς τε γράψασιν αὐτὰ, καὶ καθ' ὧν ἐγέγραπτο, ἀναγνῶναι· καὶ μετὰ τοῦτο κατέφλεξεν. ἀλλὰ καὶ τῆς γερουσίας ἀτιμῶσαι τὸν Γάιον ἐθελησάσης, ψηφισθῆναι μὲν αὐτὸς ἐκώλυσεν, ἰδίᾳ δὲ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ νυκτὸς ἁπάσας ἠφάνισε. καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ

οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς καταλόγοις τῶν αὐτοκρατόρων, A ὧν μνήμην ἐπί τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ ὁ τοῦ Τιβερίου· οὐ μέντοι καὶ ἐκ δόγματος ἀτιμίαν οὐδέτερος σφῶν ὦφλε.

Τὰ μὲν δὴ οὖν ὑπό τε Γαΐου καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γιγνόμενα, ἀνέτρεψε· τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ πατρὶ τῇ τε Ἀντωνίᾳ τῇ μητρὶ ἱπποδρομίας ἐς τὰ γενέσια ἔδωκε, τὰς πανηγύρεις τὰς ἐς ταὐτὸν αὐταῖς συμβαινούσας μεταθεὶς ἐς ἑτέρας ἡμέρας, ὅπως μὴ ἅμα ποιῶνται. B τήν τε τήθην τὴν Λιουίαν οὐ μόνον ἵππων ἀγῶσιν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τε τι ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας, καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας· ταῖς τε γυναιξὶν ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας. οὕτω δὲ δὴ τοὺς πατέρας ἀποσεμνύνας, αὐτὸς οὐδὲν ἔξω τῶν ὀνομάτων τῶν ἐς τὴν ἀρχὴν φερόντων ἐδέξατο. ἐν γὰρ δὴ τῇ τοῦ Αὐγούστου νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, ἠγωνίζοντο C μὲν ἵπποι, οὐ δι' ἐκεῖνον δέ, ἀλλ' ὅτι ὁ τοῦ Ἄρεως ναὸς ἐν ταύτῃ καθιέρωτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐτησίοις ἀγῶσιν ἐτετίμητο. ἔν τε οὖν τούτοις ἐμετρίαζε, καὶ προσαπηγόρευσε μήτε προσκυνεῖν τινα αὐτόν, μήτε θυσίαν οἱ μηδεμίαν ποιεῖν· τά τε ἐπιβοήματα τὰ πολλὰ καὶ ὑπέρογκα ἔπαυσε. καὶ εἰκόνα μίαν, καὶ ταύτην ἀργυρᾶν, ἀνδριάντας τε δύο χαλκοῦ τε καὶ λίθου, ψηφισθέντας αὐτῷ, τὸ πρῶτον ἔλαβε. D μάταια γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀναλώματα εἶναι, καὶ προσέτι πολλὴν μὲν ζημίαν, πολὺν δὲ καὶ ὄχλον τῇ γε πόλει παρέχειν ἔλεγε. πάντες μὲν γὰρ οἱ ναοί, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἔργα καὶ ἀνδριάντων καὶ ἀναθημάτων ἐπεπλήρωτο, ὥστε καὶ περὶ ἐκείνων βουλεύσεσθαι ἔφη ἃ δεῖ πρᾶξαι. τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπουδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μήτι γε ὡς καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένων σφῶν ἢ γράφεσθαι ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε. καὶ οὕτω γε πάντα ταῦτα κρίσει καὶ οὐκ ἐπιτηδεύσει ἔπραττεν, ὥστε καὶ ἄλλα ὁμοίως εἶμε. τὰς γοῦν θυγατέρας ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, τὴν μὲν ἐγγυήσας Λουκίῳ Ἰουνίῳ Σιλανῷ, τὴν δὲ ἐκδοὺς Γναίῳ Πομπηΐῳ Μάγνῳ, οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε, καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. τοῖς τε γαμβροῖς τότε τε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσε· καὶ ὁ-

in numero imperatorum, quorum nos in iuramentis & votis concipiendis mentionem facimus, vt nec Tiberii: quum tamen ea ignominia neutri ex senatusconsulto cótigerit. *Per Caij & Tiberij nomina non iuratur.*

Claudius, rescissis iis quæ à Caio aut ab aliis propter eum, malè essent statuta, Druso patri, & Antoniæ matri ludos equestres eorum natalibus instituit: translatis iis ludis qui in eos dies incidissent, in aliud tempus, ne simul fierent. auiam Liuiam præter hunc honorem, etiam immortalitati adseruit, dedicauitque eius effigiem in templo Augusti, ac rem sacram ei fieri à Vestalibus mandauit: mulierésque per nomen eius iurare iussit. Hos honores parentib. suis tribuens, ipse nihil præter nomina imperii accepit. quæ enim equestria certamina calendis Augusti (qui est natalis Claudii) exhibentur, instituta sunt propterea, quòd ea die Martis ædes consecrata fuit. Vsus porro in aliis quoque rebus eadem est moderatione, edixitque ne quis ipsum adoraret, ne quis ipsi sacrificaret. acclamationes crebras istas & nimias inhibuit, imaginem sui vnam modò, argenteam, statuásque duas ex ære & lapide, initio sibi decretas, admisit: inutiles videlicet hos sumptus esse, ac magno damno, magnis turbis vrbi eos stare, quum omnes iá ædes, omnia opera statuarum & donariorum essét plena: itaque de his etiam se quid esset statuendum, cósilium capturum. Prætoribus porro prohibuit, ne munera gladiatoria darent: ac si quis alius ea præberet, ne vel scripto vel dicto pro sua salute facta perhiberet. Hæc omnia ita ex animo, nó fictè egit, vt cætera quoque cósécerint. Filias duas eodé anno, vnam L. Iunio Silano, alteram Cn. Pompeio Magno nũptũ tradés, nihil à vulgari consuetudine eximiũ fecit. quin & ipse ea die de iure respondit, & senatus actus est. Generis suis tũ in viginti viris magistratum gerere. pòst vrbis præfectos fe-

Pietas in suos Claudij.

Liuiæ immortalitas decreta.

Natalis Claudij.

Filiarum Claudij nuptiæ.

L. Iunius Silanus.

Cn. Pompeius magnus.

riis esse, ac serò tandem permisit vt quinque annis maturius solito cęteros magistratus peteret. Huic Pompeio Caligula nomē Magni ademerat: ac parū abfuit quin eius causa eū necaret: contēpto tamen propter teneram adhuc ætatē, vitā cōcesserat, cognomine ablato: haud sibi tutum esse dicēs, Magni aliquē cognomentum ferre: at Claudius ei & appellationē restituit, & filiam in matrimonium collocauit.

Caligula Magni cognomen Pompeio adimit.

Humaniter hæc à Claudio acta. Nec minus id, quod in curia quū cōsules suis de subselliis alloquendi ipsius causa descēderēt, ipse quoq; surrexit, obuiā; iis venit. Neapoli sanè omnino tanquā priuatus vixit, quū ipse ac familia eius Græca victus ratione vterētur, ac in musicis ipse ludis togā & soleas, gymnicis purpurā & aureā coronam ferret. Quin & pecuniariā rē mirificè tractabat. nā & strenarū oblationē, sub Augusto & Caio vsurpatā, edicto sustulit, ac ne quis se hæredē nominaret, qui cognatos quoscunque haberet, prohibuit, multa etiam bona quæ Tiberio & Caio secus legata essent, iis qui superessent, aut liberis eorū reddidit. Quū statutum esset vt ludi, si quid in iis præter consuetudinē accidisset, instaurarētur, (vt suprà demonstrauimus) ac inde eueniret vt sæpe tertium, quartum, adeóque nōnunquā decimum ii repeterētur, partim fortuito casu, plerunque verò studio eorū ad quos inde captura redibat, legem tulit vt circenses ludi per vnū diem tantùm reficerētur. quanquā re ipsa id quoq; ne temerè fieret, impediit, quū eorum artifices spe magni alicuius lucri præcisa nihil cōsultò peccarent. Quū Iudæi adeo iterum Romæ frequētes fierēt, vt difficulter sine tumultu propter multitudinē vrbe possēt exigi, nō eiecit quidē eos, patriis tamē legibus vitā tolerātes nō pass' est cōuenire. Instituta quoq; à Caio cōciliabula dissoluit. Et quia intelligebat nihil profici, si qua re vulgo interdiceretur, nisi vita quoq; ei' quotidiana transformaretur, cauponū tabernas in quas coeūtes potabāt, demolit' est:

Claudij vita Neapoli.

De ludis Claudij cōstitutio.

Iudæi cohibiti.

Collegia prohibita.

Tabernæ cauponum.

A ψαί ποτε πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτῆσαι σφίσιν ἐπέτρεψε. τούτου δὲ δὴ τοῦ Πομπηίου ὁ Γάιος τὴν τοῦ Μάγνου ἐπίκλησιν περιελέκοψεν. ὀλίγου μὲν γὰρ καὶ ἀπέσφαξεν αὐτόν, ὅτι οὕτως ὠνομάζετο· ἀλλ᾽ ἄρτι μὲν, καταφρονήσας ὡς καὶ παιδίου ἔτ᾽ αὐτοῦ ὄντος, οὐκ ἐποίησε, τὴν δὲ δὴ πρόσρησιν κατέλυσεν, εἰπὼν μὴ εἶναί οἱ ἀσφαλές, Μάγνον τινὰ προσαγορεύεσθαι. ὁ γε μὴν Κλαύδιος καὶ ἐκεῖνο αὐτῷ τὸ πρόσρημα ἀπέδωκε, καὶ τὴν θυγατέρα 459
B προσσυνῴκισε.

Ταῦτά τε οὖν ἐπιεικῶς ἔπραττε, καὶ τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβαινόντων ποτὲ ἀπὸ τῶν δίφρων, ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ, προσεξανέστη τε καὶ ἀντιπροσῆλθε σφίσιν. ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτῶντο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν
C ἐλάμβανε. καὶ μέντοι καὶ περὶ τὰ χρήματα θαυμαστὸς ἐγένετο. ἀπηγόρευσε μὲν γὰρ τὰ ἀργύρειον (ὅσαπερ ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐγίγνετο) προσφέρειν· ἀπεῖπε δὲ μηδὲ κληρονόμον αὐτόν, ὅστις ἂν συγγενεῖς ὁποιουσδήποτε κέκτηται, καταλείπειν. ἀλλὰ καὶ τῶν προσυληθέντων ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου, τὰ μὲν αὐτοῖς τοῖς ἔτι περιοῦσι, τὰ δὲ τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἀπέδωκεν. οἷς μὲν, ὅτε εἰ καὶ ὁπωσοῦν περὶ
D τὰς πανηγύρεις ἔξω τοῦ νενομισμένου πραχθέν, αὖθις αὐτάς, καθάπερ εἴρηταί μοι, γίγνεσθαι, καὶ πολλάκις τοῦτο καὶ τρίτον καὶ τέταρτον, πέμπτον τε, καὶ δέκατον ἔστιν ὅτε, τὸ μὲν τι κατὰ τύχην, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ἐκ παρασκευῆς τῶν ὠφελουμένων ἀπ᾽ αὐτοῦ συμβαίνοντος· νόμῳ μὲν ἔταξε μίαν ἡμέραν τοὺς ἀγῶνας τῶν ἵππων δεύτερον γίγνεσθαι, ἔργῳ δὲ καὶ τοῦτο ὡς πλήθει ἐπέσχεν. οὐδὲν γάρ τι ῥᾳδίως, ἅτε μηδὲν μέγα ἀποκερδαίνοντες οἱ τεχνώμενοι αὐτό, ἐπλημμέλουν. τούς τε
E Ἰουδαίους, πλεονάσαντας αὖθις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μέν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ νόμῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναθροίζεσθαι· τάς τε ἑταιρείας ἐπαναχθείσας ὑπὸ τοῦ Γαΐου διέλυσε. καὶ ὁρῶν μηδὲν ὄφελος ὄν, ἀπαγορεύεσθαί τινα τῷ πλήθει μὴ ποιεῖν, ἂν μὴ καὶ ὁ καθ᾽ ἡμέραν αὐτῶν βίος μεταρρυθμισθῇ, τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέ-

καὶ προσέταξε μήτε κρέας που ἑφθὸν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι· καί τινας ἐπὶ τούτῳ μὴ πειθαρχήσαντας ἐκόλασεν. ἀπέδωκε μὲν οὖν καὶ ταῖς πόλεσι τοὺς ἀνδριάντας οὓς ὁ Γάιος ἐξ αὐτῶν μετεπέμπετο, ἀπέδωκε δὲ καὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν νεὼν, τῷ τε Πομπηίῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην. καὶ αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεὶς ἔγραψεν, ἐπειδὴ καυθεῖσαν αὐτὴν ἀνῳκοδομήκει. τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἐκείνῃ μὲν, οὐχ ὅτι κατεσκεύασεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτὴν, ἄλλῳ δ' οὐδενὶ, ἐνεκόλαψεν. οὐ μὴν οὐδὲ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ παρὰ πᾶσαν τὴν πανήγυριν, καίτοι ψηφισθὲν, ἐχρήσατο, ἀλλ' εὐθεὶς ἐν αὐτῇ μόνον, τὰ δ' ἄλλα ἐν τῷ περιπορφύρῳ ἱματίῳ διῴκησεν.

Ἐσήγαγε δὲ ἐς τὴν ὀρχήστραν ἄλλους τε καὶ ἱππέας καὶ γυναῖκας, τῶν ὁμοίων οἵπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου τοῦτο ποιεῖν εἰώθεσαν· οὐχ ὅτι καὶ ἔχαιρε σφίσιν, ἀλλ' ἐς ἔλεγχον τῶν γενομένων. αὖθις γοῦν οὐδεὶς αὐτῶν ἐν τῇ σκηνῇ ἐπί γε τοῦ Κλαυδίου ἐξητάσθη. τήν τε πυρρίχην, ἣν οἱ παῖδες οἱ ὑπὸ τοῦ Γαΐου μεταπεμφθέντες ἤσκουν, ἐκεῖνοι μὲν ἅπαξ ὠρχήσαντο, καὶ ἐπὶ τούτῳ πολιτείᾳ τιμηθέντες, ἀπεπέμφθησαν· ἄλλοι δὲ αὖθις ἐκ τῆς θεραπείας ἐπεδείξαντο. ἐν μὲν δὴ τῷ θεάτρῳ ταῦτ' ἐγένετο.

Ἐν δὲ τῷ ἱπποδρόμῳ κάμηλοί τε ἅπαξ καὶ ἵπποι δώδεκα ἠγωνίσαντο, ἄρκτοι τε τετρακόσιαι, καὶ Λιβυκὰ θηρία ἴσα αὐταῖς ἐσφάγη. καὶ ἑώρων μὲν που πρότερον ἐν αὐτῷ ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό, τε βουλευτικὸν, καὶ τὸ ἱππικὸν, καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ οὗτ' ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο, ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕ-
460 δραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἑτέρωθί που, καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεᾶσθαι ἐπέτρεψε. ποιήσας δὲ ταῦτα, τήν τε γερουσίαν μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τοὺς ἱππέας, τάς τε φυλὰς εἱστίασε. καὶ μετὰ τοῦτο τῷ τε Ἀντιόχῳ τὴν Κομμαγηνὴν ἀπέδωκεν (ὁ γὰρ Γάιος, καίπερ αὐτός οἱ δοὺς αὐτὴν, ἀφῄρητο) καὶ τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα, ὃν ὁ Γάιος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψεν. ἄλλῳ τέ τινι Μιθριδάτῃ, τὸ γένος ἀπ' ἐκείνου τοῦ πάνυ ἔχοντι, τὸν Βόσπορον ἐχαρίσατο,

A edixítque ne quis carnem elixam aut aquam calidam venderet: in quosdámque contrà delinquentes animaduertit. Restituit etiam vrbibus statuas, quas Caius abstulerat, templúmque suum Geminis, & memoriam theatri Pompeio, scenę addita inscriptione nominis Tiberii, qui eam incẽdio haustam refecerat: ac suum, non instaurationis, sed dedicationis causa, nomen adiecit, nulli alii operi inscriptum. Ludis veste triumphali B (quanquam decretum id sibi) non vsque ad finem vsus est, sed mox ea deposita, reliqua in prætexta purpura toga peregit.

In orchestram introduxit inter alios, viros etiam equites ac mulieres, quales Caii principatu saltare solebant: non quòd iis delectaretur, sed vt præterita argueret. nam posthac certè nemo eorum in scena visus est dum Claudius viueret. Pueri quoque quos ad Pyrrhicam C saltationem Caius euocauerat, semel duntaxat ea saltata, ciuitate donati, ac ablegati sunt. Alii deinde ex famulis Claudii saltarunt. Hæc in theatro.

In circo autem semel cameli & duodecim equi certarunt, vrsæ CCCC, totidémque Africæ feræ trucidatæ sunt. Spectauerant iam antè seorsim singuli ordines, patriciorum, equitum & plebeiorum, ex eo tẽpore quo lex de eo lata fuit: D non tamen certi loci singulis attributi erant: sed tunc Claudius ea subsellia patriciis destinauit, quæ nunc quoque sunt, concesso etiam siqui alibi veste plebeia spectare vellent. His actis senatum cum vxoribus, equitésque & tribus epulo excepit. Deinde Antiocho Commagenen, quam ei idem dederat ademerátque Caius, restituit: Mithridatem Iberum, quẽ Caius euo- E catum in vincula condiderat, domum ad recipiendum regnum remisit: alii cuidam Mithridati, qui genus à magno illo Mithridate deducebat, Bosporum largitus est,

Antiocho redditur Commagene: Mithridates Iberus.

Bosporus alii cuidam Mithridati datur.

Exactores debitorum reipublicæ.

tres viros prætorios, qui debita reipublicæ exigerent: iisque lictores & alios ministros addidit.

Annonæ rationes vt explicarit Claudius.

Fame ingenti exorta, non modò ad præsens tempus copiæ alimentorum, verùm in perpetuum etiam prospexit. Nam frumentum quo Roma vtitur, omne propemodum aliunde aduehebatur: at quũ loca circum ostia Tiberis neque tuta nauibus appellẽdis essent, neque portus opportunos haberent, efficiebatur vt maris imperium parum Romanis prodesset, quum præter ea quæ æstate subueherentur, ac in granariis conderentur, hyeme nihil supportaretur: ac, si quis id tentaret, magno periculo ei hoc staret. Id intelligẽs Claudius, instituit portum ibi fabricari: qúmque architecti interrogati, quanti sumptus eius operis essent futuri, tantos respondissent, quantos ipse facere nollet: sperantes impendii magnitudine audita ipsum à proposito destiturum: nihil deterritus, rem in animum suũ induxit, perfecitque, magnanimitate ac potentia Romana dignam. Effodit continentem haud exiguo spatio, ambitúmque omnẽ crepidine lapidum firmauit, ac in eum locum mare accepit: deinde ex vtraque huius loci parte aggeres in ipso mari magnos iecit, multum iis maris complexus est, ibíque insulam effecit, imposita turri, vnde noctu ignes emicantes signum nautis darent. Idque opus ab eo ita extructum, portus nomẽ hodie quoque retinet: at in Fucino lacu, qui in Marsis est, in Tiberim emittendo, vt & locus circa eum lacum agriculturæ aptus, & Tiberis magis adhuc nauigabilis fieret, inanes sumptus fecit.

Portus à Claudio fabricatus. Fucini lacus emissio in Tiberim tentata.

Leges Claudij.

Multas tulit leges, quarum plerasque commemorare supersedeo. Inter alias fuit, vt sorte ducti præfecti, quia tum diu in vrbe morabãtur, ante cal. April. in prouincias abirẽt: tũ ne electi ei gratias in senatũ agerẽt, quod pro more faciebãt, dicẽs non eos sibi gratiam debere,

A καὶ τρεῖς ἄνδρας τῶν ἐστρατηγηκότων, πράκτορας τῶν τῷ δημοσίῳ ὀφειλομένων κατέστησε, καὶ ῥαβδούχους καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν αὐτοῖς δούς.

Λιμοῦ τε ἰσχυροῦ γενομένου, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας τῶν τροφῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα πρόνοιαν ἐποιήσατο. ἐπεισάκτου γὰρ πάντος, ὡς εἰπεῖν, τοῦ σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε κατάρσεις ἀσφαλεῖς B οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίει. ἔξω τε γὰρ τῶν τῇ τε ὥρᾳ ἐσκομισθέντων καὶ ἐς τὰς ἀποθήκας ἀνατεθέντων, οὐδὲν τὴν χειμερινὴν ἐσεφοίτα, ἀλλ' εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλασσε. ταῦτ' οὖν συνιδών, λιμένα τε κατασκευάσαι ἐπεχείρησεν, οὐδ' ἀπετράπη (καίπερ τῶν ἀρχιτεκτόνων εἰπόντων αὐτῷ πυνθανομένῳ πόσον τὸ ἀνάλωμα ἔσοιτο, ὅτι, οὐ θέλεις αὐτὸν ποιῆσαι. οὕτως ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ δαπα- C νήματος ἀναχαιτισθήσεσθαι αὐτόν, εἰ προπύθοιτο αὐτό, ἤλπισαν) ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθη πρᾶγμα καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ τῆς Ῥώμης ἄξιον, καὶ ἐπετέλεσε. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρόν, τό πέριξ πᾶν ἐκρηπίδωσε, καὶ τὴν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο· τοῦτο δέ, ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας, θάλασσαν ἐν ταὐτῷ πολλὴν περιέβαλε· καὶ νῆσον ἐπ' αὐτῇ, πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτω- D ρίαν ἔχοντα κατεστήσατο. ὁ μὲν οὖν λιμήν, ὁ καὶ νῦν οὕτω κατά γε τὸ ἐπιχώριον ὀνομαζόμενος, ὑπ' ἐκείνου τε ἐποιήθη· τὴν δὲ λίμνην τὴν Φουκίνην τὴν τῶν Μαρσῶν ἠθέλησε μὲν ἐς τὸν Τίβεριν ἐξαγαγεῖν, ὅπως ἥ τε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσίπορος μᾶλλον γίνηται, μάτην δὲ δὴ ἐδαπανήθη.

Ἐνομοθέτησε μὲν οὖν καὶ ἄλλα τινά, ὧν E οὐδεμία μοι ἀνάγκη μνημονεῦσαι ἐστί· κατέδειξε δὲ καὶ τάδε· τούς τε κληρωτοὺς ἄρχοντας πρὸ τῆς τοῦ Ἀπριλλίου νουμηνίας, ἐπειδήπερ ἐπὶ πολὺ ἐν τῷ ἄστει ἐνεχρόνιζον, ἀφορμᾶσθαι· καὶ τοὺς αἱρετοὺς μηδεμίαν τὴν χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γινώσκειν (ὅπερ κατά τι ἔθος ἐποίουν) εἰπὼν ὅτι, Οὐχ οὗτοι ἐμοὶ χάριν ἔχειν ὀφείλουσιν,

» ὥσπερ ἐσπουδαρχηκότες, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις, ὅτι A
» μοι τὴν ἡγεμονείαν προθύμως συνδιαφέρου-
462 » σι, καὶ ἄν γε καὶ καλῶς ἄρξωσι, πολὺ μᾶλλον
» αὖθις ἐπαινέσω. Τοῖς μὲν οὖν ὑπ' ἀσθενείας
